Liber Malogranati



·Primus Tomus·

Incipit Registrum primi libri Malogranati.

Incipit registrum secundi libri. malogranati

Gallus Abbas monasterij Aule regie in bohemia, ordinis
ut ferunt Cisterciensium: natione Germanus, uir in diuinis scrip-
turis longa exercitatione peritus, & ueterum lectione
diues, Diuinarum rerum contemplator egregius, inge-
nio subtilis, eloquio apertus & compositus, Conuer-
satione uite regularis quoque insignis, Ad stans-
suorum edificationem ista preclarissima uolumina
Edidit

Omnibus conuenientia, Incipientibus, proficientibus & perfectis

Notandum quod opus subsequens siue liber seu tractatus intitulatur malogranatum. qui tractat de triplici statu religiosorum videlicet Incipiencium. proficiencium et perfectorum. Hic vero liber non incongrue potest censeri malogranatum. Nam sicut in malogranato sunt multa grana. per diuersas cellulas inclusa. sic in isto tractatu continentur multe auctoritates diuersorum doctorum per multiformes clausulas seu sentencias coadunate in vnum. que tractant de materiis multum vtilibus. et ad salutem anime pertinentibus. Vnde fratres simplices. ac minus intelligentes. qui non valent propter imperitiam consistere. ac perlegere libros sanctorum patrum. Hunc libellum siue tractatum sibi assumant. et in eo legere pro sua edificacione studeant. quia vt reor. inuenient in eodem consilia salubria. quibus mediantibus. ad vitam virtuosam. ac etiam perfectam poterunt peruenire. Fili accedens ad seruitutem dei. sta in iusticia. et prepara animam tuam ad temptacionem coniunge deo et sustine. Ecclesiastici capitulo ii.

Quod deus creauit hominem ad diligendum et fruendum seipsum. capitulum primum

Sancta trinitas. pater et filius et spiritus sanctus. vnus omnipotens deus. sue diuitatis et bonitatis. ac ineffabilis dulcedinis et caritatis. que in ipso est. et ipse est volens communicare aliis. et esse participes fecit creaturam racionabilem. que summum. videlicet summum bonum intelligeret. intelligendo amaret. amando possideret. possidendo beata esset. Fecit ergo deus primum hominem. formando corpus eius de limo terre. et inspirauit in faciem eius spiraculum vite. hoc est animam creauit quam corpori facto viniuit. Factus est autem homo ad ymaginem dei in naturalibus et ad similitudinem in gratuitis. De quo dicit glossa super illud psalmi. Et sit splendor domini dei nostri super nos etc. Imago similitudinis ad quam facti



ticiam etiam dei habuit. cuius presenciam quadam interiori aspi-
ratione contemplabatur. non tamen ita excellenter ut in
patria. nec ita in enigmate. ut modo in via. in qua
contemplatione summe in deo delectabatur et per consequens eo fru-
ebatur. prout competebat homini in statu innocencie non dum
in patria existenti. qui si in statu innocencie perman-
sisset. divinus translatus fuisset. Duplex quippe bonum
deus illi preparaverat. unum temporale. aliud eternum. primum
dedit. secundum promisit. Ideo duplex preceptum primus homo habuit
unum nature ad custodiendum bonum datum. aliud ad
promerendum bonum promissum. et hoc non poterat mereri
melius. quam per veram obedienciam. sed istum statum felicem
videlicet innocencie. ut primi parentes propter inobedienciam per-
diderunt. et omnes posteros suos. hoc est omne genus humanum
ad magnam miseriam perduxerunt. Invidens enim dyabolus
felicitati hominis. in specie serpentis. ipsam mulierem tamquam
fragiliorem aggreditur temptandam. quam cum in responsione
dubitantem cerneret. institit forcius et vicit eam. etiam et
virum ea mediante deiecit. processit ergo sic primo queren-
do. Cur precepit vobis deus etc. Secundo asserendo. Nequaquam
moriemini etc. Tercio promittendo. Eritis sicut dii. scien-
tes bonum et malum. Processus iste fuit maxime versucie
quia processit experiendo. impellendo. et alliciendo. Ex-
periencia enim accepit in interrogatione / impulit assertione
allexit in promissione. Allexit enim dyabolus mulierem
per triplex appetibile. scilicet per scientiam. que est appeti-
bilis rationis. per excellenciam ad modum dei. que est appe-
tibilis irascibilis. per suavitatem ligni. que est appeti-
bilis concupiscibilis. Igitur vir peccavit. quia lignum veti-
tum gustavit. unde et penam accepit. ut in sudore vul-
tus sui vesceretur pane suo. Mulier autem in duobus pec-
cavit. Nam superbivit. et vetitum comedit. unde et
duplicem maledictionem habet. scilicet. Sub viri potestate eris.
et hoc propter primum. Item. In dolore paries filios.

et hoc propter scdm. Deinde adam et eva post peccatum de paradiso expulsi sunt. sicut lucifer de celo. et in hac valle miserie habitantes facti sunt mortales. Ceciderunt enim miserabiliter a statu innocentie et gratie in statum culpe et miserie. propter hoc certum est quod omnes nascimur natura filii ire. quia privati rectitudine originalis iustitie. quam privationem vocamus culpam originalem. propter cuius absentiam incurrimus quantum ad animam quadruplicem penam. scilicet infirmitatem. ignorantiam. malitiam. et concupiscentiam que quatuor inflicta sunt propter originale peccatum. quas sane penas concomitatur in corpore multiplex labor. ad has quoque penas subsequitur pena mortis et incinerationis. pena carentie visionis dei et amissionis glorie celestis. De incarnatione christi post lapsum hominis facta. capitulum ii.

Videns autem piissimus et misericordissimus deus hominem quem ad sui ipsius fruitionem formaverat. a statu innocentie tam felici propter peccatum inobedientie cecidisse. commota sunt omnia viscera misericordie ipsius super eum. et cogitabat cogitationes pacis et redemptionis. quo posset genus humanum quod creaverat ad se perfruendum iterum reformare. Hoc intelligens divina veritas et iustitia. de quibus dicit psalmista. Iustitia tua iustitia in eternum et lex tua veritas. contradicebant asserentes quod natura humana que per culpam inobedientie fuerat sauciata. iuste dampnata non deberet reformari. Audiens hoc pax dei que exsuperat omnem sensum et misericordia domini de qua dicit psalmista. Misericordia domini plena est terra. compatientes homini lapso et propter culpam dampnationis eius causam sibi assumpserunt. et in conspectu altissimi eam obtulerunt. obsecrantes et stimulantes eius pietatem. ut suum plasma quod sibi ad laudem et gloriam et honorem creaverat. in eternum perire non permitteret. Veritas autem hoc reclamabat. et iustitia prohi-

bebāt dicētes. Quod ille homo. qui sponte p culpā
cecidit. nō debēt aliqn̄ subleuari ad salutē. Audiēs
hoc diuina bonitas. q̄ ꝓpter hominem int̄ se sic
discreparēt. placuit sue paterne clemēcie parcium
q̄stiones dirimere. sedare discordiā. iniuriā q̄z nulli
facere. et q̄ab hoc cōgrue et decent̄ fiet. sapiēti fuit opus
cōsilio. Vnde ipse pater sapiām suā hoc est filium
suū de hac re consuluit. que sapiā tale cōsiliū ad
inueīt. vt ipa ꝑ ꝑsonam hūana se carne vestiret. et
ꝑ eterno ꝓthoplasti piaculo. assumptum a se hominē
morti mordendū abiicēt. sed latente deitate morden
tem mortē illaqūaret. et sic moriēdo ad debitū hō
veritati et iusticie soluēt. et resurgēdo captā homo
deitatis mortē inētum p̄cipitaret. Cui sentēcie omēs
assenserūt. videlz. veritas. et iusticia. et pax. et mīa
et accepta satisfactiōe veritas et iusticia. mīa et vi
tas sibi obuiauerūt. Iusticia et pax se osculate sūt
Cum ergo venit plenitudo tpis. quo clemēcia dei
pris hominē recupare disposuit. missus est gabriel
angelus occulti cōsilij baiulus ad virginē de stirpe
dauid. cui reposita sunt hec testamēta fidelia dicēs
Aue grā plēa dns tecū. que breui deliberaciōe p̄missa
ciaus rn̄dit. Fiat michi scdm vbū tuū. nec mora
recedit nūcius. et v̄ginale talamū ingredit̄. xps.
Missus quippe fuerat ab arce pris. filius dei orbis
cōditor. atq̄z ventre virginali caro factus ꝓdijt. Nā
exiuit ꝑ clausam portā. deus et homo. lux et vita
conditor mūdi. et scdm vaticiniū Jeremie. Post hoc
in terris visus est. et cū hominib9 cōuersatus est. et sic ꝑ
verbū incarnatū. facta est hūani generis reparacō. Nō
quia alit̄ saluari nō potuerit. sed quia nullus mo
dus ita cōgruus alius fuit. ipi reparatori. et reparabili
ac reparacōi. Cōgruebat nāq̄ iste modus reparatori ꝑ
quē decebat ostendere suā potēciā. sapiāz et bonitatē.

Quid aut potentie? qm coniugere duo extrema sume distancia. hoc est creatorē et creaturā. Quid vero sapientie. qm q ad pfectōm totius vniusi fieret coniūctō pmi et vltimi. hoc est verbi dei. qđ est oīm principiū et hūane nature. que in opibus sex dieꝝ fuit vltima oīm creaturaꝝ. Quid etiā benivolentie. qm q creator oīm reꝝ coītare se voluit rebus creatis. Fuit etiā modꝰ congruetissimꝰ ipi reparabili. quia homo p pcīm corruit in infirmitatē. in ignoranciā et maliciā. p que ineptus factus est. ad vtutē diuinā imitādam. et ad veritatē cognoscēdam. et ad bonitatē diligēdam. Jdō deus factus est homo. p qđ se ipē reddidit hōi imitabilē cognoscibilē et amabilem. Fuit similit' iste modus congruetissimꝰ ure reparatoi. quo deus in forma serui pcuraret salutē serui ¶ Sunt et alie raciōes. quare fuit conueniēs deum incarnari. Prima fuit pvaricator abstulit nobis deum. conueniēs fuit vt reparator redderet nobis deum. Scdā quia hūilitas debuit deū. sed non poterat hūiliari vsq ad penas in natā diuina. oportuit ergo q in hūana. Tercia vt esset hūilitas tanta in redemptiōne. quanta fuit supbia in pvaricatōne Quā superbia fuit tanta. vt homo vellet esse ut deus. vn hūilitas tanta debuit esse. vt deus fieret homo. Et notādū q quāuis opa trinitatis sint indiuisa. ita q quidq opatur vna psona. opetr et alia. Tamē solꝰ filius suscepit carnē. et nō pater uł spūs sanctꝰ. quia ad solū xpm ptinet caro. Et licet filius suscepit carnē. nō tamē deseruit prēm. nec se diuisit a patre Suscepit inqm filius carnē in pprietate. et tamē pater et spūs sanctus nō defuit maiestate In diuinitate equalitas. in carne sola filij pprietas. Non aut ab eo pr̄s aut spūs sancti recessit aliquā diuinitas. Cum ergo vna sit deitas. vna diuinitas impleuit carnē xpūs pater et spūs sanctꝰ. sed maiestate et nō susceptiōe.

Si celum et terram implet pater. implet spiritus sanctus.
carnem xpi deserere non potuit. qui in diuinitate unite
manserunt. Dicendum est etiam. q opus incarnationis. quandoque
attribuit patri. ut ibi. Cum venit plenitudo temporis. misit
deus filium suum. Quandoque attribuitur filio. ut ibi. Exiui
a patre meo et veni in mundum. Quandoque attribuitur spiritui
sancto. Ut dicitur in simbolo. Qui conceptus est de spiritu
sancto. Sed ideo hec dicuntur. quia opus incarnationis fuit
maxime potencie et sapiencie et bonitatis. que tribus
personis attribuuntur. Sunt autem plures rationes. quare
filius incarnatus fuit. et non pater uel spũs sanctus. Prima
ut per eandem sapientiam que mundum condiderat reparatio fieret
Secunda ut qui filius est in deitate. esset et filius in huma
nitate. Tercia ut patris erga nos ostenderetur caritas. sic
dicit Johes. Sic deus dilexit mundum. ut filium suum unigeni
tum daret. Quarta. quia nullum decet magis reducere homi
nem ad diuinam cognicionem. quam verbum quo se pater declarat
quod est unibile carni. sicut et verbum voci. Quinta quia
nullum decet magis reducere hominem ad filiacionem adop
tiuam. quam filium naturale. Et quamuis filius dei humanam
assumpsit carnem. non tamen se diuisit a patre. sed totus in
teger manens aput patrem. integer et indiuisus in humano
aduenit corpore. non enim pars unigeniti aduenit in corpore
nec ipse se diuisit ut dimidius aput patrem. et dimidius
esset in virgine. sed totus aput patrem. et totus in vir
gine. totus in sinum patris. et totus in humano corpore. Non
relinquens superiora. venit querere terrena. que in celis sunt
seruans. que in terris sunt saluans. Ubique omnipotens. ubique totus
et in celo. et in terra. et aput patrem et in virgine. Sciendum
etiam q in tocius reparatione omnium decens erat. ut fieret con
cursus tocius. de triplici ierarchia. scilicet diuina. angeli
ca. et humana. Unde in misterio incarnationis fuit concur
sus angeli nunciantis et virginis concipientis. ac verbi dei
carnem assumentis. Cum vero filius dei in mundum mittitur.

non fit loci mutacō. sed nature hūane assūpcō. quia
ipius mitti est esse. vbi prius fuit ab inicio. sed aliṫ
ibi esse qm̄ prius fuit. et hec alteritas. non est ex
pte eius qui est. cum sit inmutabilis. sed ex pte eius
in quo eius. quia vnitur nr̄e carni. vnde mutacō
non fit ex parte sui. sed ex parte nr̄i. quia post
incarnacōnē fuit in patre sicut semper. Quod per
passionē suā xp̄s nos redemit. ca. iij.

Postqm̄ autem dei filius ꝓpter salutē hūani generis
hominem assumpsisset. et incarnatus fuisset
in eadem carne cepit aggredi modū p quē genus
humanū saluū faceret quod perierat. Iste aūt modus redep
cionis nr̄e. fuit amara passio et mors sua p quā
saluati et a morte etna liberati sumus. De qua ipse
ait. Nisi granū frumēti cadēs in terā mortuū fuit
ipm̄ solum manet. Quod exponēs btūs Augus. dicit
Se aūt ipm̄ dicebat esse granū mortificādū et mul
tiplicādū. mortificādū in infidelitate iudeorum. multi
plicādū in fide omn̄ ppłorum. Item. dn̄s alibi dicit. Ego
si exaltatus fuero a terra. omīa traham ad meipm̄
Et sicut exaltauit moyses serpētē in heremo. ita ex
altari oportet filiū hominis. vt omīs qui credit in
ipso non pereat. sed habeat vitā etnā. Per ista igitur
dicta colligē debemus. quod salus etna pfluxit hūano
generi ex passione xp̄i. quā sustinuit in cruce.
quia sua passione vicit dyabolum quē ligauit. in
fernū quē spoliauit. mortē quā repauit. celū quod
apperuit. De modo aūt paciendi. hoc sciendum est. quia
xp̄s passus est passione genalissiā. passione acer
bissima. passione ignominiosissima. passione meritoria
sed viuificatiua. Passione inquam genalissima quan
tum ad naturā hūanam. nō solū scdm̄ oīa mebra corpo
ris principalia. verum eciā scdm̄ aīe potēciā. licet nichil
pati posset. scdm̄ diuinā naturā. Passus est eciā pas-

sione acerbissima· quia nō solum dolendo ut paciens propter
vulnera· sed etiā dolendo ut compaciens propter nostra
delicta· Passus est etiā passione ignominiosissimā pro-
pter patibulum crucis· quod erat supplicium pessimorum·
et propter consortium iniquorum videlicet latronum cum quibus
erat deputatus· Passus vero est passione interemptoria
per separationem corporis ab anima· salua tamen unione utri
usque cum deitate· Anathema enim est· qui dicit dei filius
naturā quā semel assumpserat· aliquando reliquisse· Quia
igitur reparatiuum principium· sicut ordinate processit· sic et
ordinate reparare debuit genus humanum· Ideo xpus sal
uo honore dei· reparauit hominem· offerendo obsequium satis-
factorium· Est autem satisfacere deo· honorem debitum repe-
dere· honor autem deo subtractus per superbiā et inobedientiā
hominis fuerat· qui nullo modo melius restituitur· quam per humilia
tionem et obedientiam xpi· Cum autem xpus ihesus inquantum
deus equalis erat patri in forma dei· inquantum homo
innocens· nullatenus erat debitor mortis· Dum semetipsum
exinaniuit· et factus est obediens usque ad mortem· Exsol
uit deo que nō rapuit· obsequium satisfactionis perfecte·
et obtulit sacrificium suauitatis summe· pro perfecta dei pla
catione· Item debuit reparari per remedium conuenientissimum·
Conuenientissimum autem est· ut contraria contrariis curentur·
Quia ergo homo volens sapiens esse ut deus· pecca
uit in ligno vetito volens delectari· Ita quod inclinatus
est ad libidinem· erectus est in presumptione· ac per hoc to
tum genus humanum infectum· et perdidit immortalitatem
et meruit debitā mortem· Hinc est quod ad hoc ut homo
repararetur conuenienti remedio· deus factus homo voluit
humiliari· et in ligno pati· et contra uniuersalem infec
tionem pati· passione generalissima contra libidinem
passione acerbissima contra presumptionem· Passione
ignominiosissimā contra mortem debitā et inuitā· pati
mortem nō inuitā sed voluntariā· Quia ergo generalitas·

corruptionis infecerat in nobis. non solum corpus et animam
sed etiam omnem corporis partem. et omnem anime potentiam.
Hinc est quod christus passus est. in omni corporis sui parte. in omni
potentia anime. et in superiori portione rationis. que sum-
me in deo delectabat. ut ratio propter unionem sui ad su-
periorem et summe patiebatur. ut natura propter coniunctionem ad infe-
rius. quia christus erat viator et comprehensor simul. Rursus
quia libido vehementius infecerat in nobis animam et car-
nem. et quantum ad carnalia. et quantum ad spiritualia peccata
Hinc est quod christus. et acerbissima passione passus est
in carne. et amarissima compassione compassus est
in anima. et quia in carne maxima erat equalitas
complexionis. et perfecta vivacitas sensuum. In anima
vero summa caritas ad deum. et summa pietas ad proximum
Hinc est quod utrobique dolor fuit intensissimus. amplius quia
tumor superbie consurgit aliquando interius ex presumptione
aliquando exterius ex ostentatione et aliena laude. Ideo
ad remediandum omnem superbiam. passus est utrumque genus
ignominie. et in se patiente. et in comitatu que habuit
in passione. Postremo quia hec omnia non attingebat
divinam naturam impassibilem. sed solum humanam.
Hinc est quod in morte christi sic facta est divisio anime
a carne. ut tamen salva esset unitas persone et unio tam
carnis quam anime cum deitate. Et quia unio anime
cum corpore facit hominem et facit unum. Hinc est quod christus
non fuit homo in illo triduo. licet anima et caro
unita essent cum verbo. Unde quia mors in humana natura
non potuit mortem inducere in personam. que semper viva
fuit. Ideo mortua est mors in vita per christi mortem
absorbta est mors in victoria. et princeps mortis
devictus. ac per hoc homo a morte et causa mortis
per meritum mortis christi. tamquam per remedium effi-
cacissime liberatus. De resurrectione christi et spiritus sancti
missione. Capitulum quartum.

De exitu aut anime passionis xpi et fruc
tu hec sciendu sut. scilz q anima xpi post
passione descendit ad infernu sive ad lim
bum ad liberandu non om. sed eos qui mtta mebra
xpi decesserut p fidem vna. vl fidei sacramenta post
hec tercia die resurrexit a mortuis resumendo corp9
quod prius vivificauit. sed no tale quale prius fue
rat. quia prius fuit passibile et mortale. postq
aut resurrexit impassibile et immortale. vivens ppetue
Deinde post xl. dies. ascendit ad celos. vbi sup omez
creatura exaltat9 sedet ad dextera dei pris. qd dictum
intelligit. non qntu ad situm. qui no covenit deo pri
sed qntu ad excellencia honoris. qui salz residet in po
tioribus bonis pris. postremo intercctis decem diebus
misit pmissum spm scm in aplos. p que cogregata
est ecclia gencium. et ordinata sedm distribuciones.
diuisas officiorum et gratiarum. Racio. aut ad intelligecia
p dictorum hec est. Quia xps inqntu vbu incarnatu
pfectissime omnia formauit. sic inqntu incarnatu oia
pfectissime reformare debuit. Decet em pfectissimu pri
cipium opus no dimittere citra pfectu. Debuit em repati
uu principium redemptione huane remediu pducere ad p
fectu. Ad hoc aut q esset pfectissimu. oportuit vt esset
sufficientissimum. et efficacissimum. Quia ergo sufficientissimum
ideo se extendit ad celestia. terrestria. et infernalia. Qa
ergo p xpm sut infernalia recupata. terrestia re
mediata. celestia reintegrata. Ita q primu horum fecit
pniencia. Scdm p gram. Tercium p gliam. Ideo post
passione. anima descendit ad inferos. ad liberandu
in inferno detentos. Deinde resurrexit a mortuis. ad
vivificandu mortuos in pccatis. Ascendit ad celos re
ducendo captiuitate. ad integrandu rclm celestem
misit spm scm. ad edificandu rclm terrestrem. que oia
necessario cosequunt. et exigunt. ad sufficiencia repacionis

humane. Rursus quia remedium illud fuit efficacis-
simum. tam in eos qui Christi adventum precesserunt. quam in
eos qui sequuntur. qui cum ad ipsum Christum accedunt et acces-
serunt. et cui[us] membra fuerunt et sunt. Tales autem sunt
qui adherent per fidem. spem. et caritatem. Ideo remedium
illud efficaciam habere debuit. primo in eos qui in Christum
crediderunt, credendo speraverunt et sperando amaverunt
Ut per hoc statim debuit. ad inferos descendere ad ipsorum
liberationem. Unde aperta catena celi per Christi passionem que
satisfaciendo removerat rupheam. mutando similitudinem divi-
nam, eripuit de inferno omnia sua membra. Debuit eci-
am efficaciam habere specialem in eos qui Christi adventum sequuntur.
Ut attrahendo ad fidem. et spem et caritatem. tandem ad
gloriam perduceret eternam celestem. Ut igitur edificaret ad fi-
dem. qua credimus Christum verum hominem. et verum deum.
qua credimus eum voluisse nos redimere per mortem. et ad
vitam nos perducere posse per resurrectionem. Ideo voluit resur-
gere. ad vitam immortalem, interiecto tamen spacio temporis
debito. scilicet. xxxvi. horarum. in quo ostenderetur quod vere
mortuus fuit. nec magis accelerare. ne si citius resur-
geret crederetur quod non vere mortuus fuisset. sed se mortu-
um finxisset. Nec amplius differre. ne si semper iaceret
in morte. crederetur impotens. et quod nullos posset ad vitam
revocare. Ideoque resurrexit tercia die. Amplius ut erigeret
ad spem. ad celestem ascendit gloriam quam speramus. Sed
quia spes non oritur. nisi ex fide immortalitatis future.
Ideo non statim ascendit. sed spacio xl. dierum interiecto.
in quo per multa signa. et argumenta, veram astrueret
resurrectionem. per quam animus solidaret in fide. et sublevaret
ad sperandam gloriam celestem. Postremo ut infla-
maret ad caritatem. misit spiritus sancti ignem. ut in die
penthecostes. et quia nullus hoc igne repletur. nisi
qui querit. petit et pulsat cum instantia. et inportu-
no spei desiderio. Ideo non statim post ascensionem misit

sed decem dierum spacio interiecto in quo discipuli ieiu-
nantes orantes et gementes disposuerant se ad spiritus sancti
susceptionem. Ac per hoc sicut debitam servavit horam in pa-
ciendo. sic in resurgendo. sic in ascendendo in celum. sic in mit-
tendo spiritum sanctum. Et propter fundacionem trium statuum predic-
torum. et propter multa misteria. que in hiis temporibus impli-
cantur. Et quoniam spiritus sanctus. qui caritas est. et per caritatem
habetur. est omnium origo carismatum. Ideo cum descendit
spiritus sanctus. effusa est plenitudo carismatum. ad corpus christi
misticum consummandum. Et quia diversa membra. debent esse
in corpore perfecto. et diversorum membrorum. diversa sunt officia
et exercitia. et diversorum officiorum diversa carismata. Hinc
est quod uni datur per spiritum sanctum sermo sapiencie. alii sermo sciencie.
alii fides. alii etc. que enumerat apostolus. que omnia operatur
unus atque idem spiritus. dividens singulis prout vult. secundum
suam liberalissimam providenciam. et providentissimam largitatem.
Hinc manifestissime apparet. quomodo dominus noster ihesus christus
per suam passionem resurrectionem et ascensionem. atque spiritus
sancti missionem. humanum genus perfecte reformaverit
ad statum felicitatis eterne. quem prius perdiderat primus
homo per peccatum inobediencie. Nam post sancti spiritus
missionem. apostoli hoc quod a domino audierunt. videlicet. Ite in
mundum universum. predicate evangelium omni creature. qui crediderit
et baptisatus fuerit salvus erit. Statim palam predicaverunt
et fidem christi ac baptisma annunciaverunt. Quicumque vero
ex iudeis vel gentibus fidem christi et baptisma susceperunt
accipiebant spiritum sanctum. per quem templum dei efficiebantur.
De quo dicit apostolus. Templum dei sanctum est. quod estis vos.
Spiritus enim sanctus se infundens cordibus fidelium. et accendens
in amorem dei. faciebat eos habitaculum sancte trinitatis.
De hoc beatus augustinus in libro de trinitate sic dicit. Dilectio que
ex deo est. et deus est. proprie spiritus sanctus est. per quem diffunditur
in cordibus nostris dei caritas. per quam nos inhabitat tota tri-
nitas. et sic homo habens in se deum per fidem et dileccionem.

assequitur est dei fruitionem. quam prius amiserat propter
lapsum primi hominis. nunc in presenti per gratiam. et post hanc
vitam. si in statu gratie perseveraverit. in futura vita
hoc est in regno celorum per gloriam. Sic igitur consumma
tum et perfectum est illud bonum hominis. ad quod creaverat
eum deus hoc. hoc est ad fruitionem sui. **Quod dyabolus
per xpistum redemptos temptat. et nonnunquam in peccatum precipitat. capitulum quintum**

Considerans autem malignus spiritus. quia per
passionem et mortem xpisti redemptum est genus
humanum. et quod ad fidem ipsius multi vocarentur
ac per sacramentum baptismi. a sordibus omnium peccatorum mun
darentur. et omnes tales credentes in xpistum filium dei. filii dei
efficerentur. Valde infremuit. et qui ius perdiderat antiquum
lucrum cepit querere novum. Per baptismum quippe. ut dictum est
omne peccatum sive originale sive actuale. perfecte deletur
manet tamen adhuc fomes peccati. qui non est extinctus
id est pronitas ad peccandum. etiam in baptisatis. Quod cer
nens hostis antiquus humani generis. quod videlicet homines etiam
fideles. et post sacramentum baptismatis. per quod abluti
a peccatis fuerant. esse pronos ad peccandum. propter fomitem
peccati. qui in ipsis remanserat. omnem maliciam suam.
ad temptandum. et ad decipiendum genus humanum exten
dit / et intantum prevaluit stimulando et instigando ad vicia
et concupiscentias carnis et mundi / quod raro est aliquis
qui eius laqueos evadere possit. Quis enim est moderno
tempore. etiam inter fideles. qui non est lapsus vel labatur
in consensum vel actum peccati. Sed heu propter mortale pec
catum perpetratum. perditur puritas et innocentia baptis
malis. et privatur homo gratia spiritus sancti. et efficitur
iterum filius ire. et per consequens meretur dampnationem perpe
tuam. hoc est mortem eternam. de qua per ezechielem dicitur. Anima
que peccaverit ipsa morietur. Et beatus Jacobus. peccatum cum
consumatum fuerit generat mortem. Quid ergo nunc agere
debet infelix et miser peccator. tot ingratus beneficiorum sibi
a deo impensorum. videlicet quod fuit creatus ad ymaginem dei

quod fuit redemptus precioso sanguine xpi / et quod fuit ablu-
tus in baptismo ab omni fere peccato / qui incidit iterum in
sordes viciorum se iterum deturpando et maculando. rebapti-
zari non licet. Quid igitur. desperabit de venia. Absit. Be-
nignissimus omnium conditor noster. considerans et cognoscens
figmentum nostrum esse fragile ad peccandum. prout ipse dicit
in genesi. Sensus enim et cogitacio humani cordis in ma-
lum prona sunt ab adolescencia sua. Volens eciam suum
sanguinem. qui innocenter fusus est pro nobis. esse in no-
bis frustratum. ex sua ineffabili pietate. providit no-
bis de remedio salutari. statuens sacramenta. e quibus
precipuum est penitencia que valet et potest post baptis-
mum. maculas peccatorum contractas abluere et delere. et
graciam perditam reformare. De hac pietate et misericordia do-
mini. beatus gregorius super illo verbo Job. Numquid armil-
la perforabis maxillam eius. dicit. Maxillam suam le-
viathan istius armilla perforat. quia ineffabilis mi-
sericordie sue potencia sic malicie antiqui hostis ob-
viat. ut aliquando eos eciam. quos iam cepit amittat. et
qui ab ore illius cadunt. quasi post perpetratas culpas ad
innocenciam redeunt. Quis autem hominum leviathan istius
os evadit. ut illicita nulla committat. Quis eciam ore
illius semel captus. maxillam eius evaderet si perforata
non esset. An non in ore petrum tenuit. cum negavit. /
An non in ore david tenuit. cum in tantam se luxurie
voragine mersit. Sed dum ad vitam uterque per penitenciam
rediit. leviathan iste eos aliquo quasi per maxille sue fora-
men amisit. Sed hinc cognoscimus. quantum redemptori hu-
mani generis debitores sumus. qui non solum nos in
ore leviathan ne prohibuit. sed ab ore eciam redire con-
cessit. qui spem peccatori non abstulit. quia maxillam eius
ut evadendi viam tribuat perforavit. Ubique ergo
nobis occurrat superna medicina. quia et dedit homini
precepta ne peccet. et tamen peccanti dedit remedia. ne
desperet. hec gregorius. Ecce quomodo misericordia et pietas domini ex omni

parte ꝑuidit. de medicina et remedio pctoribus
etiā post baptisma in pctā corruentib9. Qui vero
tam piā medicinā ꝓpt suas iniquas voluptates
et cōcupiscencias. ac ꝯsuetudies negligit. Quid aliud
qm̄ q in ꝑdicōne ꝑpetue dampnatois volūtarie ꝑgit
Nulla em̄ excusatom̄ tpe vindicte et ire dni ptende
potit. De hoc btus. gg. in quadā omelia sic dicit. No
est iam quod homo excusatois inueniat. Deus despi
cit et expectat. cōtempm̄ se videt et reuocat. Iniu
riam de cōtemptu suo suscipit. et qnqz tamē reu
tenti eciā ꝑmia ꝑmittit. et nō solum qnqz. vez eciā
freqnter ymo semp. Vn̄ dicit btus aug9. Velit no
lit nouatus et heretic9 vere penitēs. paratus est su
suscipe xp̄s. Considerantes igit tantā pietatē in
visceribus mie dei nri. erubescam9 et timeam9 iratē
in ꝑuitatib9 nris. et ideo non tardem9 cōuerti ad
dnm̄. nec differam9 de die in diem. sed qntocius
salubrē pniam ꝓ nris reatib9 assumam9. depo
nētes vetēm hominēm cū actibus suis. et induētes
nouū hominem sancte et religiose viuēdo. ut gram̄
et miam̄ dei inueniam9 tpe oportuno. hoc est in ex
tremis nris. Qualiter accessus fiat ad deū post pctm̄ ꝑpetratū.

Modum aut quo ad ipm̄ deū accedere
debeam9 et gram̄ inuenire. dns nr
ꝑ os sapient9 spū sancto instruct9 edo
cet dicens. verba supius et in ꝓhemio ꝓposita.
videlz. Fili accedēs ad suitutē dei et c. In qb9 vb
dns deus nr. tamqz pater piissim9. vocat nos fi
lios. ut nos beniuolos ad obediēdū facēt. ostendit
nobis viam remedi et ꝓuemedi ad seipm̄. Nam
in istis breuibus vbis. ut infra patebit. tota sal9
hominis cōsistit. Ut aut materia ꝑntis auctoritatis
cōgruenti9 ponatur. scdm̄ intencōm scribentis. ul dic
tantis ul colligentis. et facili9 intelligatur qntū ad

fructum. si tamen audientis dicatur. vel ponatur hec auc-
toritas sapientis per istum modum. Fili accedens ad servi-
tutem dei sta in timore et iusticia. et prepara animam tuam
ad temptacionem et sustine. coniungere deo. In qua auctoritate
triplex status electorum comprehenditur videlicet. Incipientium
proficientium. et perfectorum. Status incipientium sive peni-
tentium. consistit in tribus. In contricione. in confessione.
et satisfaccione / Status proficientium. eciam in tribus. In vicio-
rum detestacione. in virtutum operacione. et in temptacionum per-
pessione. / Status perfectorum. similiter in tribus. videlicet. In
cordis mundicia sive puritate / in dei caritate. et in cre-
atoris omnium contemplacione. Primus status notatur ibi cum
dicitur. Fili accedens ad servitutem dei. Secundus cum subditur. Sta
in timore et iusticia et prepara animam tuam ad temptacionem et sustine.
Tercius. cum subinfertur. Coniungere deo. Et quia ad
regnum dei nemo potest pervenire. nisi sit in statu pe-
nitentium. vel proficientium. aut perfectorum. Ideo manifeste
patet. ut supra dictum est. quod omnia que necessaria sunt.
ad salutem anime hominis. in istis brevibus comprehenduntur
verbis. Nunc igitur prout dominus donavit. procedendum
est ad materiam modo assumptam. declarandam et exe-
quendam. Sed antequam procedatur. Sciendum est quod colloquia
edificatoria ex ore seniorum. ad maiores prelata. ma-
gis instruunt et edificant. quam simplex leccio. Quod af-
firmat beatus Gregorius. cum dicit. Collocutionis vox. plus quam
leccionis sermo. torpencia corda excitat. hoc igitur atten-
dens in hoc tractatu. per modum dyalogi. videlicet. interro-
gantis et respondentis procedere disposui. hoc est patris
spiritualis. respondentis et instruentis. Filii vero spiritualis interro-
gantis et informacionem cupientis. Pater vero spiritualis
filium spiritualem alloquitur. dicens verba prescripta. Fili acce-
dens ad servitutem dei etc. Accede inquam. primo pro peccatis penitenciam
agendo. et sta in timore vicia fugiendo. et iusticie
opera virtuosa faciendo. Et prepara animam tuam ad temptacionem

inpugnacoib' dyabolicis resistendo. Et sustine in bona
vita pseuerando. Cõiungere deo. ipi p caritatẽ firmam
adherendo, si ista feceris. grãm et gl'iam aput dñm
obtinebis, grãm in p̃nti. gloriã in futuro.

Verba exhortatõis. ex ore tuo o pater ad me
directa. anime mee multũ salubria. cordis
mei aure libens suscipio. Sed rogo ut illa. que michi
breuit' pstrinxisti. latius et maĩfestius ad interroga
tõm meã. p instructõe et edificatõne mea velis ex
planare. vt p hoc salubrẽ doctrinã anime mee valeã
assequi. et illa que supius meorat' es. possim pfect'
adimplere. ac a dño. grãm in p̃nti. et gl'iam in fu
turo obtine. Vnde p'mo peto me informari. quo sit
accedendũ ad deũ. Et p'mo. vtr̃ accessus ad deũ. fiat p
grãm dei. aut p liberũ arbitrium. siue per voluntatem
hominis. Qr p grãm p'mo sit accessus ad deũ. Cap. vij.

Scire debes fili. q omnis salus hominis. p'mo
habet ortũ a gratia dei. Vnde dicit aplus
Jacobus. Omne datum optimũ. et omne
donũ pfectũ. desursum est descẽdẽs a patre luminũ
Istud donũ pfectũ est gr̃a sp̃us sci. p quã deus omes p
xpm a seculo pdestinatos vocat ad salutẽ. Vñ nãe
est sp̃ui racõnali. si debet esse dignus et'ne btitudĩs
q fiat p'ticeps influencie sp̃ualis. Ad bonũ eni' gr̃e
non pt quis p se puenire. cum hoc nõ sit scdm lumi
nes natẽ. sed scdm influenciã largitat' diuine. quia ho
p ppriã industriã sine gr̃a, nec accedẽ ad deum. nec
opari. nec cogitare quidqm bonũ valet. Ergo vocacio
prima siue accessus ad deum fit p grãm. Hoc testat'
btus gg'. in xxxiij.o libro moraliũ. Super illo vbo. et
quis dedit michi vt reddã ei, ita dicens. Nemo qppe
vt diuina illũ gr̃a subsequat'. aliquid cõtulit deo.
Nam si nos deum bñ viuẽdo. et opando puenim'. vbi
est quod pphẽta ait. Mia eius pueniet me. Si nrã
dilectõ deum p̃ueit. vbi est quod Johẽs ait. Nõ qi.

nos dilexerimus deum. sed quoniam ipse prior dilexit nos. Si
sine eius munere nostra virtute deum subsequimur. Ubi est
quod veritas dicit. Sine me nichil potestis facere. Et illud
Nemo potest ad me venire. nisi pater meus traxerit eum.
Si salutem bonorum facta virtute nostra preter ea bonum cogitando
prevenimus. Ubi est quod rursum per paulum. tam subtiliter dicitur
ut omnis de se humane mentis fiducia. ab ipsa cordis
radice succidatur. cum ait. Non quia sufficientes sumus
cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis. sed sufficientia
nostra ex deo est. hec gregorius. Sic igitur patet quod conversio
sive accessus ad deum. fit primitus per gratiam. (fl[ores] interrogat)
Si ut audio. conversio vel accessus ad deum. fit per
gratiam. Quid ergo de libero arbitrio. Agit ne
aliquid aut cooperatur aliquid gratie ad hominis salutem.

De gratia et libero arbitrio. Capitulum viii.

Omnis per gratiam
principaliter sit accessus ad deum. non tamen
propter hoc excluditur liberum arbitrium. Quia
conversio sive accessus ad deum. et omne opus bonum
et virtuosum per quod acquiritur salus. procedit a gratia et
libero arbitrio. principalius tamen a gratia. Nam
omnipotens deus eis quos vult salvos facere. et quos preelegit
primo donum sue gratie infundit. que infusio monet libe-
rum arbitrium. ad bonum appetendum. Cum vero immissio-
nes has salubres. liberum arbitrium susceperit. et ad bonum
appetendum et agendum in motum fuerit. statim gratia que
prius prevenit liberum arbitrium. monendo subsequitur sibi
cooperatio. cooperando in hijs que pertinent ad salutem. Hoc
probat beatus gregorius xvi libro moralium. cum dicit. Superna pietas
prius agit in nobis. aliquid sine nobis. ut subsequente
quoque nostro libero arbitrio. bonum quod iam appetimus
agat nobiscum. quod tamen per impensam gratiam in ex-
tremo iudicio. ita remunerat in nobis. ac si solum proces-
sisset ex nobis. Quia enim divina nos bonitas ut inno-
centes faciat prevenit. Paulus ait. Gratia dei sum id quod sum.
Et quia eadem nostrum liberum arbitrium sequitur. adiungit

Grā eius in me vacua non fuit. sed habundancius illis
omnibus laboraui. quod tū de se nichil ꝯspiceret. ait
Non aut ego. Et tamē quia se esse aliquid cū grā
inuenit. adiunxit. Sed grā dei mecū. Non enī diceret
mecū. si tū ꝑueniente grā subsequens liberū arbitriū.
non haberet. Ut ergo sine grā nichil se esse ostenderet. ait
Non ego. Ut vō se cum grā opatū esse ꝑ liberū arbi-
triū demōstraret. adiungit. Sed grā dei mecū. Hec ꝯg
dicit eciā btūs Augꝰ. Nolentē deus ꝑuenit ut velit. Vo
lentē subsequit̄ ne frustra velit. De hoc eciā beatus
Bnhꝰ dicit. Deus tria hec. hoc est bonū cogitare velle
ꝑficē. opatur in nobis. ꝑmū sine nobis. scdm nobiscū
tciū ꝑ nos facit. Siquidem inmittendo bonā cogitacōm
nos ꝑuenit īmutando etiā malā volūtatē sibi ꝑ ꝯsen
sū iungit. ministrando eciā ꝯsensui facultatē. ul' facilitate
foris ꝑ apertū opus intimus intra nos. opifex innotescat
Sane ipi nos ꝑuenire nequaqꝫ possimꝰ. Qui aut
bonū neminē inuenit. neminē saluat. quē nō ꝑuenit
A deo ergo sine dubio. nrē fit salutis exordiū. nec ꝑ nos
vtiqꝫ nec nobiscū. verū ꝯsensꝰ et opus. et si nō ex
nobis. nō iā tam sine nobis. Cum igit' demum inuisibi
lit' intra nos. ac nobiscū actitare sentimꝰ. soli gratie
eius attribuamꝰ. Ipa liberū arbitriū excitat cū se-
minat cogitatū. sanat cū immutat affectū. Roborat
ut ꝑducat ad actū. Seruat ut nō senciat defectum
hec Bnhꝰ. Patet ergo ꝑ ꝑdicta. quō grā ꝑueniat libe
rū arbitriū. et etiā subsequatur. Nam ipa grā spūs
sancti. bonā volūtatē. que ꝑcedit ex libero arbi
trio. ꝑmo opatur in homīe ut sit. Deinde opanti
cooperatur. ne vacua sit. Prius bonā volūtatē aspi
rat ut sit. Deinde bone voluntati se inspirat ut mo
ueatur. et operetur ut vacua non sit. ꝑmo opatur
eam. deinde opatur ꝑ eam. Bona enī voluntas est
instrumentū. sed spūs scūs est artifex. Quemadmodū
enī artifex ꝑmo instrumentū opat'. deinde ꝑ instrumentū

operatur. Primo solus instrumentum operatur. quod vero per
instrumentum non solus ipse operatur. sed instrumentum ipsum
per quod ipse operatur. Sic spiritus sanctus primo bonam voluntatem
in homine solus operatur. sed que postea per voluntatem bo-
nam operatur. non solum ipse operatur. sed et voluntas per
quam operatur. tamen opus bonum ex spiritu sancto est quem operatur.
non ex voluntate hominis per quam operatur. In ipsa quidem
est bonum. sed non ex ipsa. quia aliunde accepit. Idem
ergo opus bonum. et suum est ingenitum habet / non suum
ingenitum a semetipso non habet. hec hugo. De hoc etiam
habetur in glosa super 10° capitulo de celesti Ierarchia. Ubi dicitur
Quod in nostra potestate non est. ut divine illuminationis do-
num nobis offeratur. Ita non nisi in nostra potestate est. ut ob-
latum suscipiatur. Nam aliquando et cum nolumus offertur.
sed nunquam suscipitur nisi cum volumus. et cum volumus
a deo volumus. quia donum dei est voluntas bona. Cum
autem nolumus. a nobis nolumus. quia nolle nichil aliud
est quam non velle. quod desertio boni est. hec glosa. Per istas
auctoritates colligere possumus quod opus bonum omne quod per
hominem agitur fit per gratiam inspirantem. et liberi arbitrii
sine voluntate consentiente. et requiruntur hec duo ad sa-
lutem ut homo salvus perficiatur. De hoc dicit Bernhardus in libro
de gratia et libero arbitrio super illud apostoli. Non est volentis
neque currentis. sed miserentis est dei. Quid igitur agit li-
berum arbitrium. breviter respondeo. Tolle liberum arbitrium
non est quod salvetur. Tolle gratiam. non est unde salvetur.
Opus hoc sine duobus effici non potest. Uno a quo
fit. altero cui vel in quo fit. Deus auctor salutis est
liberum arbitrium tantum capax. nec dare illam nisi deus. nec
capere valet nisi liberum arbitrium. Quod ergo a solo deo et soli
datur libero arbitrio. tam absque consensu fieri non
potest accipientis. quam absque gratia dantis. Et ita gratie
operanti salutem cooperari dicitur liberum arbitrium. dum consentit hoc
est dum salvatur. Consentire enim salvari est. Proinde
pectoris spiritus salutem huiuscemodi minime capit. eo quod illi

voluntati desit cōsensus. quo saluāti videlz deo pla
cide obtemperet. siue iubenti acquiescēdo. siue pollicēti
credendo. siue redimēti grās agendo. hec Bernh9. De hoc
etiā quedā glō. dicit. sup illud vbū Ego sto ad ostiū et
pulso. etc. Ego sto videlz. dns. ad ostiū scilz cordis hūa
ni. et pulso ad bonū spūale monēdo. Siquis audierit
vocem meā. monitionē mee cōsenciēdo. et aperuerit michi
ianuā. p conatū liberi arbitrij ad bonū. Intrabo ad
illū scilz. p grām gratū facientē. et habitabo in illo.
et cenabo cū illo. et ipse mecū. Nam deus in tali hoie
delectatur. et ipse in deo. hec glō. Per ista ergo dicta apte
claret. qȝ opus bonū fit p hec duo. videlz p grām et
liberū arbitriū. Qd gg. in xxxiij. lib. moral. cōfirmat
dicens. Bonū quippe qd agim9 et dei et nrm est.
Dei p p̄ueniētē grām. nrm p subsequētē liberū arbi
triū. Si enī dei non est. vnde ei merito grās agim9.
Rursū si nrm nō est. vnde nobis retribui p̄mia spa
rmus. Quia ergo nō īmerito grās agim9. scim9 qȝ ei
munere p̄uenimur. et rursum quia nō īmerito retri
butionē qrim9. scim9 qȝ subsequēte libero arbitrio bona
eligim9 que gerim9. hec gg. Notandū tamē qȝ licet opa
meritoria salutis eterne sint liberi arbitrij et grē. principalit tamē sunt grē.
Gra enī liberū arbitriū dirigit in exercicio virtutum
Per nos enī malefacere possum9. sed nō bonū. Qnis qs
ergo boni aliquid in suis actibus cōsiderat. dono grē
id ascribat. Si quid mali in se ppenderit. hoc sibi dicē
potit. In bonis vitando arrogantia. In malis sperando
humilitatem cōstantiā. que sepe pdit. dum mens de virtutib9
p arrogantiā gloriatur.
ix. Cur deus aliquos dāpnat aliquos vo
Sufficienter ergo michi reprobat. Filius interrogat cū ir
michi expositū est. quo omē opus bonū
agitur p grām. et liberū arbitriū. p grāz
p̄uenientem et monentē. liberū vo arbitriū cōsencientē et
salutis monita suscipientē. Et qȝ in hijs duobus salus
hominis cōsistat. Sed mouet valde mentē meā. cū liberū

arbitriū sine grã sp̄us sancti · nichil boni possit opari
Cur deus omps · qui plenus est omī pietate et miã · suā
grãm non infundit omnibus cōmunit' homib; · p qua
cuncti possent saluari · **pater respondet**

Ista que te monet · et de quibus queris · valde sūt
occulta · et nulli racōnali intellectui puia · Iudi-
cia enī dei sūt hec et valde p inscrutabilia · De quib; p
p̄s · dt · Iudicia tua abyssus multa · Quis enī cōphende
pt · Quare deus cū possit · nō vocet oms ad viā salutis
vel quare magis vni peccori · mīn; grē largit' q̄ alti ·
ipm eligendo et vocando ad viā vite · hic oportet sile
ciū impone hūane logacitati · et exclamare cū aplo pau
lo · qui cōsiderans ppłm isrlticū · pp̄ter pfidiā p maiori
pte esse repbatū · et gentilē ad fidem xpi vocatū et
electū · ait · O altitudo diuiciarū · sapie et scīe dei · qm̄ in
cōphēsibilia sūt iudicia dei · et inuestigabiles vie ei;
Quis enī cognouit sensū dnī · Scire tn̄ debes fili · q̄
nichil visibilit' et sensibilit' · et intelligibilit' · in ista to
tius creatē · amplissima quadā immēsa re · que publica
fit vł agit' · q̄ non de illa impiali aula sumi impatoris
aut iubeat' · aut pmittat' · scdm ineffabilē iusticiā pre
mioꝝ atq; penaꝝ · grãꝝ atq; retribucōnū · Hinc est q̄
omnia que in vniuso fiūt agunt' · et regūt' diuina p̄ui
dencia · que p omnia est irrephēsibilis · que nichil agit
nisi bn̄ · nichil pmittit iniuste · De hoc dicit abbas ·
pafuncī; in collacōne patrū · Crede in cōcussa fide · nos
cōueit · nichil sine deo prsus · in hoc mūdo geri · Aut
enī voluntate eius · aut pmissu ne agi vniusa fatē
dū est · vt scilz que bona sūt voluntate dei pfici · auxi
lio q; eius credant' · que aūt cōtraria sūt pmissu
tn̄ p nequiciā aut duricia cordis nr̄i · deserens nos di
uina pteccio · dyabolū nob̄ · vł ignominiosas corporis passi
ones patit' dnari · hec pafunci; · p hoc igit' colligit' ·
q̄ nullo mō pt aliq̄s aliquid boni efficē · nisi ipo coope
rante · et coefficiente · Nullus deficē potest vł peccare ·

pro nd'

nisi ipso iuste deserente. Iuste aut deserit quia iustū
est. vt sic administret res quas cōdidit. vt nō infrin
gat leges quas indidit. et sic cooperetur rebus. q̄s
creauit. vt eas agē ꝓprios motus sinat. Et ideo si
liberꝝ arbitriū ad vtrūlibꝫ vertibile de lege nature
dimittat in malū cadere. hoc nō pmittit nisi iuste.
Rursus si p gr̄am pueniat et sustentet. nulli̇ iniuriā facit.
iniuriā. ideo nō iniuste. sed om̄io iuste. sc̄dm exigenciā
meritoꝝ. quia merita ad hoc nō sufficiunt. sed gr̄a
tis et misericorditer facit. et q̄dāmō iuste. q̄ntū est
ex cōdecentia bonitatis sue. Cum ergo dāpnat et repro
bat. opatur sc̄dm iusticiā. Cū vero p̄destinat sc̄dm
gr̄am et m̄iam. que nō excludit iusticiā. Quia vero
om̄es sc̄dm q̄d de massa erāt pdicionis dāpnari debe
bat. Ideo plures reprobātur. q̄m eligūtur. vt ostendatur q̄
saluacō est sc̄dm speciale gr̄am. dāpnacō aut sc̄dm
cōmunē iusticiā. Nullus ergo potest cōqueri de diui
na voluntate. quia reprobat sc̄dm iusticiā. et p̄destina
tos vocat p gr̄am et m̄iam ad salutē. quia om̄ia
rectissime. Et cum p̄destinacō. non infert rebus neces
sitatē. q̄m si p̄destinacō rebus necessitatē imponeret. mul
ta sequerentur incōueniētia. Nam frustra ꝓponerētur. bonis
p̄mia et malis supplicia. Item iniuste remuneraretur bo
ni. et punirētur mali. Item nec ꝓpandi aliquid. nec sup
plicādi nulla racio esset. Item euacuaretur libertas ar
bitrij. que se habet ad vtrūq̄ꝫ. Item nec bona facien
tes essent laudabiles. nec mali vituꝑabiles. Unde
deus cū reformat hōiem infundēdo gr̄am. p hoc leges
nature inditas non infirmat. quia liberꝝ arbitriū.
sic p gr̄am mouetur. et mouet ad viā salutis. vt
tamē ipm̄ nō cogat. sed eius cōsensus liber mane
at. Et ideo ad hoc q̄ culpa expellatur. non solū necesse
est. q̄ gr̄a introducatur. verūeciā q̄ liberꝝ arbitriū se
cōformet expulsioni culpe. p detestacōm̄ om̄ī pctōꝝ
hinc est q̄ in ista pduccione iustificacōis. cōcurrit ac
tus liberi arbitrij et gracie. cōsone et ordinate. Ita q̄

gratie gratis date est excitare liberum arbitrium. Liberi
autem arbitrij est huiusmodi excitationi consentire vel dissentire
et ita in iustificatione consentientis est ad gratiam gratum
facientem se preparare. quia hoc est facere quod in se est et
sic disposito gratia gratum faciens habet infundi. tunc liberum
arbitrium potest cooperari si vult, et tunc meretur vel contrariari
per peccatum et tunc demeretur. Si ergo cooperetur ei usque in finem
meretur venire ad eternam salutem. Ex hoc colligere possumus
verum esse quod dicit Augustinus. Qui creavit te sine te. non
iustificabit te sine te. Verum etiam esse quod non est volentis
neque currentis. sed dei miserentis. Verum etiam esse quod nullus potest
superbire de merito. quia nihil deus in nobis preter sua dona coronat
Reservavit enim deus sibi munera gratie sue liberaliter
largienda. ut discat homo non esse ingratus. nec in se
qui non accepit. sed in domino gloriari. Verum etiam esse quod liberum
arbitrium. licet per se legem implere non possit. nec gratiam
in se efficere. inexcusabile tamen est si non facit. quia gratia
gratis data. semper est presto ad commotionem. cuius adminiculo
potest facere. quod in se est. quo facto habet gratiam gratum
facientem qua obtenta. divinam impleat legem. et faciat
voluntatem. qua facta tandem ad bonitatem veniat sem-
piternam. propter opera meritoria. que totaliter sunt a gratia. to-
taliter etiam a libero arbitrio. licet principaliter a gratia
Et nota. licet igitur nemo sibi mereatur primam gratiam hoc
est gratiam prevenientem. potest tamen preparare. et habilitare
se ad illam. faciendo quod in se est. quia nulli gratia denegatur.
Hec congruitas tamen. multo magis est ex parte bonitatis dei
gratiam conferentis. quam ex parte hominis se ad gratiam habilita-
tis. quia ipsa habilitatio ex parte hominis solum dat locum
divine misericordie. quod salva iustitia possit alicui con-
ferri gratia, quia iniuria fieret divine iustitie. si ei daretur
gratia. in quo esset adhuc obex gratie, qui obex est triplex
et dicitur cor per eius obduratio triplicatur. Uno modo per inhabi-
litatem ad suscipiendam gratiam, quod fit per malam voluntatem.
quia in malivolam animam que vult malum, et non vult
flecti ad bonum. ut dicit sapiens, non introibit sapientia.

id est gra dei. Secundo modo per firma inhesione ad pctm. et hoc
fit qn est homo in actu pcti. et tm placet sibi iniqtas.
et adheret voluptati carnis et mundi. qp no possit nec
velit suscipe monita salutis. Tercio p rebellione divi
narum inspiraconu. et madatorum. quod fit p malu vsu
et consuetudinem pctorum. quia talis consuetudo. que contra
hitur p desideria carnaliu voluptatu. et etia mundi ex
cecant mentem hominis intm. qp divinas inspiracoes
et salubria monita. ad cor puenire no paciuntur. Unde
necesse est. qui se senserit in hmoi laqueis irretitu. et
voluerit salvari. ut morte sua et dampnacoin ppetu
am p oculis habeat. et contra vicia contracta. et consue
tudine prvsam. vim sibi faciat. et cor sum toto conamine
ad gram suscipiedam. habilitet. ut a deo gram et mer
consequi mereatur. Sufficiens aut habilitatio ad gram est
si homo faciat quod in se est. Facere aut quod in se est
tria complectitur. s. ut homo actu pcti et voluntate pec
candi deserat. et conetur ad bonu put sibi possibile
est. Igitur si homo fecit. qd in se est deus utiqz faciet. qd
in se est. gram gratu facientem infundendo. et tunc potest
homo facere opa meritoria vite etne. p voluntate liberi
arbitrij. et gram spus sancti. Hec enim duo exigunt
ad salutem. Qr aut sit ul possit in homine esse ppara
toriu ad gram. et unde sit illud. in hoie difficile est
videre. Quia videtur qp nec illud possit esse. nisi a gra
Quia Aug in libro. de gra et libero arbitrio dicit. Qr
gra pvenit. no solum voluntatem. sed etia cogitaconem
hois. ut velit bonu. et idem de voluntate fiat. et ut
de voluntate pva fiat magna. et de magna fiat pva
tanta que possit implere divina madata. Et quo
dicto videtur qp no solum voluntas tanta. qnta suffi
cit adimpledu madata sit a gra. sed etia prima cogi
tacio et voluntas ppositi. non sit nisi a gra. Unde dicitur
ibidem. Qr desideriu gracie est inicium gracie. Unde si ar. x.
prima cogitacio et voluntas boni ppositi est a gracia
non bn videtur. quid sit ul possit esse. absqz prima cogi

tacione et voluntate peccatorum ad graciam. Propterea dicitur contra
quod in iustificacione gracia sit primum movens, et liberi arbitrii
consenciens motum scilicet gracie. Ergo videtur quod gracia precedat
omnem consensum liberi arbitrii. Patet igitur manifeste per
predicta quare omnipotens deus non salvet omnes homines. eis
graciam infundendo. quia res quas condidit. sive sint ro-
nales sive irrationales. proprios motus agere sinit. Et creature
rationali .i. homini liberum arbitrium habere concessit. per quod bonas
inspiraciones ac salubres aut admittere aut respuere posset
et per consequens recipiendo monita salutis salvaretur. respuendo
vero dampnaretur. Unde quod deus multos permittit dampnari
et aliquos salvat. occultissimo suo iudicio hoc fit nobis val
de incognito. Nullus quippe causari vel conqueri potest. si non
vocatur vel trahitur ad vitam salutis. quia nulla merita homini
precesserunt. per que deum habere possent debitorem. Sed quos sal
vat sua liberalissima pietate hoc facit. Quos vero per
mittit dampnari sua iusticia. hoc fit sibi soli nota. De
hoc dicit gregorius libro xxxiiii moralium. Nemo enim deum meritis
prevenit. ut eum tenere quasi debitorem possit. Sed miro modo
equus omnium conditor. et quosdam preeligit. et quosdam in suis
pravis actibus derelinquit. nec tamen electis suis pietatem sine
iusticia exhibet. quia hic eos duris afflictionibus premit.
Nec rursum reprobis iusticiam sine misericordia exercet. quia hic
equanimiter tolerat quos quandoque in perpetuum dampnat. Si ergo
et electi prevenientem se graciam sequuntur. et reprobi iuxta quod me
rentur accipiunt. et electi de misericordia inveniunt quod gaudeant et de ius
ticia non habeant reprobi quod accusent. Secreto enim mali neque
quam celestis patrie premia eterna percipiunt. quia cum dum mereri
poterant. ex libero arbitrio contempserunt. Quod videlicet ar
bitrium liberum in bono formatur electis. cum cor mentis a terrenis
desideriis gracia aspirante suspendit. Hec gregorius. Et sic habes
per hec dicta sanctorum patrum clarum responsum ad tua obiecta et
interrogata. Sequitur capitulum decimum. Filius interrogat.
ca. x. Sufficienter informatus sum de hiis que me movebant
et proposui. Sed nunc valde terrent me iudicia dei
occulta super filios hominum et perturbat cor meum.

Quis igitur sciat esse poterit de salute sua. Nescit enim homo ut dicit sapiens. Utrum amore aut odio dignus sit. Cerno quippe multa que fiunt sub sole. et pmesto videlicet quod multi moriuntur. qui prodesse multis poterant verbo et facto. et vivunt alius insidias et offendens plurimos. Item alius vellet libenter vacare deo. et negociis multis occupatur. alius male vivens diu pro bonitatem dei reservatur. ut corrigatur. Alius vero videtur bene vivere. et circa finem precipit ad peiora. et alia innumera que in seculo geruntur. circa filios hominum. que considerans cum fiat ideo obstupesco. De iudiciis dei occultis

et penetrare non valens

Divina iudicia ut dicit beatus Gregorius cum nesciuntur. non audaci sermone discutienda sunt. sed formidoloso silentio veneranda quia deus que facit suo occulto iudicio. vel permittit fieri. circa genus humanum in terris. nullus ea in hac vita valet investigare. Hoc idem Gregorius in xxxii libro moralium Occulta quidem iudicia dei pertractans affirmando aut exponens illud quod dixit dominus ad Job. Numquid nosti ordinem celi. et pones rationes eius in terra. Ordinem celi nosse est supernarum dispositionum occultas predicationes videre. Rationem vero eius in terra ponere est superiorum iudiciorum misteria. vel considerando discutere. vel loquendo manifestare. quod utique facere in hac vita positus nullus potest. Ut enim a parvis usque ad maiora veniamus. quis intelligat. que esse ratio secretorum potest. quod semper vir iustus a iudicio non solum vindicatur. sed etiam punitus recedat et iniquus eius adversarius. non solum non punitur. sed etiam victor abscedat. Quis intelligat cur vivit alius insidias mortibus proximorum et moritur alius qui profuturus esset vite multorum. Alius culmen potestatis assequitur qui non nisi ledere studet. Alius tantummodo lesos defendere concupiscit. et tamen oppressus iacet. Alius vacare appetit. et innumeris negociis implicatur. Alius negociis implicari desiderat. et coactus vacat. Alius male

inchoans ad vite sue terminum ad peiora pertrahitur. Alius bonum incipiens per longitudinem temporum proficit ad augmenta meritorum atque consummatur. Alius male vivens diu reservatur ut corrigatur. Alius vero bonum quidem videtur vivere, sed in hac vita eo usque durat quo ad perversa pertrahatur. Alius celsitudinem boni inchoando appetere et vult et valet. Alius nec debet nec valet. Alius vult et non valet. Alius valet et non vult. Quis ergo ista iudiciorum celestia secreta discuciat. Ad cognoscendum quippe istos iudiciorum secretorum sinus nullus ascendit. Dicam ergo homini ut se nescire cognoscat, nescientem vero se cognoscat ut timeat, timeat ut humilietur, humilietur ut non presumat in se, non presumat in se ut conditoris sui auxilium requirat. Et quia in se fidens mortuus est, auctoris sui auxilium appetens vivat. Cuncta ergo que patimur tanto tollerare pacientius debemus quanto secretorum celestium ignari cur hec patiamur nescimus. Hec Gregorius. Per hec ergo dicta habes sufficientem informacionem quod non debeas consiliari et secreta dei discutere, sed timere, et te ad tantam rem humiliare. Filius interrogat. Capitulum xi.

xi Satis pertimesco hec audiens et considero terribilem esse deum in suis occultis consiliis et iudiciis super filios hominum. Sed peto de hoc informari qualiter agere debeat peccator qui multis viciis et peccatis mortalibus est involutus et irretitus, et se ob culpam senciens infrigidatum ab omni affectu spirituali et privatum gratia dei, et propter multa scelera ita infectum quod non potest excutere se de tanto iugo viciorum passionum et carnalitatum. Habet quidem timorem de perpetua dampnacione et ob hoc vellet deo appropinquare per penitenciam, sed non valet propter pondus criminum ipsum deprimencium ac in voluptatibus illigatus detinentium. Quid igitur talis facere debet ut salvetur. Quod per gratiam dei vocantur peccatores ad penitenciam.

Scire debes fili quod homines committentes peccata mortalia separantur a deo et efficiuntur membra diaboli. Et ideo post perpetrata facinora et maxime propter usum et malam consuetudinem que contrahitur

in viciis et pctis. non valet p se homo resurge ab hui[us] diaboli
laqueis dyab[o]li nisi valida manu dei adiuuet[ur]. quia
talis pctor quodamo[do] detinet[ur] sub d[omi]nio maligni sp[irit]us.
qui ducit ip[su]m ad scelera p[ro] voluntate sua. hoc p[ro]bat
Jo. Crys[ostomus] in quada[m] omelia sic dicens. Omnes homines ang[us]ti
pectem[us]. liberu[m] quide[m] habem[us] arbitriu[m]. si volum[us] seq[ui]
voluntate[m] dyab[o]li an no[n]. Et si obligauerim[us] nos op[er]ib[us]
eius. iam n[ost]ra voluntate euade[re] no[n] possum[us]. Sicut nauis
fracto gubernaculo ducitur. vbi tempestas voluerit. Sic et
homo diuine gr[ati]e auxilio p[er]dito. p[er] pctm. non quod
vult agit. sed q[uo]d dyabolus vult. et nisi deus valida
manu misericordie sue soluerit eu[m]. vsq[ue] ad morte[m] in
pctis p[er]manebit. Ergo quide[m] n[ost]ra voluntate et neglige[n]
tia obligam[ur]. diuina aut[em] in[n]a absoluim[ur]. Tam li
beru[m] arbitriu[m] licet p[er] se potens sit ad malu[m]. no[n] est t[ame]n
potens ad bonu[m] sine redeptoris gr[ati]a adiutrice. hec Crys[ostomus].
Patet igit[ur] p[er] p[re]dicta. quo[d] n[ost]ra dei sola liberare p[otes]t eos
qui in laqueos dyab[o]li p[ro]pt[er] pcta inciderunt. et in ip[s]is re
tibus detinent[ur]. Sed et hoc sciendu[m]. q[uod] liberu[m] arbitriu[m]
hominis valde v[er]tibile est. magis p[ro]nu[m] ad malu[m]. q[uam] ad
bonu[m] p[ro]pt[er] diuersa que impellunt illu[d] ad illicita. q[uod]
videl[icet] liberu[m] arbitriu[m] sola diuina gr[ati]a liberari p[otes]t. De hoc
habet[ur] in glo[sa]. sup[er] lib[ro] de diuinis noib[us]. vbi dicit[ur]. q[uod] ho
minis arbitriu[m]. vertibile factu[m]. magis liberu[m] est ad
malu[m]. q[uam] ad bonu[m]. quia plura sunt que impellunt
ad malu[m] q[uam] ad bonu[m]. Infirmitas e[ni]m corporis et ani
me. dyabolice suggestiones. mundane delectationes ad ma
lu[m] incitat. sed sola gr[ati]a dei inuitat ad bonu[m]. Nichilo[minus]
penes liberu[m] arbitriu[m] est velle et nolle. quia libertas
arbitrii. occasio est meriti et demeriti. Unde q[ua]p[ro]p[ter] circa
motu[m] liberi arbitrii. co[n]sistit meritu[m] sine gr[ati]a. Et e[ni]m
nullu[m] opus uel mot[us] est meritu[m]. et ita penes gr[ati]am
co[n]sistit meritu[m] effi[ci]ent[er]. Et ideo velle nat[ur]e p[er] se impo
tens est et vinat[ur] et trahit[ur] ad uelle vicii. nisi velle gr[ati]e
subueniat. hec glo[sa]. Apparet igit[ur] manifeste p[er] p[re]dicta. q[uod]
deus potens sit liberare. tam a p[otes]tate dyab[o]li quam habet

sup hominez propter pctm cotractu. qm eciā liberū arbitriū
a suis defectib' p gratiā suā et miaz. Unde omis pctor
quibuscuqz criminib' sit inuolut' attendat ad tantam
omipotēciā et miam dei. et nō respiciat facinora sua
sic vt desperet. Nec debet eciā attende aut discute hoc. qd
multi in suis flagiciis. ac pusitatib' derelinqunt. et qd
pauci respectu mltorū. qui sūt mctis. ad verā pniam
et ad viam etne salutis vocāt. ut eciā trahūt. Sed to
to conamie et omi suspirio quo valet. dei miam. clem
ciā et gratiam imploret. vt pius dns. cui ppriū miserēri
semp est. et parce dignet'. ipm a vinculis pccorū. quib'
irretit' est absoluē. et pueriā pniam ad se trahē seu
vocare. Ad hoc hoc hortat' nos btus Aug'. sup illo
verbo dni. Nemo venit ad me. nisi pater qui misit
me traxerit eu sic dicēs. Magna gratiae comedacio.
Nemo venit nisi tractus. quē trahat et quē nō tra
hat noli velle iudicare. si nō vis errare. Si nō traheris. ora
vt traheris. Nam trahi ad pniam et vincē pctm dei
est donū. Ad hoc idem Aug'. in lib°. de libeo arbitrio. dicit
victoriā qua pctm vincit'. nichil aliud est. qm dei donū.
in isto certamie adiuuātis liberū arbitriū. Liberū at ar
bitriū est. facultas racōis et volūtatis. qua eligit' bonū
gra assistente. malum vō gra desistēte. Unde qn cepit
homo habē merita sibi nō debet attribuē illa. sed deo.
ergo vnusquisqz. cotra sua cosciam dimictās. oret ne
intret in temptacōm. Ne impietatē et mala opa faciēs
gra dei nō coadiuuāte. post hac vitam eternis suppli
ciis deputet'. Hec Aug'. In hac exhortacōe scissimi viri
Augusti. habet' sana doctrina videlz. qd non debeat
homo discutē occulta iudicia dei. nec attendē insipie
ciā illorū. qui in talibus occupāt mētē suā. tractātes de
pdestinacōe. qua pdestināt' hoīes ad vitā eternā di
cētes. Si pdestinati sumus ad vitā. vtiqz saluabim'.
nec tn volūt tales talia dicētes opari ea que ptinet
ad salutē. sed tepescūt in sua ignauia et negligēcia.
quorū dampnacō. nisi resipiscāt iusta est. Volt enim

omps deus. ut illi qui pdestinati sunt. ab ipo labore
habeant et p sollicitudine. et humiles orones abeo ob=
tineant. miam gram. et dona spualia. que eis dare dis
posuit ab eterno. p que bene habeant. ad gliam sempit
na. De hoc dicit btus. gg. lib. dyalogorum. Sancti bni ea q
orando efficiunt. ita pdestinata sunt. ut pcibus obtineant. Na
ipa quoqz phennis regni pdestinato. ita disposita est ab
omnipotente deo. ut ad hoc electi ex labore pueniant. qtinus
postulando meant accipe. quod eis deus omps ante
secula disposuit donare. hec gg. Per hec ergo aucte
colligere possumus. q ad vitam etnam. ad qua pdestinati su=
mus p laborem et postulatonem oportet ut puenamus
Qmuis em deus sit largitor omni bonorum. Wlt tam
ut homo seipm in bono ope quantu valet exerceat.
Non em torpentes. sed in via dni laborantes peruenerunt
ad regnum dei. Quod pbat leo ppa in quoda smone
ita dicens. Qmuis em omni bonorum deus sit ipe largi
tor. tamen etia nre qrit fructu industrie Non em dor
mientibus puenit regnum celorum. sed in mandatis dei labo=
rantibus. atqz vigilantibus. hec leo ppa. Habemus igit
clare p pdicta. quod homo pindustria et laborem
atqz oronem. dno tn auxiliante. puenire debeat ad sa
lutem. Unde quilibz pctor. qui wlt saluari et deside
rat a suis scelerib absolui. debet se puolue coram
visceribus mie dei nri. in quibus visitauit nos oriens
ex alto. et tam diu eius pietatem p humiles pces. ac ge
mitus pulsare. donec miam et gram ab ipo conseq
tur. Et si in tali humiliatone orare pseuerauit. procul
dubio saluus erit. Nam talis humiliato. que sic ge
ritur in homine fit a deo opante. et coopante. a quo
bona cuncta pcedunt. et est signu in hoie pdestinatois etne.
xvi. In inquisitoni mee. de quibus. De mia dei. filii intrrogat
interrogaui et qsiui. sufficienter video michi esse
satisfactu. nec est opus ut dehinc ultra requiram. sed
flagito instanter. ut de misericordia dei aliq michi edisseras.

De mia dei filii intrrogat

vt pctores qui in mlta flagicia inciderunt. audientes
tantā pietatē et miam dei faciliores sint ad recede
dū a via mala et accedat ad peñitendū. pr rudet. ca. xv. pr rudet
Ante omīa scire debes. q homo pter pctā
perpetrata. meruit dapnacōm ppetuā. nec pt
dei iusticie satisfacē. p pniaz ppriā. sed dei
misericordia. supat omem nequiciā. hoc pbat btūs
Jeo9 cū dit. Vere quippe est dñe. q cōsciā mea meruit
dapnacōm. peñitencia mea nō sufficit ad satisfaccōm
sed tamē ctū est. q tua mīa supat omem offensionē.
hec Jeo9 et btūs Bnh9. Sicut nullius merita sufficiant
si sine mīa iudicabunt. sic nulli9 pctā impediunt. si cū
mīa suscipiunt. hec bnh9. Et quia dei mīa. omēz su
pat offensionē. nemo de eius pietate diffidat. dūmō
cum pposito cauendi a uicijs. ipius miam imploret.
De hoc dicit btūs Amb9. Bonus deus et facilis ad
indulgēda pctā. nemo ergo diffidat. nemo veterꝝ cō
scius delictorꝝ. pmia diuina despet. Nouit dūs mutare
snam. si tu noueris mutare delictū. hec Amb9. Beatus
etiā Aug9 hoc cōfirmat dicēs. Nemo de dei pietate diffi
dat. qm maior est mīa eius. q mīa miseria. Quisqs
ergo ad deū toto corde clamauit. exaudiet eū. quia
misicors est. hec aug9. Sed mouet fortasse aliquē. q
post mlta facinora cōmissa. nō possit veniā tantorꝝ cō
sequi delictorꝝ. Non debet aūt talis de venia despare
delictorꝝ. quia mīa dei omem pcellit mltitudinē pctō
rū. Vnde dit Richard9 de scō victore. Nulla mīa mali
cia. diuinā miaz vincē pt. Et btūs Aug9 idē sentit di
cens. Multū cōmēdat bonitatē dei in nobis. nō solū
largitas sua. sed etiā iniquitas nrā. O qualis dei pi
etas. quā nlla supare pt iniqtas siue impietas. Alia
sūt que de misericordie ignoscit. alia que affluēt tri
buit. Ignoscit mala nrā. largit bona sua. Semper
psto est ad ignoscēdū paratus. semp ad largiēdū. hinc
pius. hinc largus. vtrobiqz benignus. vbiqz bonus.

Confiteamur ergo illi mala nostra. confiteamur et bona nostra
Confiteamur a nobis esse mala nostra. ut pie ignoscat. confi
teamur ab ipso esse bona nostra. ut augeat et conseruet. Hec
igitur incessanter agamus. ne ingrati appareamus. Vel de in
dulta venia. Vel de concessa gratia. Verus enim amor confitetur
semper. Hec augustinus. In quibus verbis datur intelligi. non debere
peccatorem desperare. etiam in multis criminibus constitutum. Sed sunt
nonnulli. qui post multa. et enormia peccata. de dei misericordia de
sperantes se tradunt ad ampliora flagitia perpetranda. ut
saltem hic viuant voluptuose. quia futura assequi bona
se desperant. Quorum periculosam expectationem. beatus augustinus
in quadam auctoritate sic tangit dicens. Sunt nonnulli homines
qui cum cogitare ceperint mala que fecerunt. non sibi pu
tant ignosci posse. et dum non putant. dant animum iam
perire. et desperatione pereunt dicentes in cogitationibus suis. Iam
nulla nobis spes est. neque enim tanta illa que commisimus
donari nobis aut ignosci possunt. Quare ergo non satis
facimus cupiditatibus nostris. Impleamus saltem presentis temporis
voluptatem. quia nullam habemus in futuro mercedem.
Faciamus quidquid libet / et si non licet ut habeamus saltem
temporalem. quia perpetuo non meremur eternam. Talia
dicentes desperando pereunt. Sed procedit ad eos dominus dicens
per ezechielem. In quacumque die conuersus fuerit homo a via
sua mala. omnes iniquitates eius obliuiscar. Hac vo
ce audita et credita. a desperatione reuocantur. et ab illa al
tissima ac profunda voragine. qua submersi fuerant
emergunt. Hec augustinus. Ecce ad quantam desperationem homines
stulti propter peccata deueniunt. quorum stultitiam fulgencius
commemorat sic dicens. Stultissima res est desperatio. cum
nimirum omnia opera sua diuina excellat misericordia. De hoc
etiam dicit hylarius. Stultus reuera est. qui de dei pietate
nimia quasi desperat. Dampnatione autem est dignus. qui sub
nimia dei fronte impetrata peccat. Hec hylarius. Vnde etiam
dicit Ieronimus. Hoc ipsum non lateat desperantes quod cuncta ex-

cellit dei opa. ipa sua mia. misericordia quoqz saluato
ris. suis pfert opib9 vniuis. hec Isid9. Ecce habem9 q
ve peitetes nullom debeat de dei mia despare. Qua
dicit haymo. Deus semp est patus misera hoie. tam
in morte qm in vita. sed no semp eque idoneus atqz dig
nus est suscipe dei miam. tam in morte qm in vita.
sed hoc faciut pcta sive negligecie hoi9. Ita p9 vich
Summa dei delectaco est. effunde ex se ymbre sue pie
tatis et mie. Iusto aut iudico dei ille dampnat. qui
huc felice impedierit restrixerit qz effluxiu. qui ef
fluxus pietatis et mie impedit in homie ppt mala
volutate et vicioz ppetracom. Vnde quilz pctor qmuis
multis et magnis crimib9 sit obrut9. si ex toto corde
coversus fuit ad dnm. nequaqm debet de mia dei despare.
xiii Est ne aliqd pctm tam graue. Filii interrogat. ca9 xiii.
quod no possit nec valeat indulgenciã a do
pmereri et miam. Qr nullu sit pctm tã gue pq cotrit9 venia no cosequt.
Non est aliqd flagiciu siue pctm tam grue
et tam enorme. si pro eo homo cotrit9 fuit
et peitenciã egerit. veniã in dubitanter et miaz
a deo cosequr. excepta despacone que venia caret. De hoc
pmo dicit Enh9. Neqz criminis qntitas. nec vite enor
mitas. nec tpm diuturnitas excludit a mia dei. si im
tacio fuit volutatis. Et btus Aug9. peccatores quosqz ad
spe venie ne despent hortat. p exempla in tractatu
de coflictu vicioz sic dicens. Si de crimib9 agit et delictis
Ecce dauid adulterio simul et de homicidio reus de inf
ni faucib9 mia dni sarbit liberat9. Ecce manasses
oim pctoz nephandissim9 impiissim9. ac sordidissi9
et sceleratissim9. p mia de morte ad vitã redijt. Ecce ma
ria magdalena in innumeris facinoz sordib9 inquinata
ad fonte pietatis anxia currens. dni vestigia lacrimis ri
gans. capillis detergens. osculans. vngento pervngens.
ablui meruit. Ecce petrus negacois sue vinculis.

astrictus · amarissimis lacrimis · infidelitatis sue nodos
resolvit · Ecce sedicionis simul et effusionis fraterni sanguinis
latro obnoxius · unius hore momento · una confessionis
voce · de cruce ad paradisum transivit · Ecce saulus ecclesiam dei
persequens · multos pro nomine christi premens · et ut ita dicam · mar
tir se totum cruore infitiens · apostolus factus · in vas electionis
commutatus est · Ubi ergo tot tantaque precedunt exempla
non dent locum desperacioni colloquia mala · Cum enim scriptum
sit · In quacumque die peccator ingemuerit · salvus erit · et rur
sum Nolo mortem peccatoris · sed ut convertatur et vivat ·
De conversione vero in melius nequaquam mutata · quid aliud
respondeam · nisi ut quod heri unusquisque non egit · hodie ·
dum adhuc vivere licet · agat · ne differat de die in diem
dum nesciat · si vel unam correctionis habeat diem · hec augustinus ·
Hanc tantam pietatem dei · beatus ambrosius admiratur dicens ·
De benignitate dei · non sufficio admirari · eo quod tantum parcere
potest homini peccatori · Sed non est mirandum · quia tanta
est pietas et misericordia in visceribus dei nostri · quoniam cum omnipotens
sit · et omnia facere possit · hoc tamen facere non potest · ut non
misereatur humilibus · et contrito corde ad se ipsum convertentibus ·
et ne hoc absurdum videatur · quod dicat beatus augustinus in libro
lxxxiii · questionum probat sic dicens · Deus omnia potest
preter hoc · quod non potest non misereri gemitibus peccatoris · qui
ad se convertitur · Hoc idem sentit beatus ambrosius in libro de of
ficiis cum dicat · Deus namque omnis impotencie expers · so
la tamen misericordie sue ligatur et vincitur pietate · Ecce quanta dei
pietas · quam nulla iniquitas superare potest iniquitas · precellit
enim eius pietas et misericordia · omnem iniquitatem et mali
ciam · De tanta eius misericordia dicitur in quodam tractatu sic · cogi
tandum est et valde mirandum · quod dicitur · certissima tamen ·
et indubitata fide tenendum · Ecce si totus mundus esset glo
bus igneus · et in medio eius de stipula lini pugillus un
us ex sua naturali inclinacione · non tam cito flammam promte
dia reciperet · sicut abyssus miseracionum dei peccatorem penite
tem · et converti volentem · quia in illa actione naturali aliqualis

licet minima et imperceptibilis regine(re)tur morula. sed nul
la penit(us) mora. int(er) peccantem et remittentem. int(er) gementem
et gemit(us) exaudientem. et b(ea)t(u)s g(re)g(orius). de tam magna mi(sericordi)a
dei. videt(ur) q(ua)si similem sententie. cu(m) dicat. in Regist(r)o. Maior est
dei mi(sericordi)a. q(ua)m quevis malicia. et sicut scintilla in medio
mari. sic omnis malicia ad mi(sericordi)am dei. hec g(re)g(orius). Nec mir(um)
q(ui)a om(n)ia p(ecca)ta. q(ua)mvis multa et enormia sint. tamen
sub numero et mensura sunt. Misericordia v(er)o dei. sine nu(mer)o
et mensura est. ergo vincere eam p(ecca)ta non possunt. Ad b(ea)t(u)s
Aug(ustinus). in quadam pulchra auc(torita)te p(ro)bat sic dicens. Recurre ad
deu(m) o peccator cu(m) fiducia. no(n) e(nim) vincet om(n)ia p(ecca)ta tua
magnitudinem mi(sericordi)e dei. q(ua)ntacu(m)q(ue) e(nim) sunt. sub numero
et mensura sunt. mi(sericordi)a v(er)o dei sine numero est. et sine mensura.
Non ergo vincere p(otes)t q(uo)d cu(m) mensura est. illud bonu(m). quod
absq(ue) mensura est. hec aug(ustinus). Ecce quo apte claret. p(er)
p(re)dicta s(an)c(t)or(um) patru(m). ineffabilem et inmensurabilem. ac in
co(m)p(re)hensibilem esse mi(sericordi)am dei. Tollat(ur) ergo ab homine
omnis desp(er)atio. et maxime ab illo qui in toto corde suo.
p(er) vera(m) p(enite)n(ti)am sequit(ur) d(omi)n(u)m. et tanta(m) spem debet h(ab)ere
ad deu(m). q(uod) si eciam unus tantu(m) homo. ex omnib(us) homib(us) de
toto mundo salvaret(ur). eundem seip(su)m debet estimare esse
et sp(er)are. Ad tam co(n)solatoria(m) spem. b(ea)t(u)s Aug(ustinus) in lib(r)o
de ritu eccl(es)ie. invitat unu(m)q(u)e(m)q(ue) fidelem sic dicens. Om(n)is
aut(em) ab homine xpiano tollat(ur) desp(er)acio. Nam si int(er) o(mne)s
huiu(s) mundi homines. solus unus homo salvari debet.
unus q(u)isq(ue) sp(er)are tenet(ur). se esse illu(m) qui salvet(ur). hec Aug(ustinus).

xiiij a Audiens tanta mirabilia de mi(sericordi)a dei. pre. *filii itoge*
gaudio et a(d)miratione pene deficio. O. om(ni)p(oten)s deus.
p(ec)ca(t)or(um) viscer(um) pietas inaudita. O gr(ati)a singularis. O benig
nitas inenarrabilis. O divine mi(sericordi)e pelagus infinitum
cunctis mortalib(us) inco(m)p(re)hensu(m). excedens ingenia. superans bo
na. deniq(ue) sup(er)grediens merita univ(er)sa. Quis e(nim) est tam
flagiciosus. qui attente p(er)spiciens et intelligens tanta(m) pietate(m).
ad spem venie suor(um) delictor(um). post posita sua iniquitate.
quam gessit. non resurgat. *Q(uod) no(n) sit desp(er)andu(m) de mi(sericordi)a dei.*

Sed p̄ primam a pecc̄o resurgendum cap. xiiii. pr̄ respondet.

Bene sapis fili et optime dixisti. de tam inco
ꝓhensibili m̄ia dei. Erubescat enī hūana ma
licia et supbia. et c̄osideratis tantā pietatē dei
curat q̄ntocius nō desperando. ad fontē pietatis eius. ꝑ
verā penitentiam et c̄ofessionē. et tanto humilius et feruenti9
ipius m̄iam postulet. q̄nto ad indulgendū ꝓmptio
rē s̄ēnit ipm̄ exstitere. De hoc dicit Richard9 de s̄c̄o victoꝛe
In nulla vic̄oꝝ enormitate de dei misericoꝛdia est desperandū
qui tam multū est ad ignoscēdū. Sed nūq̄d ideo eum
impudenter et irreuerent̄ implorare debem9. quē ad indul
gendū tam ꝓnū agnouim9. ymo tanto magis debe
m9 in eius aspectu erubescēre / tanto humili9 veniā pos
tulare. q̄nto benigniorē et dulciorē agnouim9. quē
c̄otinuacius offendim9. hec Richardus. Considerantes
igitur tantā benignitatē in visceribus dei m̄ri. curram9 sin
guli ad sinū pietatis. et ad gremiū m̄ie eius. dum licet
et in hoc corpusculo sum9. ne p̄occupati die mortis. q̄ram9
spaciū pn̄ie / et inuenire nō possim9. Accedam9 ergo cum
fiducia. ad thronū gr̄e eius. et si sentim9 in nobis duri
ciā cordis. flagitem9 clemētiā ipius. vt emolliat illud
graciam c̄opunccionis infundendo. ꝑ quā possim9 saluari et
m̄iam eius inuenire. ne forte tardantes mereamur indig
nacionē ipius. et ꝑpetuā duriciā cordis m̄ri. Ipse enī dn̄s
corda praua et dura p̄t emollire. cum sibi placet. et
q̄n sibi placet. et diuerso modo quo sibi placet. De hoc
dicit btūs Aug9 sic. Quis tam impie desipiat. vt dicat
deum malas hominū voluntates. quas voluit. q̄n voluit
vbi voluit. in bonum nō posse c̄oūertē. sed cū facit. m̄ia
facit. cum aūt nō facit. p iudiciū nō facit / q̄m cui
vult miseretur / et quē vult indurat. hec Aug9. De hac dei m̄ia
dicit ecc̄ia btūs Gg9. in xxix°. lib° moral̄ sic. Misericors deus
dum pcc̄a hominū tollerat / et ea iā viciniū fine respicit. ple
rumq3 mētes peccātium immutat. Recte de se vim tante pie
tatis insinuās ait illud Job. Nunquid tenuisti c̄ociciens

extrema terre. et excussisti impios ex ea. Per terram quippe
homo infirma sapiens designatur. cui peccanti dictum est
Terra es et in terram ibis. Sed quia pius conditor facturam
suam non deserit. mala hominum et per sua sapientiam tolle-
rat. et peccatorum quoque confusione relaxat. cum duras atque in-
sensibiles mentes respicit. modo eas minis. modo verberi-
bus. modo revelationibus terret. Ut que pessima securitate di-
riguerant salubri timore mollescant quatenus vel sero redeant.
et hoc ipsum saltem. quia diu expectati sunt erubescant. Scit
enim dominus. quia extrema vite mentem plus indicat. et idcirco
electos suos in fine sollicitius purgat. Scriptum quippe est
Dominus iudicabit fines terre. Tanto ergo impensius ultimis
mentis invigilat. quanto in ipsis pendere initia sequentis vite pen-
sat. Hec Gregorius. Item de eadem misericordia dei. quo corda etiam desperata
ad penitentiam trahat. Idem beatus Gregorius in eodem libro moralium super illo
verbo Iob. Nunquid ingressus es in profundum maris. Dicit
Mare quippe est mens humana. cuius profunda deus ingreditur
quando per cognitionem sua ad lamenta penitentie abintimis cogita-
tionibus perturbat. quando prioris vite nequitias ad memoriam
reducit. et fluctuantem in confusione sua animum concutit pro-
funda maris deus penetrat. quando etiam desperata corda per-
mutat. Tunc enim mare permutat. quando cor seculare humili-
at. Tunc profundum maris ingreditur. quando visitare mentes ex-
pressas sceleribus non dedignatur. Unde recte protinus sub-
iungitur. Et in novissimis abyssi deambulasti. Quid enim
abyssus nisi mens humana. que dum semetipsam comprehendere
non valet. se se in omne quod est. velud obscura abyssus la-
tet. In novissimis ergo abyssi deo deambulare est. etiam
nequissimorum hominum corda convertere. Et desperatas mentes visi-
tationis sue vestigiis tangendo mirabiliter reformare. Cum
enim post immensa scelera unusquisque compungitur. quid aliud
quam in novissimis abyssi deus ambulasse videtur. Quasi in
abysso namque deus deambulat. cum obscurorum cor penetrans
fluctus invisibiles viciorum calcat. plerumque enim perpetrata alia
plangimus. aliis patimur urgemur. Ut modo superbia modo ira.

modo luxuria. modo avaricia temptacione fatigemur. Sed tu
tunc hec in corde meo dominus occulte visitacionis sue timore
repremit. quid aliud quam in abysso gressum ponit. Quos
gressus mentis conspicimus. quando contra insurgencia vicia quo
timoris eius obviant dona pensamus. hec gregorius. Ecce habemus
per hec dicta. quomodo miserator deus eciam corda nequissima
et desperata plerumque ad penitenciam convertit. Considerantes autem
tantam pietatem dei. cavendum summopere est. ne quis in peccato
timens labatur. quod si lapsus fuerit non desperet. sed per sanc-
tam penitenciam surgat. Relaxat enim deus peccatum quod defletur.
At tamen qui stat. timeat ne in peccatum cadat. quia si digne
deflere possit peccata. que commiserit ignorat. Hac similiter beatus
gregorius. in xxxiii° libro moralium loquens super illo verbo Job. Nunquid
armilla perforabis maxillam eius videlicet behemoth. pul
chre tangit cum dicat. Cavendum summopere est. ne quis delecta
cione peccati. leviathan istius ore rapiatur. et tamen si rap
tus fuerit non desperet. quia si peccatum perfecte lugeat. adhuc
foramen in maxilla eius invenit. per quod evadat. Iam den
tibus teritur. sed adhuc si evadendi via querit. in maxilla
eius foramen invenit. habet eciam captus qua exeat
qui prius dum noluit ne caperetur. Quisquis ergo nondum
captus est. maxillam eius fugiat. quisquis vero iam captus
est. in maxilla foramen querat. pius quippe ac iustus est
conditor noster. sed nemo dicat. quia pius est securus
pecco. Et nemo qui peccavit dicat. quia iustus est. de
peccati remissione despero. Relaxat enim deus facinus quod
defletur. sed perpetrate quisque timeat. quia si digne flere
possit ignorat. Ante culpam ergo iusticiam timeat.
post culpam tamen de pietate presumat. Neque itaque sic
iusticiam timeat. ut nulla spei consolacione convalescat. Ne
que ita de misericordia dei confidat. ut adhibere vulneribus suis dig
ne penitencie negligat medicinam. sed quem videt sibi par
cere. semper eciam cogitet districte de se iudicare. Sub pi
etate itaque eius. spes peccatoris gaudeat. sed sub districc
cione eius penitentis correccio contremiscat. Spes igitur

presumptionis ire. habeat etiam morsum timoris. Ut ad
corrigenda peccata. iusticia iudicantis terreat. quem ad fi-
duciam venie gratia parentis invitat. Hinc enim per quendam
sapientem dicitur. Ne dixeris miserationes domini multe. peccatorum
meorum non recordabitur. pietati namque eius protinus et ius-
ticiam subdit dicens. Misericordia enim et ira ab illo.
Divina namque clementia maxillam vehemoth istius perfo-
rans. ubique humano generi et misericordiam et potentiam
ostendit. quia nec libero arbitrio peccandi tacuit. nec
capto remedium fugiendi subtraxit. Ad hoc quippe in scrip-
tura sacra virorum talium. id est david et petri peccata sunt
indita. ut cautela minorum ruina sit maiorum. Ad hoc vero
utrorumque illic et penitentia insinuatur et venia. ut spes
pereuntium sit reparatio. De statu ergo suo david cadente
nemo superbiat. de lapsu etiam suo david resurgente ne-
mo desperet. Ecce quam mirabiliter scriptura eodem verbo su-
perbos premit. quo verbo humiles levat. Unam namque rem ges-
tam retulit. et diverso modo. superbos quidem ad humilitatis
formidinem. humiles vero ad spei fiduciam revocavit. O in-
estimabile novi generis medicamentum. quod uno eodemque
ordine positum. et premendo tumentia exsiccat. et suble-
vando arentia infundit. De maiorum nos lapsu terruit
sed de reparatione roboravit. Sic quippe semper nos di-
vine dispensationis misericordia. et superbientes reprimit. et ne ad
desperationem corruamus fulcit. Hec gregorius. per ista dicta sanc-
torum virorum docetur homo spem habere et timorem. spem de
misericordia. timorem de iusticia. Spem ut si lapsus fuerit. sur-
gat per penitentiam. timorem ne iterum incidat. in peccati ruinam
quia valde displicet omnipotenti deo. recidivatio. sive itera-
tio peccati. Unde omnis penitens. semper misericordiam dei et iusticiam
coram oculis sui cordis habeat. Misericordiam ut per spem
erigatur. Iusticiam ut per timorem humilietur. Ad hoc faciendum
hortatur beatus Augustinus. sic dicens. Nunquam peccatorum enormi-
tas. sine intuitu divine clementie est pensanda. nec
divina bonitas. sine rigore iusticie cogitanda. Nam hec

sine illa faciat insolescere. Illa vero sine ista desperando
faciat nimis pertimescere. Hec Aug[ustinus]. Sed fortassis est aliquis
qui tot crimina conspiciat se commisisse quod propter illa timeat
dei amiciciam et dilectionem quamvis doleat nequaquam as-
sequi se posse. Sed absit hoc a cordibus omnium peccatorum
sua tamen peccata plangencium et dolencium. Nam per
lamenta penitencie peccator quamvis sordidissimus efficiatur dei ami-
cus et dilectus. De hac magna pietate et misericordia dei dicit
beatus Bernh[ardus]. Quid de tua misericordia dicam ihesu bone. qui
non minus peccatorem conversum diligis. quam eum qui nunquam
peccati maculam contraxit. Hec Bernh[ardus]. Non enim qui pec-
cant. sed qui in peccatis perseverant sunt odibiles. et abho-
minabiles deo. Conversos vero et penitentes peccatores ad
gremium sue pietatis et dilectionis paratus est suscipere xpistus.
De hoc dicit beatus Aug[ustinus] in quodam sermone sic. Non
enim qui peccavit. sed qui in peccatis suis perseveraverit
odibilis est deo et abhominabilis. Nam ut de indulgen-
cia divina nemo diffidat. dominus nos per prophetam veluti
pater piissimus consolatur dicens Nolo mortem peccatoris
sed ut convertatur et vivat. Et illud Impietas impii non
nocebit ei. In quacumque die conversus fuerit ab iniquitate
sua. Sed ista tam magna misericordia tunc nobis prodest. si non
tardamus converti ad dominum, nec crimina criminibus superaddamus.
Sed forte cogitet aliquis se tam grauia admisisse
peccata. ut iam misericordiam promereri non possit. Absit hoc
a sensibus omnium peccatorum. O homo quantumcumque illam multitudinem
peccatorum attendis. cur et omnipotenciam celestis medici non
attendis. Cum enim velit deus misereri. quia bonus est
et possit. quia omnipotens est. ipse contra se divine pietatis
ianuam claudit. qui deum sibi misereri aut non velle.
aut non posse credit. eum quia aut bonum aut omnipo-
tentem esse diffidit. Nemo ergo post centum peccata. aut
post mille crimina. de misericordia divina desperet. Sic tamen
non desperet. ut sine ulla mora deum sibi reconciliare
festinet. Ne forte si consuetudine peccandi fecerit. cecam

si velit a dyaboli laqueis liberari non possit. Hec Augustinus. Ecce
quomodo beatissimus vir Augustinus omnes peccatores etiam in peccatis multis
et maioribus iacentes hortatur ad spem venie et neminem debere
desperare de dei misericordia et pietate, sic tamen ut sine ulla
mora penitentiam et confessionem ac bona consuetudinem festi-
net facere sibi deum propicium. ne tardando per negligentiam
et incuriam tradatur in reprobum sensum et incidat in la-
queos dyaboli ex quibus etiam si voluerint exire se non possint
Secundum etiam quod divine misericordie multi sunt effectus. Ipsa enim
dei misericordia prevenit nescientes. trahit nolentes. sequitur non
querentes. prevenit fugientes. revocat recedentes. expectat
tardantes. suscipit revertentes. Remittit debitum. confert
meritum. premiat ultra condignum. Primo prevenit nescientes.
psalmus. Deus meus misericordia eius preveniet me. et hoc per occultam
inspirationem. Johannis iii. Spiritus ubi vult spirat. et vocem
eius audis et nescis unde veniat aut quo vadat. quia
vox divine inspirationis auditur intus in corde penitentis
per recognitionem. et nescitur unde veniat. quia ab homine
ignoratur divine vocationis causa. cum sit preter meritum. Aut
quo vadat. quia similiter ignoratur de finali perseverantia
Secundo trahit nolentes Jo. vi. Nemo potest venire ad
me. nisi pater traxerit eum. Tercio sequitur non querentes.
Ezech. xxxiiii. Quod perierat requiram. et quod abiectum
fuerat reducam. Quarto prevenit fugientes Exo. xxiii. Ecce
ego mittam angelum meum qui precedat. Quinto revocat re-
cedentes. ysaie xxxi. Convertimini filii sicut in profundum
recesseratis. Sexto expectat tardantes ysaie xxx. Expec-
tat dominus ut misereatur vestri et ideo exaltabitur parcens vobis.
Septimo suscipit revertentes. psalmus. Suscepit eos de via ini-
quitatis eorum. et illud Jeremie. ubi dominus ad peccatricem ani-
mam dicit. Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen
revertere ad me. et ego suscipiam te. Octavo remittit debi-
tum. Mt. xviii. omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. Nono
confert meritum. Unde paulus. Quid habes quod non acce-
pisti. Decimo premiat super condigno. Unde ad Rom. viii.

Non sunt condigne passiones huius temporis ad superuenientem
gloriam que reuelabitur in nobis. Hec igitur omnia que premis-
sa sunt de dei pietate et misericordia debent unumquemque peccatorem
sua facinora trepidantem ad spem fiducie animare et
ad totam conuersionem ad deum seu penitentiam agendam mouere ut
saluus esse possit in extremis suis et in die iudicij. Filius
xv Gaudens gaudeo audiens tantam misericordiam. interrogat
et pietatem esse in visceribus dei nostri. et quia aptum
est gremium benignitatis eius ad suscipiendum omnes pecca-
tores in sordibus peccatorum constitutos. Necesse est ut currant
singuli qui se senciunt onere criminum grauatos nichil hesi-
tantes ad fontem tante pietatis. ut absoluti a fetore
suorum scelerum veniam et graciam ab ipso misericordiarum domino ualeant
impetrare. Sed rogo pater ut me de hoc informes Cum
igitur deus sit ita misericors. quare homines peccatores quam
plures non attendunt eius pietatem. ut se per penitentiam conuer-
tant ad ipsum. Vel quid est quod impedit tantam eorum
salutem. Quid impediat quod homines negligentes sunt ad agendam penitentiam
Quod homines quam plurimi. et heu capitulum xv. Pater respondet
pro maiori parte ut communiter tardi sunt et neglige-
ntes ad conuersionem ad deum. siue ad penitentiam
agendam. Facit amor presentis vite. et delectacio in rebus
transitorijs. Qui vero conuerti volunt necesse est ut presencia despi-
ciant. et futura diligant. Hoc testatur beatus Gregorius in primo
libro moralium cum dicit. Sunt nonnulli qui vitam suam negli-
gunt. et dum transitoria appetunt. dum eterna uel non intel-
ligunt. uel intellecta contempnunt. Cumque superna que
amiserunt non considerant esse se heu miseri in bonis pu-
tant. Nequaquam enim ad veritatis lucem cui conditi fue-
rant. mentis oculos erigunt. nequaquam ad contemplacionem
eterne patrie desiderij aciem tendunt. sed semetipsos in hijs
que proiecti sunt deserentes. vite patrie diligunt exilium
quod patiuntur. et in cecitate quam tolerant. quasi in claritate
luminis exultant. At contra electorum mentes. dum cuncta transitoria

nulla esse cõspiciunt. ad que sunt cõdite cognoscunt. Cumqz
corp satisfactiõi. nil extra deum sufficit. ipa inquisitiõis
exercitatiõe fatigata. illorp cogitaciõ. in cõditoris sui spe
et cõtemplatiõne requiescat. superius inseri civib; appe
tit. et unus quisqz corp. adhuc inimicorum corpe positus.
mete iam extra mundũ surgit. exilium quod tollerat. deplorat/ et ad sublime patriam. incessantib;
se amoris stimulis excitat. Cum enĩ dolens videt. quĩ
sit eternũ qd perdidit. invenit salubre cõsiliũ. tpale hoc
despicẽ. qd perit. et quo magis crescit cõsilii scĩa. ut pi
tura deserat. / eo augetur dolor. qd nondũ ad mansura p
tingat. Unde bñ p Salomone dicitur/ qui addit sciam
addit et dolorẽ. Qui enĩ scit iam summa. que adhuc nõ
habet. magis de infimis in quib; retinetur dolet. hec
gg. Item de eisdem carnalib; homib;. idem btus. gg
in xxi. libro morl. sup illud Job. Cutis mea aruit et
cõtracta est. sic dicit. In sancte quippe ecclie corpe. hii
qui solis exteriorib; curis inserviunt. cogitue cutis vocatur.
Que nimirp cutis arescendo attrahitur. quia mentes carna
liũ. dũ pñcia diligunt. et qñ in pño posita cõcupiscunt
ad futura tendi p longanimitatẽ nolunt. hac namqz at
tractioz ps. formidavat. cũ dicebat. Sicut adipe et pin-
guedine repleatur aĩa mea. Adeps quippe pinguedinis aĩaz
replet. cũ hanc cõtra pñciũ desideriorp estum. superne
spei infusio refovet. Cutis ergo arescens attrahitur. cũ
cor rebus exteriorib; deditũ animũ ex desperatiõe siccatum
in anctoris sui amorẽ nõ tendit. sed in semetipo. ut ita
dixerim rugosa cogitatiõe replicatur. pensandũ vº est.
qd carnales mẽtes idcirco pñcia diligunt. quia vita car
nis. qm fugitiva sit minime attendunt. Nam si velocitate
eius transitus aspicerent. hac etiã psperitatẽ minime ama
rent. Sancti aũt. qui pñtis vite momenta decere sbi festinatiõe
cõspiciunt. nequaquã in hoc mobilitatis itinere cordis inte
tiõne figunt. hec. gg. Per hec igitur dicta manifesta/ apparet

q̄ amor rer̄ trāseūciū. sine delectacōe p̄ncui. facit ho
mines tardos ad penitendū. et ecōuso cōtemptus mūdi
facit p̄mptos ad deo obediendū. Nam ipse amor mūdi
cū p̄ualet ad ambiēdū honores t̄renos. mētes hoīū
instigat. ne despecti videant̄. res facit cumulare t̄renas.
remisse in p̄sp̄is gaude͛. sola que assūt cogitare. nullā
memoriā celestis p̄rie habere. De talib; dicit btūs. gg.
in viij°. lib°. moꝶ. sup illud Job. Tabernaculū impioꝶ
nō subsistet sic. Tabernaculū quippe cōstruit̄. vt ab
estu corpus et frigore defendat. Quid itaq; hoc loco
tabernaculi noīe. nisi edificacō t̄rene felicitatꝭ exp̄mit̄.
p̄ quā sup se reprobi casma multiplicāt. vt se a p̄ntis
vite necessitatib;. q̄ii ab estu et ymbrib; defendāt. hono
rib; naq; extreslē ambiūt. ne despecti videāt̄. Terrena
aggregando ex aggerāt. ne inopie frigoe tabescāt. cōtēp
nūt ēuare. q̄ seqmt̄. et tota intencōe sathagūt. ne q̄d
in p̄ntib; desit. Studēt nomē dilatare ne lateāt. et si
cuncta ad desideriū suppetāt. innitos. se et felices in omīb;
putāt. Ubi ergo mētis habitaculū cōstruūt. ibi p̄culdu
bio tabn̄acla fixerūt. Aduersa impacient̄ ferūt. remisse
in p̄sp̄is letant̄. sola que assūt cogitāt. nec ad effcm
celestis p̄rie ulla recordacōe respirāt. Gaudēt sibi sup
petē bona que cupiūt. atq; ubi carne requiescūt. ibi et
mētem extinguēdo sepeliūt. quia secularis cure telo tru
cidati t̄renarꝫ rer̄ cumulū aggerāt. et q̄ foris exquire
do multiplicāt. huc sp̄ interius p̄ cogitacōem portant.
At contra iusti nec oblata bona. hic p̄ magno accipiūt
nec illata mala valde p̄timescūt. sed et cū bonis p̄nti
bus vtunt̄. ventura mala metuūt. et dū de malis p̄nti
bus gemūt. bonorꝫ sēp̄ eternorum amore cōsolant̄. Sic q;
t̄pali refouent̄ subsidio. sicut viator utit̄ lecto. pausat
et recede͛ festinat. quiescit corpe. et ad aliud tendit mēte.
Nonnūq̄ vero et aduersa p̄eti appetūt. et in trāsitoriis p̄
sp̄ati refugiūt. ne delectacōe itineris. a p̄rie p̄uencōne.

tardentur. ne gressum cordis in via peregrinationis figat / et
quęque ad corpus pertinent celestis patrie sine remuneratione perveniant
Gaudent despecti. nec dolet se necessitatibus affligi. Qui
ergo contra prospera se adversa non muniunt. qui contra estus et
pluvias habere tabernaculum noluerunt. Iusti itaque hic se con-
struere negligunt. ubi peregrinos se esse et hospites noverunt
Quia enim in propriis gaudere desiderant. esse in alieno felices
recusant. Iniusti autem quanto longius ab eterne patrie hereditate
divisi sunt / tanto intra altius fundamenta cogitationis figunt
Bene ergo dicitur. tabernaculum impiorum non subsistet. quia vite
fugientis amatores. dum se studiose presentibus construunt. re-
pente ad eterna supplicia rapiuntur. Hec Gregorius. Quod autem car-
nales homines sic inherent temporalibus. hoc facit. quia ne-
gligunt pensare eterna. nec etiam perpendunt finem habere omnia
transeuntia. Et ideo suam consolationem totam in voluptatibus
carnalium desideriorum ponunt. De hoc idem Gregorius in x°
libro moralium super illo verbo. Oculi impiorum deficient. et effu-
gium peribit ab eis. dicit sic. Oculi impiorum sunt intentiones
carnalium desideriorum. que idcirco deficiunt. quia eterna ne-
gligunt. et sola semper transitoria postulant. Adipisci namque per-
hennem gloriam cogitant. multiplicari rebus temporalibus exop-
tant. ad mortem quoque cotidie cursu rerum labentium tendunt
sed cogitare mortalia nesciunt. Carnis vita per momenta
deficit / et tamen carnale desiderium crescit. res habita instanti
fine corrumpitur. et habendi anxietas non finitur. Sed cum
mors impios subtrahit. hic eorum profecto desideria cum vi-
ta finiuntur. quorum scilicet oculi tunc superna ultione deficiunt
quia suo hic iudicio a terrena deficere delectatione noluerunt
A quibus et omne effugium peribit. quia eorum malitia ab eius ad
visione districti iudicis. quo se valeat occultare non inveniet
Nam nunc cum iustitia inquirit aliquem vel adversa patiuntur
effugii latebras inveniunt. quia ad voluptatem protinus
desideriorum carnalium refugiunt. Nec enim paupertas cruciat
diviciis animum demulcet. Nec despectus proximorum deprimat

se se dignitatib9 exaltat. Si fastidio corpus atteritur
appositis epularum diu̇sitatib9 mutat. Si quo mesticie
impulsu deicit᷑ mox pᷓ'm inposita locorum blandimēta rele
uat. Tot ergo hic hn̄t effugia, quot sibi pparāt oblec-
tamēta. sed quamq3 ab eis effugiū pit. qma corp mēs amis
sis omnibus se solūmō et iudicē cōspicit. tūc voluptas
subtrahit᷑. voluptat' culpa suat. et repēte miseri pe
riīdo distuīt. qma pitura temnerūt. qui tn̄ quousq3 vi
xīūt. et corpalit' quere noticiā nō desinūt. vn̄ et subdit.
Et spes illorum abhominacō est anime. Quid hic peccator.
totis cogitacōib9 spat, nisi ut ptate alios transeat.
cunctos rerum multiplicatōne transcēdat. aduersitates domi
nando subiciat. obsequētib9 mirandi9 innotescat. ire
ad votū satisfaciat. benignū se tn̄ laudatur ostēdat
quid q̄ gula appetit offerat. Bene ergo illorum spes
abhominacō dr̄. qma ea que carnales ambiūt. spūales
quamq3 iudicio rectitudinis aduersant᷑. Nam quod peccatores
voluptatē estimāt. hoc iusti procul dubio penā putāt
Abhominacio ergo anime spes est pᷓuorum. qma nimi
rū spūs deficit. vbi caro requiescit. Ut enī caro mol
libus. sic animā duris nutrit᷑. Illam blanda refouēt
hanc aspera exercet. Illa delectacōib9 pascit᷑, hec
amaritudinib9 uegetat᷑. Et sicut carnē dura sauciat
sic mollia spm̄ necant. Sicut illā laboriosa interi
mūt. Ita hanc delectabilia extīguūt. Spes itaq3 car
naliū. abhoiacio anime dr̄. qma inde imperiū spi
tus interit. Unde et suauit' ad temp9 caro viuit. Hec
gg̃. Et sacēdū q̄ amatores mūdi. cum ab eius affec
tu se non solū nō separant. sed etiā ad ipius dilacōz
ppt' carnales voluptates et vanitates se effudūt
intm̄ pᷓualet in eis amor seculi. et q̄dā mō milli9
dileccōe excecāt᷑ vt etiā ītra mortē amare tpalia,
nō desistūt. Hoc pulchre tangit btūs. gg̃. in viij.
lib°. morum. loquēs sup illo vbo Job. Et cōsūpti sūt
absq3 ulla spe. vbi di'. Rep̄borum metes erga dies.

Vite presentis tanto amore constringitur. ut sit semper hic appetat vivere. quatenus si valeat vivendi cursum desideret nunquam finire. Cogitare quippe ventura despicit, spem totam in rebus transeuntibus ponit. habere nulla. nisi que pretereunt concupiscit. Cumque nimis transitoria cogitat. et mansura nullatenus sperat sic cecitate insensibili cordis oculus claudit. ut eterne luci nullatenus intendat. Unde fit ut sepe iam corporis molestia cruciatur. et vicina mors virtute vitalis spiritus incidat. nec tamen tractare que mundi sunt desinunt. Iamque eos ultor ad iudicium pertrahit, et tamen ipsi ordinare sollicita rebus transeuntibus occupati. nihil aliud cogitant nisi in hoc mundo adhuc qualiter vivant. Relinquenda omnia que possiderant disponunt. quia spes non vivendi non frangitur. etiam cum vita terminatur. Iam ad iudicium trahuntur precia et tamen adhuc labendis rebus inherent precordii. Vita enim mente abesse mors longe creditur. etiam cum sentitur. Sic quoque a carne anima solvitur. ut ergo presentia immoderato se amore retinens. cum ad eternum supplicium ducatur. hoc ipsum quoque nesciat quo ducatur. et deserens que amare cum termino noluit, repente sine termino invenit que nunquam providit. At contra electorum mens ad eternitatis intentionem tenditur. etiam cum presens eam feliciter vita comitatur. Magna carnis salute utitur. nec tamen eius fiducia retardatur. Nullus adhuc mortis articulus erumpit. et quasi presentem hanc cotidie conspicit. Quia enim vita indesinenter labitur. spes ei vivendi funditus amputatur. Unde ergo de diebus preteritis dicitur. Consumpti sunt absque ulla spe. Ac si aperte diceret. Mentis fiduciam in presenti vita non posui. quia omne quod preterit calcando despexi. Unde et aperte mox subditur. Memento quia ventus est vita mea. Hii etenim vitam carnis quasi permanentem diligunt. qui quanta sit vite sequentis eternitas non intendunt. Cumque soliditatem perennitatis non considerant. exilium patriam, tenebras lucem cursum stationem putant. At contra sancti viri quo ad eterna

cor sublevat. quam breve sit quod fine clauditur pensat.
Et corporis sensibus vilescit. quod praeterit. quo intellectum radiante
interlucet. quod acceptum numquam recedit. Cumque infinitatem
perpetuitatis aspiciunt. nequaquam iam pro magno desiderant
quidquid finis angustat. Sed sublevata mens. extra tempora temporis
terminos ducitur. etiam cum carne in tempore tenetur. et tanto altius
finienda despicit. quanto verius infinita cognoscit. Sed hec
ipsa humane brevitatis consideratio. auctori nostro. magne virtutis
oblatio est. Unde bene subditur. Memento quia ventus est vita mea.
Ac si aperte diceret. Transeuntem velociter benigne respice. quia
et tanto videri a te misericorditer debeo. quanto ipse a considera
tione mee brevitatis oculos non averto. Sed quia dum tempus
vite presentis abscinditur. ad operationem promerende venie ulterius
non reditur. recte subiungitur. Nec revertetur oculus meus. ut
videat bona. Ad videnda bona extincti oculus non redit. quia
ad exhibenda recta opera. exuta carne anima non reducitur.
Nequaquam ad videnda bona oculus revertitur. quia retribu
tione sua mens inveniens. ad operationis usum nullatenus
revocatur. Hec Gregorius. Ecce quod homines carnales. etiam circa finem
vite amare temporalia. et etiam transitoria non desistunt. Electi
vero econtrario propter amorem celestis patrie. etiam tunc sanissimi
contempnunt. Sed ad hunc considerandum. quod ad cumulum mise
riarum illorum videlicet hominum. qui sic absorbti sunt in amore rerum
temporalium et carnalium voluptatum. rapiuntur etiam et traduntur
inmunda duritiam cordis et insensibilitatem mentis. ut labores
pro mundo et dolores libenti animo sustineant. dummodo potiantur
et assequi valeant seculi voluptates. Hoc probat beatus Gregorius
in xx° libro moralium. cum dicit. Mundi enim amatores attendunt
transitoria que percipiunt. et intueri negligunt bona permanentia
que perdunt. Cumque temporalium amore flagrant. veram
leticiam violenter ignorant. quam si studiose cognoscere quererent
quam flenda sunt gaudia que appetunt viderent. sed tamen
meliora scire contempnunt. sola sibi velut summa eligunt
que visibiliter oculis seductore sagacia blandiuntur. visibilia
sequentes cor figunt. et tanto extrinsecus gaudent. quanto intrinsecus

recordacōnē sui nō habet. misceant tamē corp gaudijs
plerūq3 tribulacōes. atq3 ex rebus ipis quib9 supbiunt
flagellāt. et tn̄ hoc ipm̄ delicias estimāt. quia et dura
quidem ex pntis vite amore tollerāt. et cū affectu ni=
mie cupiditatis obligati. laborē eiusdem tollerātes volup
tatē putāt. huanum igit genus. iusto dei iudicio volup=
tatib9 suis dimissū. atq3 per easdem voluptates sponta
neis tribulacōibus traditū. quia et amara sūt que p
huius vite amore tollerāt / et tamē eandē amaritudinē
cecitate cupiditatis. qui insensibiliter ebrietatis ignorāt
Amāt enim pusi homines. p huius mūdi glia. etiā tribu
lacōes. cunctis q3 p ea sudorib9 libenter fruūt. et grauiū
laborū iugo deuotissime colla submittūt. Deus aūt cessa
tōnē a mūdi laborib9 impetrat. sancte quietis dulcedinē
psuadet. et tamē vesana miserorū mēs. plus se asseqūi aspa
carnalit. quā tenēe blanda spualit gaudet. plus acerbi=
tate fatigacōis quā quietis dulcedine pascat. Quod apte
nobis in semetipso israeliticus ꝑplus ostendit. qui dū refec=
tionē mānē desup paret. ab egipto ollas carniū pepo-
nes porros. cepas q3 cōcupiuit. Quid enim signat in māna
nisi esca gre suauis. sapiēs ad refectōnē interioris uite
bn̄ vacātib9 desup data. et quid p ollas carniū. nisi
carnalia opa. inpta tribulacōnū labores. qui igib9
excoquenda. Quid p pepones. nisi tre dulcedines. Quid
p porros ac cepas expmit. que plerūq3 qui comedūt
lacrimas emittūt. nisi facultas vite pntis. que a dilecto=
rib9 suis. et nō sine luctu agit. et tamē cū lacrimis
amat. Manna igit desentes. cū pepōib9 ac carnib9
porros cepas q3 quesierūt. quia videlz puse mētes dulcia
p grām quietis. dona despiciūt. et p carnalib9 volupta-
tib9. laboriosa huius vite itinera. etiā lacrimis plena conca=
piscūt. Cōtepnūt hīc ubi spualit gaudeāt. et desiderāt
appetūt. ubi et carnalit gemāt. quia et dura lenibus
aspera mitib9. tristitoria et(er)nis anteponūt. hec gg. De
hoc iterū p btm̄ ggm̄ sup ezech. sic dr. Sicut sūt nōnulli

qui quietem cunctis mundi premiis atque honoribus preponunt /
Ita nonnulli ut in hoc mundo aliquid esse videantur. terrenis
laboribus insudant / insistunt causis. preinsistunt iurgiis / et
cum nimis se corpore deficere inter labores sentiunt / amore tamen
terrenarum rerum devicti. delectabiliter fatigantur. quia quibusdam
pravis mentibus nichil est laboriosius. quam si eis preciperetur ut
in huiusmodi mundi actibus non laboret. Nam quidam repulsi /
ab actione terrena. desperant ut redeant. rogant ut deprimantur
gravi se periculo incurrisse quietem putant. hec Gregorius. Apparet
ergo ex predictis. qualiter amatores mundi. propter res et vo-
luptates transitorias. labores et sudores libenti animo subire
quodammodo delectantur. Fortes enim sunt dilectores seculi. pro
rebus et gloria mundi. etiam quedam difficillima tollerare.
Pro spe vero perpetua / nec parvum quidem laborem volunt
subire. fortes in rebus terrenis debiles in celestibus. Hoc tes
tatur beatus Gregorius in xvii° libro moralium. cum dicit. Omnes seculi
amatores. in terrenis rebus fortes sunt. in celestibus debiles.
Nam pro temporali gloria usque ad mortem desudare appetunt
et pro spe perpetua. nec parum quidem in labore subsistunt
pro terrenis lucris. quaslibet iniurias tollerant. et pro celesti mer
cede. vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant. Sepe
delectatione inuditate fame. pro acquirendis divitiis atque
honoribus tollerant. et earum rerum se abstinentia cruciant. ad
quas adipiscendas festinant. Superna vero laboriose querere
tanto magis dissimulant. quanto ea retribui tardius putant
hec Gregorius. Et notandum quod sicut reprobi fortes sunt ad sustine
ndos labores etiam maiores. propter gloriam mundi. et amorem
rerum temporalium. Ita iusti fortes sunt. ad sustinenda adversa.
et tollerandos labores. propter amorem patrie celestis. De hac du
plici fortitudine habetur in vii° libro moralium. ubi dicit Gregorius lo
quens super Job. Que est fortitudo mea ut sustineam. dicit
sic. Sciendum quod alia est iustorum. atque alia fortitudo re
proborum. Iustorum quippe fortitudo est carnem vincere. propriis
voluptatibus contraire. delectationem vite presentis extinguere
huiusmodi mundi aspera pro eternis premiis amare. prosperitatis

blandimenta contempnere. ad adversitatis metum in corde superare
Reproborum vero fortitudo est transitoria sine cessatione dilige-
contra flagella conditoris insensibiliter perdurare. ab amo-
re temporalium nec ex adversitate quiescere. ad inanem gloriam et-
iam vite detrimento pervenire. bonorum vitam verbis ac
moribus impugnare. in semetipsis spem ponere, iniquitatem
cottidie sine ullo desidie defectu perpetrare. Hinc est quod
per psalmistam electis dicitur. Viriliter agite et confortetur cor vestrum. Hinc
per prophetam reprobis dicitur. Ve qui potentes estis ad bibendum vinum
et viri fortes ad miscendam ebrietatem. An non reprobi fortes
sunt. qui ad perficiendam mentis concupiscentiam tot laboribus tantisque
periculis se audenter obiciunt, pro lucris contumelias libenter
ferunt. ob appetitum sue libidinis nulla victi contrarietate re-
siliunt. percussionibus durescunt. et mundi mala tolleant pro
mundo, eius quoque ut ita dixerim gaudia querentes perdunt. nec
tamen hoc perdendo fatigantur. Unde bene ex humani generis
voce per Ieremiam dicitur. Inebriavit me absinthio, ebrius
quippe quod patitur nescit. Absinthio ergo est ebrius qui
pro amore seculi perditus a sensu rationis est alienus, dum
quidquid pro mundo sustinet leve deputat laboris amari-
tudinem quam tollerat ignorat. quia minimum ad cuncta de-
lectabilia ducitur. in quibus penaliter fatigatur. At contra
vir iustus ad mundi pericula pro mundo tolleranda esse debi-
lis studet, finem suum conspicit vite presentis. quam sit transitoria
attendit. et per ea labores exterius perpeti renuit, cum intrin-
secus delectatione vincitur. Dicat ergo beatus Iob. dicat ex
omnium voce iustorum. Que est fortitudo mea ut sustineam
aut quis finis meus ut patienter agam. Ac si aperte dicat
Mala mundi pro mundo tollerare nequeo, quia iam in eius
desiderio non sum. Dum enim presentis vite finem conspicio. cur
pondus eius patior. cuius appetitu careo, et quia iniusti
quique ut diximus tanto fortius labores illius perferunt
quanto avidius delectatione pascuntur. Recte mox subditur.
Neque fortitudo lapidum fortitudo mea. Quid hoc loco
per lapides nisi insensibilium corda hominum signantur

qui sepe et sup nos ictus accepimus / et tamē nulla dis
ciplinē percussione mollescimus. Quo contra elc̄is p pphām
pollicēte dn̄o dr̄. Tollam a vobis cor lapideū / et dabo
vobis cor carneū. hec ggr̄. Ex istis omnib9 dict̄ pre
missis btī ggr̄. colligē possum9. q dilc̄o rerp tpaliu. et
amor carnaliū voluptatū. retrahūt hoīez a cō
usione ad deū. et ad penitēciā pexcessib9 et peccat̄
agendā faciūt tardum. Inter hec etiā cōsiderādū q
sūt nōnulli in seculo cōstituti. qui cōsiderantes sua
suā puersam et viciosā vitā. aut pter metū iehēne
vel pter amorē vtutū pponūt ex animo se a vicijs
abstinē. sed veniēte temptacōe seu occasione q̄liq3
ptm9 in priora facinora relabūt. a quibus pposuerāt
abstinē / et hoc fit. quia laborē nolūt ad resistendū
h̄rē. Et sūt nōnulli qui se a quibusdā vicijs abstinēt
in quib9dā vero peccātes iacēt. sed tamē nō repugnāt
omnibus et resistūt. etiā ad illa vicia a quib9 prius absti
nebāt redeūt / Et sūt nōnulli qui p mentis rōnē se de
phēdūt peccando errare / tamē quia negligēt vicijs re
sistūt. a carnis delc̄acōe supant. et p cōseq̄ns in ea exre
cant. Ista btūs ggr̄. in hoc vij. lib. mor. loquēs sup
illo vbo. Inuolute sūt semite gressuū eorū sic dicens.
Sunt nōnulli qui seducētib9 vicijs obviare . quasi
tota intēcione deliberāt. sed veniēte temptacōis articlo
in deliberacōis pposito non pdurāt. Alius namq3 pra
uo vsu supbie inflatus. cum magna esse pīma hu
militat̄ considerat. aduersus semetipm se erigit. et
quasi timorē tingidi flatus deponit exhibere se
quib9libz cōtumelijs humilem pmittit. sed cū repēte
huc vnius iniuria vbi pulsauerit. ptm9 ad cōsuetā
elacōm redit. sicq3 ad elacōm ducit̄. vt neqq̄m hu
militat̄ bonū quod cōceperat recordet̄. Alius auari
cia estuās augēdis facultatib9 anhelās. cū p̄teure oīa
cōspirat vagitē. p cōcupiscētiā mēte fugit. decernit
nl iā appetē. adepta tn̄m sub magne moderacōnis

freno possidet. sed cum repente fuerint oculis oblata
que placeant. in ambitionem protinus mens anhelat. et se
met ipsam non capit. adipiscendi hec occasionem querit. et
oblita continentie quam secum pepigerat. cogitationum se
stimulis per desideria acquisitionis inquietat. Alius luxu=
rie contagione polluitur. et longa iam consuetudine captivus
tenetur. Quanta sit autem castitatis mundicia conspicit. et se
carnea vite turpitudine reprehendit. Restringere ergo
voluptatum fluxa deliberat. et resultare consuetudini
quibus totis se viribus parat. Sed vel obiecta oculis species
vel ad memoriam reducta. cum subita temptacione concutitur.
protinus a pristina preparacione dissipatur. et qui contra hanc
clipeum deliberacionis extulerat. delectacionis iaculo confossus
iacet. Sicque eum luxuria enervem superat acsi nulla contra eum ar-
ma intencionis preparasset. Alius ire flammis attendit. et
usque ad inferendas proximi contumelias effrenatur. Cum vero
nulla furoris causa occasio pulsat. quanta sit mansue-
tudinis virtus. quanta paciencie altitudo. considerat. seque
etiam contra contumelias pacientem parat. Sed cum parva
quelibet commocionis occasio nascitur. repente ad voces et
contumelias medullitus inflammatur. Ita ut non solum ad
memoriam paciencia promissa non redeat. sed et semetipsam
mens. et ea que loquitur convicia non agnoscat. Cumque fu-
rori plena satisfecerit. quasi post exercicium in tranquillitate
redit. Vix igitur sero post convicia illata se cohibet. quia
et accensu sepe spumantes equos non possidentes dextra.
sed campi terminus coherceret. Unde bene de reprobis dicitur. In-
volute sunt semite gressuum eorum. quia recta quidem
deliberando appetunt. sed ad consueta mala semper replican-
tur. et quasi extra se extensi. ad semetipsos protinus redeunt
qui bona quidem cupiunt. sed a malis nunquam recedunt
Esse quippe humiles. sed tamen sine despectu. esse contenti
propriis. sed sine necessitate. Esse casti. sed sine maceracione corporis.
Esse pacientes. sed sine contumeliis volunt. Cumque virtutes
adipisci querunt. sed laborem virtutis fugiunt. Quid aliud

quoniam et belli certamina in campo nesciunt. et tamen prelia in urbibus concupiscunt. Animus hoc quod eorum semite involute memorantur. adhuc intelligi et aliter possit. Sepe namque nonnulli. contra quedam semina vehementer accinguntur sed quedam subigere negligunt. Cumque se contra ista non erigunt. et illa contra se reparant que subegerunt. Alius namque iam carnem a luxuria domuit. sed tamen adhuc mentem ab avaricia non refrenavit. Cumque se in mundo pro exercenda avaricia retinet. erumpente occasionis articulo. etiam in luxuriam labitur. quam iam subegisse videbatur. Alius avaricie estum vincit. sed nequaquam vim luxurie subdit. Cumque explende luxurie animum preparat. iugo quoque avaricie. quam dudum edomuit. cordis certamen subdit. Alius rebellantem impacienciam stravit sed inanem gloriam necdum vicit. Et cum se per hanc mundi honoribus inserit. commotus causarum stimulis. ad impacienciam captus redit. Cumque inanis gloria. ad defensionem sui animum erigit. et illam victus tollerat quam superavit. Alius inanem iam gloriam subdidit. sed tamen impacienciam necdum stravit. et tamen multa resistentibus per impacienciam minatur. erubescens non implere quod loquitur. sub inanis glorie iugo revocatur. et hoc victus per aliud tollerat. quod plene se vicisse gaudebat. Perversis itaque involute sunt gressuum semite. quia et si devicta una nequicia pedem levant. et regnante cum altera habent in ea etiam quam vicerant implicantur. Aliquando vero involuti gressuum semitis. et nonnulla culpa devitatur et alia per aliam perpetratur. Nam sepe furto negacionis fallacia iungitur. et sepe culpa fallacie periurii reatu cumulatur. Sepe quodlibet vicium imprudenti presumpcione committitur. et sepe quod omni culpa fit gravius. etiam de commisso vicio superbitur. Nam cum plerumque de virtute elacio nasci soleat. nonnumquam vero stulta mens de perpetrate se nequicia exaltat. Sed cum culpa culpe adiungitur. quid aliud quam involuta semitis. atque innodatis vinculis peccatorum ligantur gressus.

Ecia͂ int͛ hoc sacdu͂· q͛ aliqñ p͛us oculus intellc͛us
obtundit͛· et postmodu͂ captus animꝰ· ꝑ exteriora
desideria vagat͛· et ut ceca mēs quo ducat͛ nesciat
et carnis sue illecebris sese libent͛ subdat· Aliqñ vͦ
prius desideria carnis ebulliunt· et post longu͂ vsu͂
illicati opis· oculu͂ cordis claudut͛· Nam sepe mēs
recta discernit· nec tamē ardent͛ cōtra aduersa se
erigit· et renitēs vincat͛· dum hoc ipm̄ q̄d agit diiu-
dicans· carnis sue delectacōe supatur· Unde Jeremias
captiuitatē sedechie narrans dicit· Et occidit Rex ba-
bilonis filios sedechie· in reblata in oculis eius· ocu-
los quoq͛ sedechie eruit· Rex quippe babilonis· est
antiqꝰ hostis· possessor intime confusionis· qui p͛us
filios· ante intuentis oculos trucidat· quia sepe sic bō
opa inficit· vt hec se amittē ipe qui captus est dolēs
cernat· Nam gemit plerūq͛ animꝰ· et tamē carnis
sue delectacōibꝰ victus· bona que gemit amās pdit
ea que patit͛ dampna cōsiderat· nec tn͂ v͛tut͛ brachiu͂
contra regē babilonis leuat· s͛ du͂ iudeēs neq͛cie ꝑpet-
tione cōmittit͛· ad hoc quoq͛ pcc͂i vsu perducat͛· Vt ipo q̄z
racionis lumine p͛uet͛· quia malignus sp͛us· subductis p͛us
bonis opibus· post et intelligēcie lumē tollit· hec
gg͛. Ecce quod in seculo manētes ꝓpt͛ diu͛sa impedimēta
et occasiones· seu ꝓpt͛ societatē mala͂· eciā si firmit͛ ꝓpo-
nat· tn͂ a vicijs non valēt se cōtinē· Qui ergo vult vi-
tare vicia· oportet ut fugiat mundu͂· et ea que in eo
sunt· Nam mundus iste plenus est spinis· Cōuersari
aut͛ in mundo et nō ledi difficilimu͂ est· testāte beato
Bnh͂o· qui dic͛· Caro et mundus pleni sunt spinis· cōuer-
sari in hijs et nō ledi· diuine potēcie est· et nō virtutis
humane· hec Bnh͂· Si quis vͦ est tante v͛tut͛· vt
existens in seculo possit caste viuē· et a mundi vani-
tatibꝰ abstinē· valde laudabile est· Si quis aut͛ nō
pt͛ manēs in seculo se a vicijs abstinē nec cōtinē· salu-
bre est ut fugiat mundu͂· et sic fugiēdo possit et valeat

carnales delectacões seu vanitates declinare. q̄a alio
modo vinci nō possunt. De hoc dicit btūs Greg. Mundus
et mulier. nō melius q̄m fugiendo vincunt̄. quia cū
ceteris motibus. quis resiste nō potent. hos oportet
eum fugē. Unde fugā arripe. si vis victoriā obtinē
hec Greg. Et quidā v̄sificator sic dicit. Mundus nō
mūdat. sed mūdus polluit ergo. Qui manet ī mūdo
quō mūdus erit. Valde em̄ rarū est in esse seculi vo
luptatib; et nō p̄ eas maculari. put testat̄ ysidor̄
cū dicit. Satis rarū est vt aliq̄s int̄ seculi volupta
tib; positus. a vicijs maneat alienus. Non enim
diu tutus esse potit. qui piculo p̄ximus fuerit. hec
ysidorus. Qui ergo desiderat mūdus a p̄cō existere.
fugiat sclm̄ et adhereat deo. Ad hoc faciendū. hortat̄
nos btūs Aug̃. sic dicens. Fuge creaturas. si vis h̄re
creatorē. Fuge mūdū si vis esse mūdus. Conūti em̄
ad deū nemo potest nisi ab hoc mūdo se auerterit
hec aug̃. Qui igit̄ volt se cōūte ad deum. et a p̄cō
esse mūdus. necesse est ut fugiat mūdum. Filius interogat
xvi Satis ex p̄dictis auctoritatib; sanctorū patrum
patet. sed et racō hoc dictat. et expiencia do
cet. q̄ conuersari in seculo. et esse immunis a vicijs
et manendo in mūdo posse p̄ amorē adherē deo val
de sit difficile. sed peto de hoc instrui. qualit̄ homo
debeat declinare mūdū. vel si est aliqua via. p̄ quā
possint amatores mūdi retrahi sine auerti a delec
tacone sive vanitate seculi. Tria sūt que retrahūt
c Tria sūt hoīem ab amore scli. pr̄ r̄ndet. ca. xvi
que retrahūt ab amore seculi. si tamen
illa bn̄ pensata. et p̄fecte discussa fuerīt
in corde homīs. P̄imū est q̄ vicia cōtracta in seculo
faciunt sordidū. miserū. et plenū inordinatarū et
abhoīabiliū passionū. Secdm est breuitas t̄pis hui;
vite. Nam vanitates et voluptates seculi cito p̄tñse
unt. quia sup̄uemēte morte terminant̄. Tercium q̄d

et maxime perpetua dampnacio et tormentum quod amatores
mundi et voluptatum in inferno sine fine sustinebunt
De primo quod vicia sive peccata faciunt hominem sordidum
et fetidum. dicit beatus Gregorius. O si videre possemus qualiter
per unumquodque peccatum vulnerat et fetet anima usque ad
mortem peccato resistentis. hec Gregorius. Tales quippe homines
sic in voluptate carnis iacentes. sunt bestijs et pecori
bus similes. non racione sed sensualitate sequentes. De
hoc dicit Tulius. plures dicunt voluptatem summum bo
num. que michi vox pecudum non hominum esse. Sunt enim
quidam homines non re. sed nomine. Itaque victus cultusque
corporis ad valitudines referatur. et ad vires. non ad vo
luptatem. Nulla capitalior pestis quam voluptates cor
poris. et cum homini deus nichil prestabilius dedisset
mente. huic muneri. nichil tam esse inimicum quam volup
tatem. Non enim in regno voluptatis virtus potest sub
sistere. nec habet ullum cum veritate commercium. sed omne
lumen animi solet extinguere. hec Tulius. De hoc dicit et
beatus Bernhardus. Bestijs bestialior est homo racione vigens
et racione non utens. Et propheta dicit. Computruerunt iumen
ta in stercore suo. Quod exponens beatus Gregorius ait. Iume
ta in stercore computrescere. est carnales homines in fetore
luxurie vitam finire. Item quod cupiditates et volupta
tes mundi faciant hominem miserum dicit Crisostomus. O mi
serrimus mundus. et miseri qui eum sequuntur. Semper
enim mundialia opera excluserunt homines a vita. Et beatus
Bernhardus. Nulla verior miseria quam falsa leticia. Deni
que nimium miseria est. quod vocatur felicitas in hoc seculo
Unde. melius est ire ad domum luctus quam ad domum con
vivij. hec Bernhardus. De hoc etiam dicit Seneca. Quidam in
voluptatibus se mergunt. et in consuetudinem adductis
carere non possunt. et ob hoc miserrimi sunt. quod eo perve
nerunt. ut illis que supervacua fuerunt. facta sunt ne
cessaria. Tunc est consummata infelicitas. ubi turpia
non solum delectant. sed et placent. hec Seneca. Item.

q̄ res tp̄ales et voluptates generent quasdā molestias
et punctōes mentis. dicit btūs Aug⁹ in glo. sr̄. p̄s. sic p̄
mo parenti nr̄o dcm̄ est. In sudore et labore edes panē
tuū. et terra spinas et tribulos pariet tibi. Aut si
est aliud vita nr̄a. Vel si potes cōūtē ad aliqua vo
luptatē. vbi spinas nō sencias. Elige quod volueris
sis auar⁹. luxuriosus. ambiciosus. In honorꝫ cupi
ditate qn̄te spine. in ardore auaricie qn̄te spine.
In luxuria libidinū qn̄te spine. amores turpes.
qn̄tas molestias hn̄t. qn̄tas sollicitudines hic in
ista vita. obmitto gehēnas. vide ne iam ipse tibi
iehēna sis. Sed et cum te cōūteris ut iuste agas. nō
poteris nisi laborare in terra. et nō finit labor. nisi
cū finita fuerit via. Oportet enī in via laborare.
vt in patria gaudeam⁹. hec Aug⁹ dicit. etiā ysidor⁹.
Quid in hac vita laboriosi⁹. q̄ terrenis desiderijs estuare
Quid hic securi⁹. q̄m huī⁹ seculi nichil appetere. Qui
enī hunc mundū diligūt. turbulenter eius curis et
sollicitudinib⁹ perturbant. Qui aūt eū odiūt nec se
quūtur. in tue tranquillitatis quiete feruētes. future pa
tis requiem. quā illic expectant. hic q̄damō hr̄e iam
inchoant. hec ysidor⁹. De hoc etiā quidā doctor. dicit
sic. O q̄m miser. cui⁹ anim⁹ res tp̄ales p amore am
plectitur. que cū labore acquirūtur. cū timore possidentur.
cū dolore amittūtur. et hoc de diuicijs. Quid de honore
referā. In sublimi loco posit⁹ es. nunq̄ nō eris iudicā
dus ab omnib⁹. lacerād⁹ ab omnib⁹. Nunq̄ in honore
sine labore. In p̄latone sine tribulacōe. In sublimitate
sine vanitate esse quis poterit. Quid de gl'ia vana.
nichil aliud est. nisi auriū inflatio. Nunq̄ et ipsa
est sine iudicio. hec etiā cōsiderans btūs Jeo⁹. in q̄dam
auctē sic ait. Quid imbecilli⁹ miseria hui⁹ vite. q̄
tot circūdamur dolorꝫ et passionū agminib⁹. vix nulla
pene hora sit in qua viuens quicūq; homo liber a do
lore cōsistat. Si diues vndiq; angustatur timore. ne q̄d
possidet amittat. Si pauper cōmunq̄m quiescat.

Ex bonis. hinc dyaboli timet periculum. Hinc ne nauis
mortalis corporis in huius mundi pelago naufraget. non
mediocriter pertimescit. Ideirco nullus sexus. uel etas
uel condicio doloris transit expers. quo usque manet
in hac miseria uite. Heu quot nauigancium per hoc mare
magnum et spaciosum. in quo sunt tot diuersa genera inimicorum
scilicet cuiuslibet bestiarum quantitate colluctancia. post multam
nauigandi fluctuacionem. post multas victorias iam credentes
finem tempore portatum. aliqua dyabolica suggestione in hac
hora ad laqueum perdicionis sua indiscrecione peruenerunt
Ideo dicitur unusquisque timeat fratres. Vita nostra est milicia super
terram. Qui hic vicerit alibi coronabitur. Dum hac pelle
tegimur. nulla nobis est certa victoria. Quo magis latrones quis
hominis amico. securius graditur. Qui sanctior et sapiencior
est. plus semper timeat. Nam quanto altior est. cadens maio
res casus recipit. hec Ieronimus. Ecce quomodo vanitas mundi. et
voluptates seculi. reddunt hominem ut predictum est. sordidum
miserum. et plenum dolorum. et inordinatarum passionum. et
ideo ipse mundus. a quolibet sapiente est merito fugiendus.
Quoniam quod retrahit hominem a seculi vanitate sine voluptate
facit breuitas temporis huius vite. et consideracio mortis. Quia
qui veraciter perpendit cuncta esse transitoria et momentanea
et se finaliter esse per mortem finiendum. de facili contempnet
mundum. et ea que sunt in mundo. Testante beato Ieronimo. qui dicit
Facile contempnit omnia. qui se semper cogitat esse mortu
rum. Item dicit. Breuitatem huius vite perspicias. et bona mundi
non appetes. nec mala quelibet pertimesces. hec Ieronimus. Oportet
igitur qui vult mundi vanitates et vicia vincere ut intente
intueatur finem vite sue. Ad hoc faciendum hortatur Cassianus
cum dicit. oculus igitur mentis humane stet circa finem intentus
et obitum carnis sue. difficulter enim vita hec prius a noxiis
custoditur. nisi obitus et mors carnis mentis oculo inces
santer et ingiter proponatur. hec Cassianus. Nam quod homines presen
cia diligunt. facit quia vita ista. quam sit fugitiua. non
perpendunt. De hoc dicit beatus Ieronimus. Carnales mentes ideo

pñcia diligũt. qa vita pñs. qm̃ sit fugitiua nõ ꝑpẽ
dũt. Nam si velocitatẽ eius trãsitus aspicerẽt. hanc pspi
tatẽ minime amarẽt. hec Jero⁹. Hoc ecia tangit btũs gg
in vii⁰. lib⁰ moꝝ. cũ dicat. Sepe em̃ dũ pñtis vite breuitas
qi diu pseueratiua credit. diligit. ab eťna spe animus
frangit. et delectat⁹ pñtibus. de spacio sue caligine rexu-
berat. Cunq3 longũ putat. qd ad uiuendi spaciũ sibi re
stat. repẽte vitã deserens. eťna inuenit que vitare iam negat
hinc est em̃ qd p quedã sapientẽ dr̃. Ve hiis qui pdiderũt
sustinenciã. Qui sustinenciã dũ diu se immortari vi
sibilibus estimãt. spem inuisibiliũ derelinquũt. Cuq3 mens i
pñtib⁹ figit. vita t'minat. et sic repente ad supplicia inp
uisa pueniũt. hinc scriptũ est. Dies dni sicut fur i nocte
ita veniet. Quia em̃ ad rapiendã aiam ꝑ prignas minime
cõspicit. Furi in nocte cõpat. Tanto igitur debet qi semp
venientes metui. qnto a nobis nõ valet ventura pscisci. Vn
et sancti viri. qa breuitatẽ vite indesinẽt aspiciũt. qi cot
tidie morientes viuũt. et tanto se solidius mansuris ꝑparãt
qnto et nulla esse trãsitoria semp ex fine pensant. hic qppe
ps. veloci cursu fuge vitã peccatoris aspiciens ait. pusillũ ad
huc et nõ erit peccator. hinc ysaias ait. Omnis caro fenũ et gla
eius sicut flos feni. Et Jacobus dicit. Que est vita vr̃a. va
por est ad modicũ parens. Recte ergo p Job dr̃. Expecta pau
lisper. qa in mensũ est. quod sine t'mino seqt. et paruum
est qd q̃ finit. longũ qppe nobis uideri nõ debet. qd
cursu sui tpis tendit ut non sit. hec gg. Item de eodem in
viii⁰. lib⁰ moꝝ. sup illud Job. Nichil em̃ sunt dies mei. dit
sic. Sancti viri. quo veri⁹ suma cognoscũt. eo sublimius
t'rena despiciũt. et idcirco pñtis vite dies. nichil esse con-
spiciũt. qa illũiate mentis oculis in cõsideraciõne eť'nitatis
figunt. de qua dum ad se redeũt. quid se eẽ nisi puluerem ag-
noscũt. et infirmitatis sue cõscij districte iudicari metuũt.
Cunq3 vim tanti vigoris aspiciũt. trepidãt examinari
quod sũt. hec gg. Qui igit' vult pñcia cõtempnẽ et mũ
dum fugẽ necesse est ut breuitatẽ hui⁹ vite. et horã mortis

frequenter studeat in animo revolvere. Ad hoc faciendum horta-
mur in libro de spiritu et anima. ubi sic dicitur. Jugi meditatione
animum exerceamus et consideremus miserias et necessitates no-
stras. labores et dolores. lugentes enim in hac vita intra-
vimus. cum labore vivimus. cum dolore et timore exituri sumus
Cogitemus ergo. quam brevis sit vita nostra. quam via lubri-
ca. quam mors certa. et hora mortis incerta. Cogitemus
quantis amaritudinibus admixtum sit. si quid dulce aut io-
cundum sit in via huius vite. quod nobis occursu suo alludit. quam
fallax et suspectum. quam instabile et transitorium est. quidquid
huius mundi amor parturit. quidquid spes aut pulchritudo
temporalis promittit. Consideremus etiam que sit patrie celestis
suavitas atque dulcedo. Attendamus et perpendamus unde
cecidimus. ubi iacemus. et quid perdidimus. et quid invenimus
et ex utroque intelligamus. quantum nobis in hoc sit lugendum
huic enim salomon ait. Qui apponit scientiam. apponit et
dolorem et laborem. quia quanto magis mala sua intelligit
tanto amplius suspirat et gemit. Hec in tractatu de spiritu
et anima. De fallacia etiam huius vite et brevitate dicit beatus
Gregorius. Vita mea navigantis similis est. sive vigilem sive
dormiam semper festinus vado ad mortem. O vita presens. quam
multos decepisti. que dum fugis nichil es. dum videris um-
bra es. cum exaltaris fumus es. dulcis es stultis, ama-
ra sapientibus. qui te amant non te cognoscunt. qui te fu-
giunt. ipsi te intelligunt. Aliis te promittis longam ut
decipias. aliis brevem ut in desperationem inducas. hec Gregorius
De hoc etiam per beatum Isidorum dicitur. Vita mundi non vita sed mors.
vita fallax vita mendax. Nunc flores et statim arescit
vita momentanea et caduca. que quanto magis crescit
tanto magis decrescit. O vita plena laqueis. quot in mun-
do homines illaqueas. quot per te iam sustinent tormenta infer-
nalia. quam beatus qui tuas cognoscit fallacias, et tuas
non curat vanas blandicias. quam beatissimus qui te
bene privatus est. hec Isidorus. Considerantes ergo mundi decep-
tionem et eius brevitatem ac mortis vicinitatem. debemus

eius vanitate declinare. Multū enī valet ad cōtēptū
seculi. et ad resistendū pctis et vicijs. iugis mortis me
moria. Quod btus grg. in quadā omelia suadet facē sic hor
tando dicens. Extrema nrā debem⁹ formidolose. et inde
sinent⁹ aspicē. ne incidam⁹ in pctm. Juxta qd hortam̄ p
sapiētem. In omnibus opibus tuis memorare nouissima
tua. et ineternū nō peccabis. Pensare etiā debem⁹ malū
illud. qd post mortē peccātes sequit̄. Pensantes gemē. ge
mētes vitare. ea que commisim⁹ pctā indesinent⁹ aspicē. as
picientes flere. flentes abstergē. Nulla nos psperitas trāsi
torie letitie dissoluat. nec mentis nrē oculos. ea que sūt
trāsitoria obscurēt. ne cecos ad ignē ducāt. Nam cogitā
dū valde est. quātū nobis erit terribilis hora nrē disso
lucionis. quis pauor mentis. quāta tūc oīm malorꝝ memoria
que obliuio trāsacte felicitatis. que formido est. et cōsideraco
iudicis. Tunc maligni sp̄us ingrediente anima. sua opa
reqrūt. tūc mala que suaserūt replicāt. vt sociā ad tor
menta trahāt. Sed cur hoc depulsa solūmō anima dicim⁹
cū ad electos quosqꝫ egredientes veniāt. et sūm eā illis
si pualeāt aliquid requirāt. Vnus autē in hoībus ex
stitit. qui ante passionē suam. liberā voce dixit. Venit
pnceps huī⁹ mundi. et in me nō habet quicqm̄. Quia
enī hūc mortalem hoīem vidit. sūm in illo mundi pn
ceps aliquid inuenire posse se credidit. Sed sine ullo
pctō. a mūdi corrupcōe exiit qui sine pctō in mundū venit
hoc de se cōtra mūdi pncipē. Nec petrus. nec paulus
nec Johes. apli dicē psumpserūt. In multis enī offendim⁹
omēs. vt dicit Jacobus. Constat enī quia oms. qui de
carnis delectacōne cōcepti. in corpꝫ pculdubio. vl cogi
tacōne. vl locucōe. vl acōne aliquid sūm. pnceps mū
di huī⁹ habuit. Vnde timēdū nobis est. et cū magnis
cottidie fletib⁹ cogitandū. qm̄ scimus. qm̄ terribilis. sua
in nobis opa requirēs. in die nrī exitus pnceps huī⁹
mūdi veniat. si etiā ad deū venit carne moriēte. et in
illo aliquid qsiuit. in quo nichil inuenire potuit. Quod

itaque nos miseri dicturi . quid acturi sumus . qui innumerata mala commisimus . Quid requirenti adversario . et multa sua in nobis invenienti dicemus . nisi quod solum nobis est certum refugium . solida spes . quia unum cum illo facti sumus . in quo princeps huius mundi . et suum aliquid requisivit . et invenire minime potuit . quia solus est inter mortuos liber . et a peccati iam servitute veraciter libertate solvimur . quia ei qui vere est liber unimur . Constat enim nec negare possumus si veraciter fatemur . quia princeps huius mundi . habet in nobis multa . sed tamen mortis nostre tempore . iam nos rapere non valet . quia eius membra effecti sumus . in quo non habet quidquam . Iungenda ergo sunt recte fidei recta opera . et mala que fecimus . per cottidiana lamenta diluamus . transactas nostras nequicias surgentia ad amorem dei et proximi recta opera superent . Nulla que possumus bona fratribus impendere recusemus . Neque enim aliter redemptoris nostri membra efficimur . nisi adherendo deo et compatiendo proximo . Hec Gregorius . Ex hiis igitur dictis sanctissimi viri Gregorii . et aliorum doctorum sufficienter apparet fallacia et vanitas mundi . et brevitas huius vite . et hora mortis incerta . Et ideo propter hoc merito est contempnendus . Tertium et maius quod retrahit hominem a vanitate mundi et seculi voluptatibus ac viciis . est metus iehenne . sive timor dampnacionis perpetue . De hoc dicit . Fortunatus . Nil fortius reddit mentem hominis ad resistendum carni et viciis . quam timor de iehenne suppliciis et tormentis . Unde si non potest amor dei retrahere peccatorem . a concupiscenciis mundi seu viciis . revocet saltem timor iehenne et inferni . P. ut monet Hugo . sic dicens . Si amor dei te tenere non potest saltem teneat et timeat . terror iudicii . metus iehenne laqueus mortis . dolores inferni . ignis urens . vermis corrodens . sulphur fetens . flamma thartarea . et omnia mala . Hec Hugo . Debet igitur quilibet . ut facilius possit resistere vanitatibus . et concupiscenciis mundi in animo suo . frequentius revolvere mortem . iudicium . et iehennam . Ad hoc

faciendū· hortat᷑ nos btūs Bnh᷒ cū dicat· Filioli mei meō-
tem̄ nouissima vr̄a ne peccem᷒· Vnicuiqz hec recordacō
facit timoratū· timor aūt expellit pctm̄· negligēcia
nō admittit· Nouissima vr̄a sunt mors iudiciū iehē-
na· Quid horribilius morte· quid iudicio terribilius· Nā
iehēna nichil pt̄ intollerabilius cogitari· Quid metuet
si quis ad istam nō trepidat· nō expauescat· nō timore
concuciet᷑· Nam in morte nō magni nō parui aliquid
de bonis hui᷒ mundi secū delatur᷒ est homo· In iudicio
nec fallere ~~nec decipe~~· nec resistē possibile erit· In ie-
henna nulla penit᷒ consolacio· sed ppetuū ve vlulatus
et fletus et stridor dencium· Time ergo o homo· qz in mor-
te separandus es abomis omnibus hui᷒ corporis/ et tam dul-
ce carnis et aīe vinculū amarissimo secandū est dmor-
cio· Time qz in iudicio ei presentandus es· in cui᷒ man᷒ hor-
rēdū est incide͂· et eo examinate· que nichil latet· si q̄-
dem inuēta fuit in te iniqtas· alienand᷒ ab vniūsitate ge-
tis et glie· et segregand᷒ a mō btorum/ et iungend᷒ in sorte
dyabⁱ et angelorum eius· Malū triplex sup pctores ma-
net· Manet em̄ sup eos horror inexitu· dolor intui-
situ· pudor in conspectu glie magni dei· Quis ille pa-
uor erit o anima mea· cū dimissis omib᷒· quorum tibi
presencia est tam iocunda tā grat᷒ aspectus sola ingredieris
in incognitā penit᷒ regionē/ et occurrencia tibi cater-
uatim ruere teterrima illa monstra videbis· Quis tibi
in die tante necessitatis occurret· quis consolabitur· quis dedu-
cet· Per ignē eciā nobis transeundū est· et vniuscuiusqz quale
opus fuerit ignis pbabit· Felix cui᷒ opus nō arserit·
que supedificasse aurum argentū· lapides preciosos exame
illud inuenerit· hec Bnh᷒· Necesse est ergo qui timet ie-
hennā et volt euade͂ eternā flamā ignis· vt mutet in
melius vitam suā· De hoc dicit btūs Aug᷒ in glō sr̄ ps.
Si timem᷒ futurum ignē· mutemur· et nō timebim᷒· Ignē
palea timet· aurum quid facit· Si em̄ possem᷒ fr̄es facē
vt dies iudicij nō veniret· puto nec sic erat male viuēdū

Si nō veniret ignis in die iudicij. et sola peccatoribus īmi-
neret. separacō a facie dei. in qualibz essent affluencia
deliciarum nō videntes a quo creati sūt et separati ab illa
dulcedine ineffabilis vultus eius plangere se deberent. Quam
enim dulcedinē sapie veritatis utcumqz sentire ceperunt
noverūt qd dico. quanta pena sit tamnō a dei facie separari
Qui autē illā dulcedinē nōdū gustaverūt. si nō deside
rant dei faciē. timeant vel ignē. Supplicia terreāt. quē premia
nō invitāt. Vile tibi est qd deus pollicetur. cōtremisce qd
minatur. hec aug⁹. In hijs verbis sancti viri docemur absti
nere a vanitatibus mundi. et eius concupiscencijs. nō solū propter
metū ignis iehenne. verū eciā propter premiū glorie et future
vite. Nam hec duo cū perfecte in animo pensantur et volūtur
multū valet ad cōtemptū rerum transitoriarum et carnaliū cōcu-
piscenciarum. De hijs duobus aug⁹ ameley dicit sic. Bona
regni celestis. dicere vel cogitare vel intelligere ut sūt. nullus
potest carne vestitus. Multo enim meliora et maiora sūt. quam
cogitantur vel intelliguntur. Unde scriptū est. Quod oculus nō
vidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis intrauit etc. Regnū
namqz celeste dicitur omni fama maius. et omni laude melius
omni gloria excellencius. Mala autē inferni dicere vel cogitare
ut sunt nemo potest. peiora quippe sunt valde quam cogitantur
Regnū itaqz dei. plenū lucis caritatis. sapiencie glorie. hones
tatis dulcedinis. melodie leticie. beatitudinis perhennis. et omnis
boni ineffabilis. quod nec dici nec cogitari potest. At contra
locus inferni. plenus est tenebrarum discordie miserie tempes-
tudinis. amaritudinis. doloris. sitis. famis. ignis inextinguibilis
nibilis tristicie verminationis perhennis. et omnis ineffabilis ma
li. que nec dici nec cogitari potest. In regno dei nō invenitur
nisi quod placet et delectat et saciat. At contra nichil in in-
ferno videtur. nec sentitur nisi quod displicet offendit et cru
ciat. Omne bonū in regno dei habitat et nullū malū
Omne malū in carcere dyaboli habundat et nullū bonū. Ve
igitur illis perhenne. qui subire hec omnia mala. et sine
fine merentur. pro delectabili vix unius hore spacio. Intuendum igitur est

quicquid mundi huius caducam fragilitatem et inutilem carnis vo-
luptatem diligit et querit. eterna gloria contempta et neglec-
tis regni celestis ineffabilibus gaudiis. hoc commercium est
insipientium valde et miserorum. et certe non invenitur sanus quis cum
sano sensu qui pro brevis diei deliciis centum annorum penam
eligeret. et tamen miseri et sine ulla sapiencia voluptatem carnis
sequentes non vitant nec fugiunt intollerabiles penas non
centum annorum non milies mille sed sine fine seculorum pro quadra-
ginta vel sexaginta annorum deliciis. vel qualibet corrupti-
bili delectatione. Fortiter ergo carnali resistendum est volup-
tati. Fortiter contra fallaces mundi blandicias pugnandum.
et contra multimodas sathane suggestiones vigilandum omni
studio. lata via seculi vitanda est que ducit ad mortem
At vero omni cordis desiderio adeunda est via angusta que
ducit ad vitam. Via hec angusta est. videlicet via abstinencie
et castitatis humilitatis et omnis religionis. quam viam ante
nos christus ambulavit. et eam attrivit. qua via ad summi
regni migravit. cuius vestigia et nos sequamur. donec post
eum eadem via ad urbem regiam perveniamus. in qua ipse regnat
de qua urbe quicquid homo dixerit. quasi stilla de mari est. vel
scintilla de foco. In qua videlicet urbe. fulgebunt iusti sicut sol
hec augustinus. videmus igitur ex predictis. quod valde stultum sit
et amarum propter vanitates et delicias mundi excludi a vi-
sione dei et omnium sanctorum consorcio. et incidere in flammas tar-
thareas ignis sempiterni. Ad hoc malum sedule cogitandum
hortatur quidam doctor. cum dicit. Cogita quantum sit malum
a facie christi separari. ab illo gaudio divine contemplatio-
nis excludi beatissima sanctorum omnium societate privari. mori
vite eterne. et vivere morti sempiterne. profundo fluctuantis
iehenne immergi. edacissimis dentibus perimentibus in eternum la-
niari nec finiri. baratri fumantis amara caligine ob-
tectis oculos nec sentire quod illuminat. sed sentire quod cruciat
hec ille. Circa bonus greg. de hiis tormentis inferni et gehen-
nalibus flammis ac de remediis contra hec in xo libro morum
exponens illa verba Iob. Antequam vadam et non revertar ad

terram tenebrosam et opertam mortis caligine. et cetera. Sequitur.
clare satis tractatus ait. Quid enim terre tenebrose nomine nisi
tetra tartari claustra signantur. que eterne mortis cali-
go operit. quia dampnatos quosque in perpetuum a vite lu-
ce disiungit. Nec immerito infernus terra dicitur. quia quicquid
ab eo captum fuerit. stabiliter tenetur. Nequaquam enim ultra inde
ptentes liberat. quos semel in locis penalibus iusticia iudi-
cantis dampnat. Sequitur. Ubi umbra mortis. Sicut mors
exterior ab anima dividit carnem. ita mors interior separat
animam a deo. Umbra ergo mortis est obscuritas divisionis
qua dampnatus quisque cum eterno igne succenditur. ab eterno lumine
tenebratur. Natura vero ignis est. ut ex seipso. et lucem
exhibeat et concremationem. sed transactorum illa ultrix fla-
ma viciorum. concremationem habet. et lucem non habet. Hinc psalmista
ait. Super eos cecidit ignis. et non viderunt solem. Ignis enim
super impios cadit. sed sol igne cadente non cernitur. quia illos
quos iehenne flamma devorat. a visione veri luminis cecat.
ut et foris eos ignis combustionis cruciet. et intus pena
cecitatis obscuret. quatinus qui auctori suo corpore et corde
deliquerunt. simul corpore et corde puniantur. et utrobique pe-
nas senciant. quia dum hic viverent pravis suis delectationibus
ex utrobique serviebant. Sequitur. Et sempiternus horror inha-
bitans. In huius vite tormentis. timor dolorem habet. dolor
timorem non habet. quia nequaquam metus cruciat. cum
pati ceperit quod metuebat. Infernum ergo et umbra mor-
tis obscurat. et sempiternus horror inhabitat. quia eius
ignibus traditi. et in suppliciis dolorem senciunt. et doloris
angustia pulsati. se semper pavore feriunt. ut et quod
timent tolerent. et rursum quod tolerant sine cessatione
pertimescant. horrendo igitur modo erit tunc reprobis dolor cum
formidine. flamma cum obscuritate. Sic igitur videlicet in dampnatis ser-
vari pondus summe equitatis debet. ut quia a voluntate condi-
toris nequaquam sunt veriti discrepare dum viverent. in eorum quoque
interitu. ipsa a suis qualitatibus eciam tormenta discordent.
Que tamen supplicia in se divisos et ultra vires cruciant.

et in eis vite subsidium extinguentes servat. ut sic vitam
terminus puniat. quatenus semper sine termino cruciatus vivat. quia
ad finem per tormenta properat. et sine fine deficiens durat. Fit
ergo miseris mors sine morte / finis sine fine / defectus sine
defectu. Et quia mors vivit. et finis semper incipit. et de-
ficere defectus nescit. Quia igitur mors perimit et non exting-
uit. Dolor cruciat sed nullatenus pavorem fugat. flamma
comburit. sed nequaquam tenebras discutit. Quantum per notitiam
presentis vite colligitur. supplicia ordinem non habent. que non
sua propria qualitate tenent. Tunc enim illos edax
flamma comburit. quos nunc carnalis delectatio pollu-
it. Tunc infinite patens inferni barathrum devorat. quos
nunc inanis elatio exaltat. atque quolibet ex vitio hic
voluntatem callidi persuasoris expleverant. tunc cum duce
suo reprobi ad tormenta perveniunt. Ecce que maneat dam-
natis pena cognoscimus. et instruente nos sacro eloquio
quantus in damnatione ignis. quanta in igne obscuritas
quantus in obscuritate pavor sit. nullatenus ambigimus.
Sed quid prodest ista praenosse. si non contingat evadere. Tota
ergo intentione curandum est. ut cum vacationis tempus aspicimus.
vivendi studio malorum ultricia tormenta fugiamus.
Hinc quippe per Salomonem dicitur. Quodcumque potest manus
tua instanter operare etc. Hinc Ysaias ait. Querite dominum
dum inveniri potest. invocate eum dum prope est. Hinc paulus
ait. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. Sed plerumque
ad iam securitudinis animus attingit. torporem discutit
tantoque in celestibus desiderio rapitur. ut pene nil ex eo
inferius remansisse videatur. Et tamen dum ad carnis curam
reducitur. sine qua presentis vite via nullatenus expletur
ita hunc inferius expressum tenet. ac si adhuc de sum-
mis nulla contigisset. Hinc veritas ait. Nolite solli-
citi esse in crastinum. Hinc paulus dicit. Carnis curam
ne feceritis in desideriis. Sed et hiis minimorum duas. ac
mulieris ubis agnoscimus. quia tunc ab eo mortifero
volumine animus pungitur. cum in ea mensure equitas non tenetur.

Neqz enim mortali adhuc in carne viuentibus funditus cura
carnis abscidit᷑. sed ut districto animo seruiat temperat.
Nam quia sollicitos nos esse veritas in crastinum prohi-
buit hic ut tamen cura in presentibus nō negat. quam tendi
ad tempus quod sequitur vetat. Et paulus. cum curam
carnis fieri in concupiscencia nō sinit. procul dubio in necessitate
concedit. Discrecione igitur magni moderacionis. carnis cura
frenanda est ut seruiat et minime principetur. ne quasi dominam
animum vincat. sed subacta mentis dominio. quasi ancilla
famuletur. ut iussa assistat. atqz ad nutum cordis repulsa
dissiliat. ut uix. a tergo sancte cogitacionis appareat. et
nunquam contra faciem recta cogitacionis obsistat. Cauendum
itaqz est. ne aut necessitatis mensuras cura carnis transeat
aut in eo quod moderate exequitur de se presumat. Sepe vero
animus fallitur. ut quod voluptuose appetit necessarium sus-
picetur. quatinus omne quod libet vite debitam utilitatem putet
et sepe quia effectus prudenciam sequitur et in sui fiducia
mens leuatur. tumqz sibi adest. quod deesse ceteris prudent.
cogitacione tacita de magnitudine sue prouisionis hila-
rescit tantoqz iam a vera prouisione longe fit. quanto ipsam
quoqz elacionem quam patitur nescit. Unde solerti semper custo-
dia. et intencione pensandum est. vel quod opere agimus. vel quod
corde versamus. ne aut mente impediens. foras se terrena cura
multiplicet. aut saltem de eius moderamine. intus se cogitacio
exaltet. Ut cum diuina iudicia tali circumspeccione metui-
mus. sempiterni supplicia horroris euadamus. Hec gregorius. Cer-
cia que premissa sunt. remedia saluberrima. et satis effi-
cacia ad retrahendum animum. siue ad reuocandum a vani-
tatibus mundi. et a concupiscencys. ac a voluptatibus seculi
si in corde hominis fuerit bene discussa. et perfecte menti impressa

Timor et pauor magnus inuasit me. Filius interrogat
Audiens tot mala imminencia et occurrencia amatoribus
mundi. videlicet breuitatem huius temporis. acerbitatem mortis.
amaritudine et dolorem eterne dampnacionis. Et miror valde
quomodo peccator homo audiens et intelligens. ac animo reuolues

tanta mala non compungitur ad penitendum, seu ad receden
dum a vanitatibus seu voluptatibus huius seculi. nisi forte
aliquis sit ita induratus quod non velit attendere aut perpendere
futura pericula anime sue advenientia. Vel ita desperatus
ut diffidat de dei misericordia. Aut ita excecatus in nequicia aut
malicia quod propter hoc non possit nec valeat etiam metu ie
henne se continere a voluptatibus carnis et lascivia. Sed
vellem scire tales vel similes mundi amatores. cum aliqui
ex eis ad penitentiam trahuntur. Vel etiam vocantur. qualiter vel per
quem modum hoc fiat. Capitulum de diversimode vocat suos quos preelegit. c xvi
Scire debes quod valde durum cor habet ille quem
a suis pravitatibus et voluptatibus nec suppli
cia infernalia nec gaudia eterna retrahere
possunt. Hoc testatur beatus Bernhardus cum dicit. Nimis durum cor
est quod non emolliunt beneficia. nec terrent supplicia. nec alli
ciunt promissa. nec castigant flagella. hec Bernhardus. Sed omnes
deus quos sibi predestinavit ab eterno et preelegit ad vitam
eternam. prout ipse dicit. Ego scio quos elegerim. cum volt et
quando sibi placet. vocat ad conversionem et ad penitentiam agendam
et hoc diversis modis. Interdum per aliquas revelaciones. inter
dum per tribulaciones. aut corporales infirmitates. Interdum per ex
ortacionem. aut exempla aliorum. Interdum per internam inspiracionem
graciam compunctionis et devocionis infundendo. De hoc dicit Ysidorus
Multis modis terret deus homines. ut vel sero convertantur.
atque exinde magis erubescant. quod tam diu expectati sunt
ut redirent. Nam nunc minis. nunc plagis. nunc revela
cionibus quosdam convertit. ut qui voluntate converti despiciunt
commoti terroribus corrigantur. Plerique ex sola mentis devocione
convertuntur ad deum. nonnulli vero coacti plagis convertuntur. qui
ex devocione non convertebantur. hec Ysidorus. De hoc etiam ha
betur in collacionibus patrum. ubi sanctus pafnucius in sua collacione
dicit sic. Trinus vocacionis modus expressus est. Secundus per ho
minem. tercius ex necessitate. Ex deo quidem est. quociens in
spiracio quedam immissa in cor nostrum. nonnunquam etiam

dormientes nos ad desiderium eterne vite ac salutis exsusci-
tat. Deinque sequi et eius inherere preceptis compunctione salu-
berrima concitat. Vt in scripturis sanctis abraham voce diuina
de genitali solo et totius cognationis affectibus patrisque
domo legimus euocatum dicente domino. Exi de terra tua. et de
cognatione tua et de domo patris tui. Secundus vocationis modus
est. quem fieri per hominem diximus tum vel exemplis quorundam
sanctorum vel monitis instigati ad desiderium salutis accendimur.
Tercius vero modus vocationis est. qui ex necessitate descendit
dum diuiciis mundi huius vel voluptatibus obligati ingruen-
tibus repente temptationibus. que vel mortis pericula comminantur vel
amissione bonorum temporalium. vel carorum morte compungunt ad
deum. quem sequi in rerum prosperitate contempsimus saltem inuiti
properare compellimur. Per quod maius tercio probatur. initium nostre salutis
dei vocatione fieri dicens ut supra. Exi de terra tua et consummationem
perfectionis ac puritatis ab eodem similiter tribui. cum dicit. Et ve-
ni in terram quam monstrauero tibi. id est non quam tu ex temetipso
nosse vel industria tua valeas reperire. sed quam ego tibi
non solum ignoranti. sed etiam non inquirenti monstrauero. Ex quo
manifeste colligitur. quod quemadmodum inspiratione domini prouocati
ad viam salutis accurrimus. ita etiam magisterio ipsius et illumi-
natione deducti ad perfectionem summe beatitudinis venimus. Hec
paffnucius. Apparet igitur ex premissa non solum vocationis modus
sed et principium nostre salutis. et consummationem perfectionis per gratiam
dei in nobis actiuari. Vnde quilibet qui desiderat saluari
cum se senserit predictos modos a domino moueri seu vocari
correspondeat per bonam voluntatem. recipiendo gratanter mo-
nita salutis obediendo et faciendo. quod in se est. De hoc dicit
idem paffnucius in eadem collatione sic. Itaque sicut occasiones
salutis diuersis modis deum cognoscimus operari. Ita nostrum est oc-
casionibus a diuinitate concessis vel enixius vel remissius
famulari. Nam sicut dei fuit vocantis oblatio. Exi de
terra tua. ita abrahe fuit exeuntis obediencia. et quemadmodum
illud quod dicit. et veni in terram. ut fieret. obtemperantis est opus.

ita illud quod additur: quam tibi monstrauero. iubentis dei uel
permittentis est gratia. quibus manifeste perdocemur. initium bone
uoluntatis nobis a domino inspirante concedi. cum aut per se aut
per exhortationem cuiuslibet hominis. aut per necessitatem nos ad salutis
attrahit uiam. et perfectione uirtutum. ab eodem similiter condonari
nostrum uero hoc esse. ut ad exhortationem. auxiliumque dei. uel
remissius uel enixius exequamur. et per hoc nos uel remu-
nerationem. uel supplicia dignissime promereri. quod eius dispen-
sationem. aut prudentie erga nos benignissima dignatione
collatam. uel neglexerimus uel studuerimus intente obedientie deuotione
congruere. Unde diuine est gratie prestare nobis occasiones sa-
lutis. et prouentus secundos atque uictoriam. nostrum uero ut con-
cessa dei beneficia. uel intente uel segniter exequamur. Hec Cassianus.
Habemus igitur exemplis istius sancti uiri modum uocationis
per quem uocamur ad deum. Habemus etiam quomodo monitis eius
obtemperemus obediendo et faciendo quod in nobis est. Inter hec
sciendum est. quod maxime sunt duo que trahunt hominem ad
conuersionem et ad uiam salutis timor scilicet et amor. Timor ne
incurrat eternam dampnationem. Amor ut perueniat ad eter-
ne glorie mansionem. Nam sepius contingit. quod peccatores di-
uersis sordibus uiciorum inuoluti. ad memoriam reuocant
eterna gehenne tormenta. que eis debentur pro flagiciis et pec-
catis ab ipsis commissis. et per diuinam gratiam inspirati ad
penitendum compunguntur. Sunt etiam nonnulli homines ita duri
cordis. quos metus et timor futurorum malorum dum sani
sunt flecti ad penitendum non possunt. sed tacti infirmitate et egri-
tudine corporis. mox inuadit eos timor mortis. et metus
eterne dampnationis. quo timore stimulante ad peniten-
dum compunguntur. et tales ut uidemus frequencius proponunt
post conualescentiam egritudinis uitam suam in melius mutare
per ingressum religionis. aut alio modo mores et malam
uitam suam emendando. ex quibus etiam plurimi uotum emittunt
ad hoc faciendum. qui opitulante domino. ipsum uotum quod emi-
serunt. aut sine uoto qui se emendare proposuerunt. per in-
gressum ordinis. aut alio modo uitam suam corrigendo

fidelit̃ et devote exequunt̃. De isto voto tormẽtorum et
vite emẽdacõe dicit btus. gg. sup cantica. Sunt enim
nonnulli qui magna intencõe. que sint tormenta repro-
borum aspiciunt. et sua facta pecca sine palpacõe exa-
minare contendunt. Cumq; se peccasse cognoscunt. et pro
hoc ire ad tormẽta reproborum pertimescunt. subito tenebras
iniquitatis delinquunt. et lucem iusticie accedi concupiscunt
mox ad sanctam opacionem consurgunt. et per bona que faciunt
clarere proximis in quibusq; incipiunt. Hec gg. Ecce habemus
in quibus quamplurimi propter metum infernalium tormentorum peccata
et vicia deserentes. viam penitencie et salutis aggrediunt. Sunt
eciam nonnulli. qui per inspiracionem divinam considerantes et pre-
videntes gaudia celestia. ac dulcedinem future glorie. et
maxime visionem sancte trinitatis. in qua summa voluptas
et dulcedo consistit. se ipsos reprehendunt. de prioribus actibus quos
contra deum perpetraverunt. et propter hoc lamentis ac lacrimis
agendo penitenciam se affligunt. subiacere eciam temporalibus dedig-
nantur. quia ardenter eternalia concupiscunt. De hoc dicit btus
gg. sup ezech. sup illo verbo. Et abii amarus in indignacione
spiritus mei. Ubi sic dicit pensate karissimi. cum dona sancti spiritus acceperunt.
cur amarus abibat. Sed mentem quam spiritus sanctus replet
in amaritudine temporalium delectacionem eternorum commovet. Dul-
ce enim esse in rebus humanis. sed ei qui adhuc de celes-
tibus gaudia nulla gustavit. quia quanto minus eterna intelli-
git. tanto delectabilius in temporalibus requiescat. At si quis iam
cordis ore gustavit. que sit dulcedo celestium premiorum.
qui illi intersint. qui angelorum chori. que incomprehensibilis
visio sancte trinitatis. hinc quanto illud dulce sit. quod intus
videt. tanto in amaritudinem vertitur omne quod foris sustinet. Vi-
xat secum de hiis. que male egisse se recolit. et sibimetipsi
displicet. cum ille iam placere incepit. qui omnia creavit.
Reprehendit se in cogitacionibus. in sequitur de verbis. et punit
flendo de factis. Omnibus inhiat eterna omnia iam pro meti
despectu calcat. et quamdiu illud quod desiderat adhuc per spem
non habet flere dulce licet. et se continuis lamentis affligere.

Et quia nec dum se esse in patria ad quam creatus est uidet
in huius uite exilio. nichil ei plus quam sua amaritudo
placet. Dedignatur enim sub iacere temporalibus. et ardenter suspi
rat eternis. Unde per solomonem dicitur. In multa sapientia. multa
est indignatio. quia si eterna iam sapimus. nosmetipsos
despicimus. egisse penitet hoc. quod nos potuit ab eterni
tatis amore separare. Si eterna iam sapimus. concupiscere
temporalia iam dedignamur. Reprehendit semetipsam. conscientia
accusat quod egit. dampnat per penitentiam quod accusat. fit rixa
in animo. per tunc pacem cum deo. Sic achab iniquus
rex a propheta reprehensus. cum contra se diuinam sententiam
audisset pertimuit. et magno merore depressus est. ita
ut prophete suo dominus diceret. None vidisti achab humiliatum
coram me. quia igitur humiliatus est mei causa. non inducam
malum in diebus eius. In quibus verbis datur intelligi quod pe(r)cussus est
quo ei in electis suis meror amaritudinis placet. qui
amittere deum timet. si sit ei et in reprobo penitentia placuit
qui timebat perdere presens seculum. Aut quo ei grata sit
spontanea afflictio. pro culpis in eis qui placet. si hec
ad tempus placuit. in eo qui displicebat. Sed sciendum
quia nullus hec per amore omnipotentis dei. ex toto cor
de agere preualet. nisi is cuius animum spiritus sanctus assumpserit.
Nam quando homo ex sua virtute sufficiat terrena despicere
celestia amare. pacem cum deo querere. secum rixam subire in
cogitationibus semetipsum reprehendere et gemitibus punire. Nul
lus hec agere. nisi quem diuina gratia roborat valet. Unde
et subditur. Manus enim domini erat mecum confortans me.
Ad bona quippe surgere perfecte non possumus. nisi nos spiritus
et per nemendo eleuet. et sub sequendo confortet. hec gregorius. Videmus
igitur ex predictis. qualiter per amorem celestium. nonnulli consurgunt
ad contemptum terrenorum. ac odium viciorum. per scelera perpetra
tis se tradunt ad penitentie lamentum. Multum enim valet ad con
temptum rerum temporalium. et huius seculi vanitatum diligens meditatio.
celestium gaudiorum. De hoc dicit Beda. O anima. Si te delec
tant aliquando humana gaudia falsa huius seculi. brevis gloria

et caduca potentia. illuc mentem evocat. ubi vera sunt gau
dia. et omnia refutabis ut stercora. et beatus Bernardus. Si
consideraremus que et quanta sunt que promittuntur nobis in ce
lis. vilescerent omnia que habentur in terris. Dicit etiam beatus
Gregorius in quadam omelia sic. Si consideremus que et quanta sunt que
nobis promittuntur in celis. vilescunt animo omnia que habentur
in terris. Terrena namque substantia superne felicitati comparata pon-
dus est non subsidium. Temporalis vita eterne vite comparata
mors est potius dicenda quam vita. Ipse enim cottidianus de-
fectus corruptionis quid est aliud quam quedam prolixitas mor
tis. Que autem lingua dicere vel quis intellectus capere sufficit
illa superne civitatis quanta sunt gaudia. angelorum choris
interesse. cum beatissimis spiritibus glorie conditoris assistere. presen
tem dei vultum cernere. incircumscriptum lumen videre. nullo metu
mortis affici. incorruptionis perpetue munere letari. Sed ad
hec gaudia audita inardescit animus. iamque illic cupit
assistere. ubi se sperat sine fine gaudere. Sed ad magna premia
pervenire nemo potest. nisi per magnos labores. Unde et
paulus dicit. Non coronabitur nisi qui legittime certaverit
Delectat igitur mentem magnitudo premiorum. sed non deterreat
certamen laborum. Hec Gregorius. Apparet igitur ex predictis quo nonnulli
propter amorem celestis patrie. relinquunt mundum. et se tradunt
penitentie et sancte conversationi. ut illa assequi valeant in futuro.
Unde unusquisque qui se sentit in statu vicioso. et in pecca
torum sordibus constitutum. revocet ad memoriam tormenta gehenne
que incidere potest. et gaudia celestis patrie. que propter perversam
vitam amittere potest. et ne tardet quantocius converti ad dominum per peni-
tentiam. ne forte tardando incidat in manus ipsius et eternam
dampnationem. Ad hoc faciendum hortatur nos beatus Gregorius. sic di
cens. Dum tempus est unusquisque pravitatem suam deserat. et dei pa
tientiam pertimescat. ne quem nunc tranquillum despicit. iratum
postmodum nequaquam evadere possit. Omnipotens enim deus peccan-
tes misericorditer expectat. tempus ad penitentiam tribuit
quos non conversos. ad [illegible]
[illegible] retinet. quam quandoque irretractabiliter effundet. Hec Gregorius.

De hoc etiā p sapiētē sic dr̄. Non tardes cōūti ad dnm
et ne differas de die in diem. Subito em̄ veiet ira illi⁹
et in tpe vindicte dispdet te. nec addicias pctm̄ sup pctm̄
et ne dicas. miscāto dei magna est. mltitudinis pctōrū
meorꝫ miserebit. Misericordia em̄ et ira ab illo cito pxi
māt. et in pctores respicit ira illius. hec sapiēs. Ex hiis
igit̄ dcis colligē possim⁹. pīclosū esse tardare et differe
pniam et cōūsionē de die indiem. quia qnto qs diuci⁹
ptrahit suā ad deū p pniam cōūsionē. tanto magis
in pctīs indurat. et difficili⁹ ad pcītēdū resurgit. De hō
dicit helinādus. in qrta pte speculi historial̄ sic. Festina
post lapsū vt resurgas. Nam si resurgē hodie est dif
ficile. cras erit difficilius. Qui nō est hodie cras min⁹
aptus erit. Vnde qnto iacebis diucius. tanto cades pfū
dius. ipm̄ namqꝫ iacē cadere est. Cadere fateor hūanū
est. sed nichilomī⁹ hūanū est resurgē. Non surgē vō
nullomō hūanū dicēdū est. sed dyabolicū. cui⁹ tota vi
ta ruina est. Notādū q̄ q̄tuor sūt. sclꝫ. stare. cadere
surgē. non surgē. horꝫ duo media hoīs sūt. homo
em̄ cadit et resurgit. Stare vō absqꝫ casu solius an
geli est. nō resurgē vō solius dyali est. Qui ergo stat
et nō cadit angelus est. Qui vō cadit et surgit hō
est. Qui aūt cadit. et post casū nō surgit. nō qa nō
pt. sed quia nō vult. pfecto dyabol⁹ est. etiā si homo
sit. Vnde de tali homīe dcm̄ est. Et vnus ex uobis dyabls
est. hec helinādus. Colligat ergo vnusqsqꝫ pctor. ex
hys vbis mltū pīclosum esse iacē in sordib⁹ viciorꝫ et
differre pniam et cōūsionē ad deū. Et ideo qnto ci⁹ festi
net p pniam et sctam cōūsacōm se cōūtere ad deū. aut p
introitū religionis. aut manēdo in sclō. mūdi vanitates
et pctā seu occasiones pctōrꝫ fugiēdo. Sed quia in seclo
multe sūt occasiones. p que homo trahit̄ ad vicia. et
retrahit̄ a sancta cōūsacōe. vt expiencia docet. Id circo
magis cautū est. qui sentit se ad pctādū fragilē. ac
ppt̄ occasiones que occrūt in seculo se a viciis nō posse

continue. Ut per ingressum religionis se a peccatis restringat.
et de preteritis penitenciam agat. sancteque ibi vivat. Ut post
hanc vitam ad eterna gaudia pervenire valeat. De diffi
cultate autem abstinendi a peccatis in mundo. propter diversas occasio-
nes que se offerunt in seculo. et de fuga mundi. atque in
gressu ordinis. supradictus Helinandus. satis luculenter ponit. sic
dicens. Vis extinguere libidinem amove ligna ab igne. et
subsidet incendium. Que sunt ergo ligna. que non sunt struenda
in igne. Ista quippe sunt. ocia. segnicies. sompnus. cibus. species
vini. prosperitas. ludus. carmina. forma. puer. Hec ergo
omnia sunt incitamenta viciorum. hec sunt incitamenta voluptatis
tormenta castitatis. Hoc oleo. hac pice. hac stuppa. hiis
sarmentis incenditur fornax Babilonis. Vis ergo fugere vo
luptatis incendium. fuge hoc omne genus fomenti. Sed quo
fugies a facie istorum. totum circumspice mundum. ubique dyabolus
hamum peccati aliquo fomite delectacionis inescat. Fugiendus
est ergo mundus. ut eius concupiscentia fugiatur. Alioquin si
in mundo remanere volueris. nec abscisis manibus. nec trun
catis pedibus. nec effossis oculis. eo quod scandalisaverint te.
scandalo non carebis. Igitur quoniam quidem non sine membris offici
alibus possimus vivere. nec illis scandalisantibus vivere.
necessario querendus est locus. non tam corporibus quam moribus
salubris. ubi corporeorum sensuum non carentes officiis illorum
scandalis careamus. Et quis locus ad hoc idoneus nisi
claustrum. ubi pax includitur. honestas clauditur. concluditur
voluntas mala. secluditur libido. Vade ergo de fornace
ferrea. ad claustra refrigerium. ut in loco amenissimo. sub
domino Ihesu Christo piissimo voluptuose transeas presentis miserie
brevem calamitatem. Sed dicis. Nunquid soli claustrales
salvantur. aut omnes pereunt seculares. Sane neutrum. Sed isti
soli facile salvantur. illi omnes difficile. Cur hoc nisi quia tu-
cior est ab incendio remotus ab igne quam proximus igni. Hec
Helinandus. Ecce patet per predicta. quod conversari in mundo. et esse
a peccato mundum valde sit difficile. quia propter occasiones que occur
runt in seculo sepius periclitantur virtutes. Dicente beato Bernhardo.

Periclitat castitas in delicijs. humilitas in diuicijs. pietas
in negocijs. veritas in multiloquio. caritas in hoc seculo
nequam. hec Bernhardus. Unde propter tot pericula fugiendus est mundus
et appropinquandum est religioni per ingressum ordinis ubi occasio
nes viciorum tolluntur. et materia ad bonum operandum ministratur. ac
copiosior merces seu premium acquiritur. De hoc beatus Bernhardus sic
dicit. Bonum est nos hic esse. scilicet in claustro. quia viuit
homo ibi purius. quiescit securius. irroratur frequencius. cadit
rarius. surgit facilius. incedit caucius. moritur confidencius.
purgatur cicius. premiatur copiosius. hec Bernhardus. Videmus igitur
nunc clare fructuosum esse et salubre conuersari in monasterijs.
per habitum religionis. cum tot bona occurrant xpi dilectis.
Queramus ergo dei graciam. per ingressum ordinis. et ipse
dignabitur nos suscipere inter brachia sui amoris. Testante
beato Bernhardo qui dicit. Bonus es domine anime querenti te. occur
ris amplecteris. sponsum exhibes. qui es dominus. ymo qui
es super omnia deus benedictus in secula. hec Bernhardus. Fugiamus
ergo mundum. qui amaritudine plenus est per introitum
religionis. leuemus cor ad celum. per affectum dilectionis. ubi
solum vera est dulcedo. et iocunditas dicente beato Augustino.
super psalmos in glosa. sic amaritudine plenus est mundus. aput
solum autem deum est iocunditas. Unde cor leua in celum. per quos
gradus. Gradus affectus sunt. iter tuum voluntas tua est.
Amando ascendis. negligendo descendis. Stans in terra in celo
es. si diligis deum. Non enim sic leuatur cor. quomodo leuatur corpus.
Corpus ut leuetur locum mutat. cor ut leuetur voluntatem
mutat. Quocunque ergo cor se conuertit in terrenis rebus
amaritudinem inuenit. unde dulcescat non habet. nisi leuet
se ad deum. hec Augustinus. Et quia pressura et amaritudo et fal
lax pax est in mundo. pax vero vera est in xpo. dicente
ipso domino. In mundo pressuram habebitis. in me autem pacem.
Unde adhereamus deo per statim conuersacionem. ut pacem habeamus.
De hac duplici pace dicit hugo in libro de claustro anime.
Duo sunt genera pacis. una quam xpus dat. altera quam
mundus dat. Pax mundi est. ut a deo recedas. et dyabolo

consentias. Pax vero xpi est ut expellas dyabolum et di
ligas deum. Pax mundi est ut mundus tibi et tu mundo
placeas et sic saciatus terrenis voluptatibus in fernum cruciati
bus interminis succumbas. Pax xpi est ut adversa mundi usque
ad mortem pacienter tollens et sic post mortem future vite feli
citatem sempiternam expectes. Hec Hugo. Sectemur ergo xpi vesti
gia eius doctrinam et exempla imitando per ingressum religi
onis ibi sibi serviendo. sancte religioseque vivendo. ut post
hanc vitam ad ipsum pervenire valeamus. Ipse enim est via ve
ritas et vita. via recta et veritas certa. vita eterna. De hoc
dicit beatus Augustinus super illo verbo. Ego sum via veritas et vita
sic. Ac si cuilibet sectatori suo dominus dicat. Quo vis ire per
me vade. quia ego sum via. Si per me vadis. laqueos eva
dis. Quo tendis venire. Ego sum veritas. ad me veni
festina simpliciter venire. ut possis feliciter pervenire. Si
in veniendo servas quod iussi. in perveniendo reddam quod promi
si. Veritas enim sum mentiri nescio. Ubi vis permanere
cum perveneris. Ego sum vita in me mane. Si in me vis
vivere vivendo et perveniendo. in me manebis sine morte
vivendo. Hec Augustinus. Capitulum xviii

De modo conversionis ad deum et devotione qualiter
deus suos quos sibi preelegit ab eterno soleat voca
re ad primam et ad statum conversationis sufficiente modo
informationis. Sed nunc quero utrum illi qui relinquentes
mundum gratia sancti spiritus inspirati et se transferentes ad sanc
tam conversionem habitum religionis assumendo. paciuntur
aliqua impedimenta sine temptationes ante ingressum
ordinis. vel infra tempus probationis. Quod intrantes reli
gionem multa impedimenta paciuntur et temptationes ante introi
tum ordinis et tempore probationis. Sequitur.

Scire te volo. quod primam penitentie hominis et conver
sionem ad deum multa impedimenta. maxime tamen
hec. videlicet Invidia dyaboli. Fragilitas sive infir
mitas humana et consuetudo peccandi mala. Malignus
enim spiritus hostis generis humani. cum considerat peccatorem

grā se visitante esse cōpūctū. et velle relinquē mū
dum. atq3 ꝑ pn̄iam et cōuersionē approquare deo mu
tando vitam uel etiā habitū ꝑ ingressū religionis
omēm modū querit hoc impediendi. aut ꝑse. aut
ꝑ suos nūctios. videlicet malā societatē. dissuadēs ea
que sūt salutꝭ. hoc est ingressum ordinis. Validius
tamē ꝑ se immittēdo quedā terrorē. in mētem hoīs
faciēs eum ꝑtimescē habitū et cōuersatōnē sibi incō
suetā et inusitatam. quia vt cōiter magis faciūt
ista penitentes formidare. aut q̄dāmō abhorrē. qa
omnibus in rebus grauis est inceptio prima. et pri
mus accessus ad viam pn̄ie. et mandatorꝝ dei est dif
ficilior. De hoc dicit Criso⁹. sic. Dyabol⁹ sciens qꝛ hij
qui multa opati sūt mala. si se ad pn̄iam cōuterint.
districte satis et vehemēt hoc faciūt. vtpote scientes
quid egerint. Metuit em̄ ne quis horꝝ initiū aliq̄d
penitudinis capiat. si em̄ ceperint. iam nequiūt re
tineri. sed in modū ignis penitēcie calore succēsi. au
ro purgato purgaciores reddūt aīas suas. et memo
ria cōsciencie. velud spū quodā flante. ad portū sa
lutis spe gubernāte ꝑueniūt itineris sui habētes cau
telam maximā. ex ꝑtitorꝝ horrore gestorꝝ. atq3 in
hoc pene eos. qui nunq̄m aliquos incurrerūt lapsus vi
dent̄ ꝑcedere. Dum cauciores eos reddit experiencia.
Acrius em̄ expetim⁹ ea que ꝑdidim⁹ q̄m que nōdum
possessa desideram⁹ acquirē. Tantū ergo initiū fiat in
hoc omnis est difficultas. vt ꝑmos aditus ingrediamur.
penitencie. In ipso em̄ ingressu stat minis et terroribus
spiritus. et volentes adire. etiā atrocitate depellit. Cui⁹
si terrorꝝ fumos. et manē nebulā cōtempnis. nec ille
aliquid valebit vltra. et tuo occupat⁹ aditu valētōrē
te reddit. senciens supiorē q3 te effcm̄ inimici terroribus
gratulaberis. ac ꝑ facilem tibi de reliquo agonis isti
viam videbis. hec Criso⁹. Magnū est em̄ tormētū demoni
penitencia et cōuersio ad deum. quia ꝑ hec q̄s possidebat

amittit. et ideo maioribus nobis quam pulsat insidiis. et in
numeris perturbat temptacionibus. Quod facit ut homines ad
odium virtutum inducat. et a via salutis avertat. ac de expulsio
nis sue vindicet iniuriam. Testatur hoc Beda sic dicens Se-
pe enim dum converti ad deum post peccata conamur. maioribus no-
bis quam antiquus hostis pulsamur insidiis. Quod facit ut vel
odium virtutis incutiat. vel expulsionis sue vindicet
iniuriam. Magnum enim est tormentum demoni a lesione hominum
cessare. et tanto diminuit crucians. quanto possidet diucius
hec Beda. De hoc dicit etiam dicit beatus Gregorius in iiii libro
moralium super illo verbo Job. Qui parati sunt suscitare leviathan
sic. Omnes enim qui ea que mundi sunt mente calcant. et ea
que dei sunt plena intencione desiderant. leviathan con-
tra se suscitant. quia eius maliciam instigacione sue conver-
sionis inflammant. Nam qui eius voluntati subiecti sunt
quieto ab illo iure possidentur. et superbus eorum rex quasi
quadam securitate perfruitur. dum eorum cordibus incontussa
potestate dominatur. Sed cum vir iustus quisque spiritus ad conditoris
sui desiderium recalescat. cum torpore negligentie deserit
et frigus insensibilitatis pristine igne sancti amoris
incendit. cum liberalitate ingemiscit meminit teneri. ab hos-
te servus erubescat. quia idem hostis se considerat despici.
quia vias dum videt apprehendi dolet contra se captum re-
niti. et mox zelo accenditur. mox ad certamen movetur. et
mox ad temptaciones innumeras contra rebellantem mentem
se excitat. atque in omni arte laceracionis instigat. ut temp-
tacionum iacula in torquendo confodiat cor. quod dudum
quieto iure possidebat. Qui dormiebat quippe dum
sopitus in pravo corde quiescebat. sed excitatur in provo-
cacione certaminis. cum ius amiserit perverse dominacionis
Hunc ergo nocti maledicant. qui parati sunt suscitare
leviathan. id est hii se contra peccatum fortiter iudicio distric-
cionis erigant. qui in suis temptacionibus excitatum anti-
quum hostem non formidant. Quisquis enim attingi divino
servicio properat. Quid aliud quam se contra antiquum hostem

certamē parat ut liber in certamine ictus suscipiat. qui
quietus sub tirānide in captiuitate fruebat. Hec gregorius
Ecce quō dyabolus mētem quā prius propter sordes vi
ciorum quietus possidebat postmodū repugnātē sibi per
pniām et vite emēdacōm crudelit per diuersa temptacō
nū genera vexat. Vn̄ necesse est ut vnusquisq3. qui
viam penitēcie et sancte cōuersacōis aggredi incho-
at temptacōibus antiqui hostis viriliter resistat. quia
idem hostis cū cōsiderat aliquē incipiētem ingredi viā
salutis. statim obuiat ei per diuersas temptacōes. ut posset
euertē eum a sancto proposito. et retrahere ab intēcione
salubri. Hoc probat ysaac Abbas sirie. in quodā trac-
tatu sic dicens. Cum volueris facere iniciū bone opa-
cionis ad venturas tibi temptacōes prius prepara te-
metipm̄. Nam cōsuetudo inimici est. ut cum videt
aliquē incipiētē bonā cōuersacōm. fide feruēti et con-
sciēcia pura. obuiat ei varijs et diuersis temptacōibus.
ut exinde in timorē veniens. arescat a bono proposito. nec
habeat aliquem calorē appropinquandi deo. non quod talem
virtutē habeat aduersarius. Nam nullus posset facere
homini sed permittitur a deo. Sicut in beato Job docti sumus.
Tu vero prepara temetipm̄ viriliter ad obstandum temp-
tacōibus. que virtutibus inducunt. ac deinde virtutes incipe
operari. quia nisi prius te preparauis ad resistendū tēpta-
cōibus a virtutū operacōne recede. Hec ysaac. Patet
ergo qualiter dyabolus impediat salutē hominis. cū cepit
appropinquare deo per pniām. aut per ingressū religionis
Videndū est etiā quō infirmitas seu fragilitas car-
nis reuocet siue impediat hominem a proposito salutis
Cum enim nonnulli peccatores pro suis delictis cōpunguntur
et locū ad penitēdū videlz religionē vel aliū quēcū-
q3 statū sibi tamē aptū adire decreuerint ab hac sca
intencōne. carnis infirmitas sepius reuocat. Multa
ergo pericula siue incipientes ante oculos ponunt. nunc
vigilias. nunc ieiunia. nunc austeritatē vite et ceteras

observantias ordinis que pertimescentes subsistere se non
posse formidant. Sed divina gratia adiuti et spe future
glorie roborati talem metum abiciunt. et hoc quod in animo
proposuerunt devote exequuntur. Hoc tangit beatus Gregorius in xxx°
libro moralium. exponens illud Job. Et vincula eius quis
solvit. subaudis. nisi ego. sic dicens. Solvuntur vero vinciun-
tur quia vincula dum divino adiutorio interna desideriorum
carnalium retinacula disrumpuntur. Cum enim pia intencio
ad conversionem vocat. sed adhuc ab hac intencione car-
nis infirmitas revocat. quasi quibusdam vinculis anima
ligata impeditur. Multos enim sepe videmus. viam quidem
sancte conversacionis appetere. sed ne hanc assequi valeant. modo
irruentes casus. modo futura adversa formidare. Qui
incerta mala dum quique tanta conspiciunt in peccatorum suorum vin-
culis incaute retinentur. Multa enim ante oculos ponunt
que si eis in conversione eveniant. subsistere se non posse for-
midant. De quibus bene Salomon ait. Iter pigrorum
quasi sepes spinarum. Nam cum viam dei appetunt. eos velut
spine obstancium sepium. sic formidinum suarum opposite
suspiciones premunt et pungunt. Quod quia electos pre-
mere non solet bene illic secutus adiunxit. Via iustorum
absque offendiculo. Iusti quippe in conversacione sua quelibet
eis adversitatis obviaverint non impingunt quia temporalis
adversitatis obstacula eterne spei et interne contemplacionis
saltu transcendunt. Solvit itaque deus vincula quando ab electi
unius cuiusque animo infirmarum cogitacionum nodos rumpit
et propicius dissipat omne quod illecta mentem ligabat.
hec Gregorius. Ecce qualiter spes futurorum bonorum animat peni-
tentes ad exequendum bonum hoc quod facere proposuerunt.
Sed si adhuc aliquis propter asperitatem religionis patitur
aliquas difficultates revocet ad memoriam tormenta infer-
nalia. et levius sustinebit ea que sunt difficilia. De hoc
per quendam in quodam tractatu sic dicitur. Multis enim gravis
et aspera videtur in monasterio sui ipsius pro Christo temporalis abne-
gacio. Reminiscatur oro quam amara sit illorum tormentorum

diutina excruciacio. Incomparabiliter enim lenior est vita
claustralis. ubi tam corporum quam animarum necessaria
sine sollicitudine queruntur. quam penarum loca in quibus
miseri pro peccatis in hac vita non emendatis non tamen maxi-
mis. sed etiam minimis negligenter multiplicatis diutina mi-
seria cruciari creduntur. Sunt autem peccata que minima vel
parva sive levia dicuntur. non quia parva vel levia sunt. sed
quia in hac vita vere penitentibus leviter adeo dimittuntur.
Quod si quis emendanda in futurum distulerit. contemp-
nendo non levia. sed gravia. ymo gravissima in penis
ea senciet experiendo. Nemo se de peccatorum levium levitate
quia ita appellantur blandiendo seducat. quanto etenim
fuerint leviora. tanto fit culpe maioris contemptum in-
dicis examine corrigendi negligencia. Nullum omnino pec-
catum parvum estimare debemus. Utinam districtus iudex parvum
estimaret aliquod peccatum. Nomine omne peccatum per prevaricationem
deum exhonorat. Quod ergo peccatum audemus dicere parvum
deum enim exhonorare. quis sane mentis dicturus est
parvum. Quid respondebimus. cum exigetur a nobis usque
ad ictum oculi. tocius vite presentis cursus. Tunc quippe con-
dempnabitur quicquid in nobis inventum fuerit operis ociosi vel sermonis ocio-
si. vel etiam silencii usque ad minimam cogitacionem. Quis vel
mente captus audeat affirmare peccata fore levia. quibus
amara debetur iehenna. Unde hic cogitemus que gessimus
et que in futuro accepturi simus. Si multa bona pau-
ca mala multum gaudeamus. Si multa mala pauca bona
multum lugeamus. Exiget enim a nobis usque ad ultimum
quadrantem. Aut hic cum misericordia et benignitate. Aut in
futuro quod absit cum severitate et iusticia. Hec ille. Ecce
quam salubre sit penitentibus et ad conversionem tenden-
tibus. reducere ante faciem mentis penas infernales
ut eo facilius possint sufferre penas corporales.
Nam ipsa mens humana assueta mundi illecebris
et concupiscenciis pravis fugit labores abstinenciam
vigilias. et ceteras corporis castigaciones. Sed cum inspi-

rante gratia ad mentem reducti fuerint dies mortis pon-
dus futuri iudicii. pene inferni. premii celestis gaudii
contra suas concupiscencias et passiones. ipse animus bellum
aggreditur. ipsis viciis. et male consuetudini viriliter re-
sistendo. et vim quodammodo sibi faciendo. ut ad victoriam
carnalium passionum pervenire mereatur. Hec beatus Ambrosius
pulchris verbis probat dicens. Super illo verbo Regnum ce-
lorum vim patitur. sic novimus quia famulatur mens humana
in diversis huius mundi illecebris. et concupiscenciis pravis
devicta fugit laborem. expetit voluptatem. et vix adduci-
tur. ut consuetudinem pravam prioris vite a se excludat.
Sed cum cepit ultimi diei necessitatem. ac futuri iudicii
pondus considerare incitata. vel sollicitata. aut spe premii
vel timore supplicii voluntarium bellum inducit passionibus
et vim facit pristinis desideriis. violenter seipsam vincere
contendit. Non enim sine violencia fieri potest ut de ha-
bundancia et deliciis ad famem et sitim. ad abstinenciam
et crucem transeat. et sompno prius et ocio amica carnem
continue vigiliis quis conficiat. Non minus sine violencia
fieri potest. ut unusquisque iracundiam paciencia. superbiam
humilitate commutet. amore paupertatis ac sufficiencie
effluenciam superet. Vinolenciam sive gulam sobrietate. luxu-
riam castitate contempnens. et homo subito transeat in
virum perfectum et transformetur. et quodammodo alter reddatur ex
altero. et sic a talibus regnum celorum violenter ac per molen-
tiam diripitur. Hec Ambrosius. Videmus igitur quod vere penite-
tes oportet vim sibi facere ut victoriam viciorum. et carna-
lium voluptatum valeat obtinere. Maxime tamen hii qui ma-
lum usum et longa consuetudine traxerunt in sordibus
peccatorum. et operibus criminosis necesse habent secundum magis
et minus vim sibi facere viriliter carnalibus desideriis et
concupiscenciis resistendo. De hoc dicit beatus Gregorius. Tanto
facilius quis convertitur. quanto consuetudine minore coartatur.
Usitata vero culpa obligat mentem. ut nequaquam surgere
valeat ad rectitudinem. Hec Gregorius. Hoc est sic intelligendum.

q sine labore valido no potest quis resurge post
cosuetudine longam viciorum et inveteratam ad vias
vite Et quanto maioribus criminibus quis implicatus fuerit
et diucius in ipsis perseueravit. tanto difficiliore et
maiore pugna et labore in resistendo viciis eum
habere oportebit. Hoc testatur beatus Augustinus sic dicens.
Contra ingenitam concupiscenciam tanto amplius in
ea superanda voluntas laborabit. quanto maiores ei vi
res cosuetudo dedit. Hec Augustinus. Hoc idem sentit Isidorus
cum dicit. Satis delicate se palpat. qui vult sine labore
vicia superare. cum peccati legem quam sibi deseruiendo viciis
fecit sine violencia doloris resecare non possit. Hec Isi
dorus. Unde necesse est ut novicius sive novicie conuersus.
laboret et faciat sibi cosuetudinem contra cosuetudinem.
affectum contra affectum. donec incatur vincere delectaciones car
nis et seculi. Hoc tangit beatus Bernhardus in quadam auctoritate
sic dicens. Ad ea que dei sunt percipienda. homo se attingat
necessitatem sibi faciens contra necessitatem et cosuetudinem contra
cosuetudinem. et affectum sibi formans contra affectum. donec
plenam incatur delectacionem contra delectacionem. ut delectacioni
bus carnis et seculi tantum delectetur care. quantum prius delec
tabatur habere. Hec Bernhardus. Et notandum eciam quod novicie conuersi
ad religionem tempore probacionis inter cetera que sustinent. maxime
duo patiuntur. primum est in cosuete vite novitas. tam
in assumpcione habitus. quam eciam in morum alteracione sive
mutacione. Secundum est subtraccio gracie infuse et prius
habite. per quam solent confortari. et consolari incipien
tes. Primum igitur est in cosuete vite novitas. Nam dum
aliquis compunctus pro suis delictis statim religionem ingre
ditur. habitum religionis assumendo. processu temporis cessante
primo feruore occurrit menti. asperitas habitus. et austeritas
vite. et conuersacionis incosuete. videlicet vigilie. ieiunia. sile
tium. obediencia castigaciones. et cetere observancie regula
res. Incipit autem animus adhuc carnalis ea abhorrere.

et gemit sub gravi sarcina conversionis. Trepidat enim caro et abhor-
ret strictas vias divinas et asperas. scire quam consueverat. cogitare quam consue-
verat vivere quam consueverat. et recurrunt fantastica priorum ymaginacio-
nes vite prioris qualiter in seculo liberaliter vixit. et sua
voluntate in delicijs diversis et voluptatibus habuit. et
vexatur carnaliter carnalis animus ex eo maxime quod prohibetur
ab hijs et subtrahitur quod tempore libuit et precipitur et proponitur
quod sancte licet. sed tamen non facile libet. Ex hac autem
difficultate et temptacione incipit homo instabilis esse
et nonnumquam dolere de ingressu religionis et vias querere
evasionis. Unde sunt nonnulli qui post assumptum habitum
religionis instigante dyabolo et propria fragilitate. post-
posito timore dei et verecundia hominum revertuntur ad seculum
Et sunt nonnulli qui propter pudorem hominum verecundantur depo-
nere habitum. Hii tales nonnumquam fingunt se aliquam debili-
tatem aut infirmitatem habere. ut cum honore possent iugum
ordinis evadere et a religione discedere. Et propter hanc fic-
tam occasionem quam plures a sancta conversacione recedunt
Et sunt nonnulli qui propter diversa temptamenta efficiun-
tur instabiles. et dolent se intrasse ordinem. sed propter vo-
tum quod emiserunt cor suum firmant ad manendum. Plurimi
tamen eciam post voti emissionem instigante dyabolo ab
ordine discedunt. Et sunt nonnulli qui multum fervientes
sunt tempore probacionis. quos considerans dyabolus sub specie boni
nititur pervertere. Unde suggerit eis quod non possunt ordinem
prout scriptum et mandatum est in regula et in statutis
ordinis observare. tam propter suam fragilitatem. quam eciam
quod in pluribus ipsam regulam usque ad perfectum considerant
a professoribus ordinis non exequi nec perfici. Et ideo insta-
biles efficiuntur. quia putant si professionem fecerint sibi ex
hoc periculum imminere. Et cum per hoc antiquus hostis
prevalere non potest. tunc immittit quendam affectum indiscre-
cionis. ita quod aliqui corpus suum per vigilias et ieiunia et
oraciones et alias castigaciones nimis indiscrete affligunt

mtim q ppt hoc incidit in debilitate capitis et cor
poris. et ob hanc causam aliqui sic debilitati eciam
de ordine egrediuntur. Si aut remanet ab hac debilitate
diu non reformatur. Item alia quamplurima sunt que pa
ciuntur novelli tempore probacionis instinctu dyaboli. que faci
unt eos fluctuare et esse in proposito instabiles sicut
cottidiana experiencia quamplurimos docet in tali statu
existentes. Contra ista impedimenta et temptaciones
sunt hec remedia. Primum est habitare inter multos
quia habitando inter multos videmus plurimos qui for
te eandem temptacionem habent et viriliter sustinent. et
multos qui iam evaserunt. et ad maiora profecerunt
quos intuentes animamur. et in nostris temptacionibus non
deficimus. Secundum est exempla respicere seniorum habencium ti
morem et amorem dei. quorum exemplis possimus attendi
et in bono proposito firmari. Tercium est aperire consciam
Multum enim valet ad temptaciones mitigandas mani
festare suas passiones et impugnaciones per humilem
confessionem. Quartum et maximum querere super huiusmodi tep
tacionibus et perplexitatibus a senioribus timorem dei habe
ntibus consilia. quia nichil ita efficax est ad evadendum
laqueos dyaboli quemadmodum sunt consilia de humili cor
de procedencia. quibus consiliis debet unusquisque novellus
et in hiis temptacionibus laborans acquiescere. et in cor su
um monita salutis que a deo prolata assumere. Ad hoc
faciendum beatus Gregorius hortatur sic dicens. Collocucionis
vox plus quam leccionis sermo torpencia corda excitat
et de mortua pelle ad hominem vivum revertere. deinde
in homine consule. Aperi impedimentum et quere medica
mentum. Ausculta in mente non hominem de se medicare
sed per hominem deum veracem respondentem docentem consola
tem. exhortantem et disce diligenter. ne sensu proprio pro
tollendo impedimento. tali forsitan utaris remedio
de quo postmodum nascatur impedimenti maioris occa
sio. sicut estuans contra estum aqua se infrigidat. et

exinde postea magis estuat. hec greg. Cum vero percepto
consilio mediante gra dei homo in mente stabilitus
fuerit. et in proposito firmatus. infunditur sibi habunda
cior gra devocionis. nam fit castus in cogitacione devo
tus in oracione. suspenditur desideriis. effluit lacrimis. sanctis
affectibus habundat. vigilias ieiunia. et ceteros labores
libenter suffert. ad bonum opus hilarescit. Sed ne homo
de tot donis et consolacionibus spiritualibus presumat aut elevetur
omnipotens deus graciam dulcedinis quam contulit ad horam
subtraxit, ex qua subtraccione efficitur tediosus ad opus
bonum. indevotus in oracione. et ceteris observanciis regu
laribus et incipit homo tribulari et angustiari in
semetipso. eo quod non sentit in se prioris gre et devoco
nis dulcedinem, et contristatur mente. et timet propter
sua peccata que fecit se non placere deo. eo quod suam graciam
quam prius habuit ab ipso abstulerit. et hec est secunda
tribulacio sive temptacio ut supra premissum est. quam
paciuntur noviter conversi. Contra hanc tribulacionem et
recuperacionem gre qua homo privatus est. hec sunt re
media. Primum est leccio sanctarum scripturarum. quia leccio
sancta instruit mores. perdit temptaciones. donat conso
laciones. Secundum est paciencia ut pacienter sustineamus hanc
adversitatem. nec moveamur propter hoc a sancto proposito.
Tercium est frequencia suspiriorum. quia non debemus cessare
a gemitu donec misereatur nostri deus noster. nobis graciam suam
infundendo. Quartum et maximum est timor cum humilitate
Nam sicut propter superbiam subtrahitur gra. ita per humili
tatem et timorem recuperatur. quia deus superbis resistit. hu
milibus autem dat graciam. De hoc dicit beatus bernhardus. In
veritate didici. nil ita efficax esse ad graciam promerendam
retinendam. recuperandam. quam si omni tempore coram deo
inveniaris. non altum sapere sed timere. Unde beatus es
si cor tuum triplici timore replevis ut timeas quidem
pro accepta gracia amplius longe plus pro recuperata
quia ubi tibi gra deficit. deficias et tu. Argumentum

ergo superbie privacio gracie est. Hec Bernhardus. Videtur igitur predicta
quod subtracta gracia propter superbiam per humilitatem et timo
rem revocatur et reformatur. Eciam sciendum quod pius dominus
consideratis et videns fragilitatem singulorum. ipsis novellis
et incipientibus alleviat pugnas temptacionum et con
solatur dulcedine gracie sue. ne ex difficultate impug
nacionum et tribulacionum dissolvantur. et ad seculum rever
tantur. Quos vero perspexerit fortiores. eciam in ipso
principio inchoacionis. permittit eos pati pugnas temp
tacionum. Ut perfectius a peccatis purgentur et citius coronentur.
De hoc dicit Iohannes Abbas montis synai. in tracta
tu de xxx. gradibus sic. Dispensative dominus a novicis
incipientibus pugnas alleviavit. ne quidem ex principiis
confestim in mundum denuo resolvantur. Igitur gaudete in
domino semper omnes servi eius in nobis ipsis. hoc signum ca
ritatis regis ad nos cognoscentes. Sunt eciam viriles
anime. et statim ex principiis pugnas permittit in
eis relaxari nolens ipsas in brevi coronare. Hec Io
hannes Abbas. Et quamvis aliquam dulcedinem divine
gracie. ut dictum est tempore inchoacionis et probacionis accipiat
plures tamen propter peccata diversa et enormia in seculo
commissa. amaritudinem temptacionum et tribulacionum
patiuntur. Ut per lacrimas et compunctionem cordis. a viciis
purgati mentis oculos ad superna valeant elevare
et postposito timore servili. ex caritate et confidencia
ad amorem celestis patrie suspirare. Hoc probat
Isidorus sic dicens. Sciendum quod conversi ad deum. plerumque
alii incipiunt a dulcedine. alii a temptacionum amaritudine.
Omnis conversus ante ex fletu inchoet peccatorum. et sic tran
seat ad desiderium superiorum. Prius enim lacrimis purgan
da sunt vicia que gessimus. et tunc mundata mentis acie
id quod querimus contemplemur. Ut dum ante ea flendo
peccati caligo a nobis detergitur. mundatus cordis
oculis libere superna intueantur. Ante necesse est ti
more converti ad deum. ut metu futurarum penarum.

carnales illecebre devincantur. Deinde oportet abiec
to timore ad amorem vite eterne transire. Perfecta enim
caritas foris mittit timorem. Qui autem timet penam
habet et non est perfectus. Unde necesse est omni converso ut
post timorem consurgere ad caritatem dei debeat. Qui filius ne
semper sub timore iaceat qui servus. Tunc enim amorem
nostre conversionis ostendimus si deinceps ut patrem diligimus quem
prius servili mente vere ut dominum formidabamus. Hec Isidorus
Notandum etiam quod dominus quos ad magnum sanctitatis statum
promovere desiderat. primo fovet eos dulcibus blandimentis
Secundo exercet duris et asperis temptamentis. Tercio
firmam et stabilem dat tranquillitatem mentis. Primum ex
hibet incipientibus. Secundum proficientibus. Tercium perfectis
Deus igitur suis electis in primo aggressu occurrit eis con=
solacionis dulcedinem infundendo. blandiens quasi eis. atque
fovens sorbiunculis dulcibus divine consolacionis. ut per hoc
eos ad sue familiaritatis graciam introducat. Quod benigne
dei dispensacione agitur. quia si eos primitus amaritudo
temptacionis exciperet. facilius ad ea que reliquerant redirent
Unde deus occurrit eis paternis amplexibus. infundens eis
tantam devocionis graciam. ut flere valeat in oracionibus. suspi
rare in meditacionibus. dulcia sentire in affectibus. ita
ut omnia dura et aspera sint eis dulcia. et omnia que agunt
iocunda sint et festiva ut qui per omnes dies illos convivium
ducat. De hac devocionis gracia dicit beatus Bernhardus. Pius
dominus pusillos corde huiusmodi blandiciis in conversionis
inicio solet allicere. Sed noverint tales hanc graciam sibi
prestitam et non datam. ut in die malorum meliores sint
bonorum. Post hoc secundo exercet deus suos duris et aspe
ris temptacionibus. Nam subtracta gracia divine consola
consolacionis. incipit homo tepescere. et in bonis operibus
attediari. Fastidit enim omne bonum. tedet legere. orare
non delectat. meditaciones non invenit. nec bona audi
re vel loqui desiderat. Ex quorum persona dicit Bernhardus
Non sine causa ab heri et nudius tercius invasit me

quidā languor aīe et mētis ebetudo. et insolita quedā
inercia spūs. Unde ista sterilitas anime mee et indeuo
cionis quā pacior. exaruit cor meū. factū est sicut
terra sine aqua. cōpungi nō valet ad lacrimas. legē
et orare nō delectat. meditacōes solitas nō inuenio
Ideo ad opus manuū piger. ad vigilias sompnolent⁹
hec Vnb⁹. Non solū aūt hui⁹modi defectū in spūalib⁹
patit͛. sed eciā de diuersis viciis tam carnalib⁹ q̄m alii͛
temptat͛ homo et vexat͛. vt nullā requiē in se ha
beat sed omēz tribulacōm. In hiis omib⁹ adūsitatib⁹
si homo tēptacōib⁹ nō cesserit. sed pacīam et humilitē
habuerit. et in timore dei pseuerauit. cōsolacōm magna
cōsequitur a deo. et vt pmissū est dat. Tercio firmam
trāquillitatē ment͛. De qua ps̄. dicit. Scdm̄ multitudi
nē dolor͛ meor͛ in corde meo. cōsolacōes tue letificaūt aīam m.
Et Aplūs. Sicut habūdāt passiones in nobis. sic
p xpm̄ hundat et cōsolacō nr̄a. De hoc eciā Vnb⁹
dicit. Deus cū ad mētem redit. tēptacōnū nebulas
discutit. et solem iusticie reducit. atq̧ sic ondit q̄m
nos diligat. Quo aūt ad mētē veniat subiungit dicēs.
Cum omīs malor͛ caligo et tristicia detergit͛. tunc
resplendēte raptim choruscacōe in circumscripti luminis
mēs illustrat͛. in quo vt cuiq̧ cōspecto gaudio quēdā
securitat͛ absorbet͛. et q̄i post defectū vite psentis
vltra se rapta in quadā noui͛te aliquāles recreatur
hec Vnb⁹. Unde talis mēs vn̄ sibi cōsciā. quocīq̧
cōsideracōis sue oculos v͛tit. testioī salut͛ sue inuenit
ppter q͛d vocacōm suam cum gaudio pstolat͛. De hac
leta cōfidēcia dicit͛ in pūbiis. Expectacō iustor͛ leti
cia. In qua leta expectacōe stetit patriarcha Iacob
cū dicebat. Salutare tuū expectabo dn̄e. De istis tri
bus modis quos solet h̄re Incipientes. pficientes. et
pfecti. Et q̄ in inchoacōe incipientes inueniūt blan
dimenta dulcedinis. et pficientes clamīa temptacōis

et perfecti plenitudinem perfectionis. Sanctus Gregorius satis clare
et largis verbis loquitur exponens illa verba que continentur
in libro Job dicta per heliu. videlicet hec omnia operatur deus
tribus vicibus per singulos etc. sic dicens. Solerter intuendum
est. que iste tres vices sint. quibus unusquisque homo an-
xietate meroris affligatur. et post merorem protinus ad
securitatem leticie revocatur. quia gravius prius meror
affligit. et magna postmodum leticia attollit. Igitur si
vigilanter intendimus has tres vices meroris et leticie
uniuscuiusque electi animi. istis alternari modis invenimus
id est. conversione temptacione morte. In prima quidem
quam diximus conversionis vice gravis meror est. cum sua
unusquisque peccata considerans. catenas secularium vult compedes
rumpere. et viam dei per spacium secure conversacionis ambu-
lare. desideriorum temporalium grave onus abicere. et leve iu-
gum domini libera servitute portare. Cogitanti enim ista
occurrit illa familiaris sua carnalis delectacio. que
inveterata dudum. quanto eum diu sustinuit. tanto ar-
cius stringit. atque a se tardius abire permittit. Et quis
ibi meror. que anxietas cordis. quando hic spiritus vocat.
hic caro revocat. hinc amor nove conversacionis invi-
tat. hinc usus vetuste perversitatis impugnat. hinc de-
siderio. ad spiritualem patriam flagrat. et in semetipso car-
nalem concupiscenciam tollerat. que eum aliquo etiam
invitum delectat. Sed quia divina gratia diu nos istis
difficultatibus affligi non permittit. ruptis peccatorum vincu-
lis. citius nos ad libertatem nove conversacionis consolan-
do perducit. et precedentem tristiciam subsequens leticia refo-
vet. ita ut conversi uniuscuiusque animus eo magis ad
votum suum perveniendo gaudeat. quo magis se pro illo me-
minit laborando doluisse. Fit cordi immensa leticia. quia
ei quem desiderat iam per spem securitatis appropinquat
Sed ne conversus quisque iam sanctum se esse credat. et quem
pugna meroris superare non potuit. ne ipsa postmodum

securitas sternat. dispensante deo permittitur ut post
conversionem suam temptationum stimulis fatigetur. Iam quidem
per conversionem rubrum mare transitum est. sed adhuc in here-
mo vite presentis ante faciem hostes obsistunt. iam peccata
preterita velut extinctos egiptios post terga relinquimus.
Sed adhuc vicia quasi alii hostes obviant. ut ad terram promis-
sionis pergentibus ceptum iter intercludant. Iam priores culpe
velut insequentes adversarii sola divina virtute pro-
strate sunt. sed temptationum stimuli quasi hostes alii con-
tra faciem veniunt. qui et cum magno labore superentur. Con-
versio videlicet securitatem parit. mater autem negligentie
solet esse securitas. Ne ergo securitas negligentiam
generet. scriptum est. Fili accedens ad servitutem dei. sta in
iusticia et timore. et prepara animam tuam ad temptationem.
Non enim ait ad requiem sed ad temptationem. Quia hostis noster adhuc in hac
vita nos positos quanto magis nos sibi rebellare conspicit. tanto
amplius expugnare contendit. Eos enim pulsare negligit quos
quieto iure possidere se sentit. Contra nos vero eo ve-
hementius incitatur. quo ex corde nostro quasi ex iure proprie
habitationis expellitur. Hoc enim in se ipso dominus sub qua-
dam dispensatione signavit. qui dyabolum non nisi post
baptismum se temptare permisit. ut signum nobis quo-
dam future conversationis innueret. quod membra eius postquam
ad deum proficerent. tunc acriores temptationum insidias tol-
lerarent. Post prima igitur vite melioris atque leticie gau-
dia unusquisque per studium conversationis cognoscat. hec secunda
sub oritur. quia ne securitas negligentia dissolvatur.
impulsu temptationis afficiatur. Et quidem quisque in ipso
conversationis initio magna plerumque excipit dulcedine
consolationis. Sed durum laborem postmodum probationis
habebit. Tres quippe modi sunt conversorum. Inchoatio
medietas atque perfectio. In inchoatione autem inveniunt
blandimenta dulcedinis. In medio quoque tempore certamina
temptationis. Ad extremum vero perfectione plenitudinis.
Prius ergo illos dulcia suscipiunt que consolentur. postmodum

amara que exerceant. et tunc demum suauia atque sub-
limia que confirment. Nam et sponsam vir suam quisque
prius dulcibus blandimentis fouet. quam iam commissam
asperis increpationibus probat. Probatam vero securis cogi-
tationibus possidet. Unde et plebs israelitica cum spondente
se deo ad sacras mentis nuptias ex egipto vocaretur
quasi arrarum vite prius accepit blandimenta signorum. Com-
missa autem probatione exercetur in heremo. Probata vero in
promissionis terram virtutum plenitudine confirmatur. Ante
igitur miraculis degustauit quod appeteret. postmodum in
labore temptata est. si custodire nosset quod gustasset.
Ad extremum quoque plenius accipere meruit. quod laboribus
probata custodiret. Ita vitam uniuscuiusque conuersi. et inchoatio
blanda permulcet. et aspera medietas probat. et plena per-
fectio liberat. Nam sepe conuersi quique in ipso adhuc aditu
inchoationis sue. uel tranquillitatem pacatissimam carnis. uel
dona prophetie. uel predicamenta doctrine accipiunt. Post
hec autem duris temptationum probationibus fatigantur. a quibus
increpationibus adhuc cum incipiunt. valde liberos se esse
crediderunt. Quod diuine gratie dispensatione agitur. ne in
inchoatione sua temptationum asperitate tangantur. quia si
eorum initia amaritudo temptationis exciperet. tam faci-
le ad ea que reliquerant redirent. quam nec longius distes-
serant. Nam contemptis prius viciis qui in ipsa positis
replicant. Unde scriptum est. Cum emisisset pharao
populum. non eos dominus duxit per viam terre philistim. que
vicina est reputans ne forte peniteret eum si vidisset
aduersum se bella consurgere. et reuerteretur in egiptum. Ex
egipto itaque exeuntibus e vicino bella subtrahuntur. quia
relinquentibus seculum quedam prius tranquillitas ostendi-
tur ne in ipsa sua teneritudine atque inchoatione turbati ad
hoc territi redeant quod euaserunt. Prius ergo suauitatem
securitatis senciunt. prius pacis quiete nutriuntur. Post
cognitam vero dulcedinem. tanto iam tolerabilius tempta-
tionum certamina sustinent. quanto in deo altius cognouerint.

quod amet. Unde petrus prius in monte ducitur. prius
claritate transfigurationis dominice contemplatur. et tunc demum temp
tatus ancilla interrogante permittitur per temptationem fractus ex in
firmitate sibi cognitus. ad illud flendo et amando recur
reret quod vidisset. ut cum eum timoris unda peccati pelago ra
peret. esset prioris dulcedinis anchora que retineret. Se
pe autem tam diutina sunt temptationum certamina. quam longa
fuerant in inchoatione blandimenta. Sepe ergo magis pro
batur in inchoatione dulcedinis. minus autem in labore pro
bationis. Nunquam vero labore temptationis dispar sequitur
perfectio firmitatis. quia iuxta summam certaminis remuneratur
quisque plenitudine perfectionis. Plerique autem in eo quisque
conversus labitur. quod dum quibusdam donis gratie dulcedine
inchoationis accipitur. confirmationem se accepisse perfectionis
arbitratur. et plenitudinem consummationis estimat. que
adhuc blandimenta esse inchoationis ignorat. Unde fit
ut dum subito temptationis procella tangitur. despectum se
deo et perditum suspicetur. Cum si inchoationi sue non passim
crederet. adhuc in prosperis positus mente ad adversa prepararet
et vias venientibus tam firmius resisteret. quam ea etiam sa
gacius previdisset. Que quidem tranquillius si previdet tolleat
eorum tamen omnino certamina. etiam si previdebat non declinat.
quia usus in itineris nequaquam peragitur sine pulvere
temptationis. Plerique autem conversus quisque temptationum
stimulis agitatur. qualibus ante conversionis gratiam nunquam
pulsatum se esse reminiscitur. non quia hec eadem radix
temptationis deerat. sed quia non apparebat. Humanus
quippe animus multis cogitationibus occupatus sepe si
bimetipsi aliquo manet incognitus. ut omnino quid tolle
rat nesciat. quia dum per multa spargitur. ab interna sui
cognitione removetur. Si autem deo vacare appetat. et
ramos multimode cogitationis abscidat. tunc libere conspi
cit. quid de intima radice carnis prodit. Cardinus namque
in via nascitur itinerantium pedibus teritur. usu tusencit.

eius superficies ne appareat constringitur. Sed quamuis de super-
fructifitates spine non appareat, sub terra tamen radix
occulta perdurat. Si autem eum transeuntium pedes terere et cal-
care cessauerit. mox in superficie surgendo progreditur. et
per spinam prodit in publicum. quod prius in radice videbatur
occultum. Ita in corde secularium. sepe occulta quedam
temptacionum radix non facile apparet exsurgere. quia uel
in via actionum sita. transeuntium teritur pede cogitacionum. et
per innumeras curas. quasi multis itinerantibus premitur ne vi-
deatur. Si autem per conuersionis gratiam a via cordis curarum turba
remouetur. ut nulla illud actionum insolencia conterat. nul-
lus cogitacionum tumultus premat. tunc quod occultum latebat
agnoscitur. tunc radice viciorum pungit libere spina temptacio-
num. Contra quam bene viuentis manu agitur. ut inquantum fieri
potest non tegatur occulta. sed radicitus euellatur. Quod donec
fiat vehementiusque conuersi animus. ita hec spina conturbat. ut pe-
ne percussione subita penetrari se senciat. eiusque vulnus
medullitus inflictum exiciabiliter pertimescat. plerumque vero
ipsi temptacionum stimuli dum in usum veniunt dilatantur. et
non quidem acriores. sed longiores existunt. Quamuis at-
dolent. sed magis sibi inficiunt. quia dum menti diucius
adherent. tanto fiunt minus pauendi. quanto magis assueta.
Inter hec ergo deprehensa mens. huc illucque distenditur. et
sepe hinc inde prouocata cui temptanti vicio obuiet uel pri-
mum impugnet ignorat. Unde plerumque euenit ut dum in-
numera insurgencia vicia cruciant. cum repugnat animus iam iamque
quasi in lapsum desperacionis inclinat. tortus quisque hac
ipsam sublimitatis viam. quam sibi ad remedium elegit ex-
pauescat. et qui in summo eductus titubat. qui in ymo
solidus stabat. Ita vero crudescentibus temptacionum motibus
angustatur. ut recte de eo dici debeat. Abhominabilis ei fit
in via sua panis et anime eius cibus ante desiderabilis.
Sed quia misericors deus probari nos permittit temptacioni-
bus non reprobari. Sicut scriptum est. Fidelis autem deus

qui nō patit᷑ vos temptari sup᷑ q̄m potestis. sed faciet
cum teptacōe etiā ꝓuentū vt possitis sustinē. Citius
cōsolacōis opus occurrit. et surgētes temptacōnū stimu
los mitigat inpugnātes q3 se cogitacōnū mot⁹ interna
pace tranquillat. mox q3 anima immersā de spe celesti
leticiā ꝑcipit. dum deuictū malū respiat quod tol
lerauit vt uinc̄. de hoc teptacō libacō q3 homīe dicᵃ
debeat. Videbit faciē eius in iubilo. et libabit animā
suam ne ꝑgēt in īteritū. sed viuēs lucē vidēt. Hys ita
q3 duab⁹ viab⁹. idest. cōuersionis et ꝓbacōis ꝑ merore
leticiā q3 trāsactis sup᷑ est tēia. cui⁹ et merorē adhuc sus
tineat et gaudia cōsequat᷑. Post cōuersionis namq3
certamina. post ꝓbacōis erumpna. restat adhuc dīna
temptacō. quia venire nō pt ad ꝑfecta gaudia liber
tatis. nisi prius debitū soluerit humane cōdicōnis
Conuersus aūt quisq3 sibi caute sollicit⁹ tacite secum
cōsiderare nō cessat. et̄ims iudex q̄m districtus adueni
at. sinūq3 tīmi⁹ cottidie ꝑspiat. et tante seueritat᷑ tūc
iusticie. quas racōnes vite sue sit positur⁹ attendit
et si cūcta ꝑna opa que intellige potuit deuitauit.
Veretur tamē corā districto iudice. illa magis que
in semetipso nō intelligit ꝑtimescat. Quis em̄ con
siderare valeat. q̄ta mala ꝑ momēta tpm ipis
incōstātib⁹ cogitacōnū motibus ꝑpetram⁹. Facile
est aūt opa ꝑuā vitare. sed nimis difficile est ab
illicita cogitacōe cor tergere. et tn̄ sc̄ptū est. Vt quid
cogitat᷑ inutile. et rursū. In die cum iudicabit dn̄s
occulta hominū. Humana aūt anima semel eternitatis
statū deserens ad fluxū tpalitat᷑ delapsa. hāc inmutabi
litatē altnātam motōnū noui q3 dum cadere volens
appetit. et dum conat᷑ surgere cogit᷑ inuita tollerare
Inde quippe punita est vnde delcāta. qui cōuersa habet
laborē certaminis. Vnde nō cōuersa appetit gaudiū vo
luptat᷑. Sepe ergo electis etiā nolentib⁹ in cogitacōe
surripit. qđ ipi quidē sollicite inspiciūt. et an̄ dei oculos

quanti sint reatus attendunt. Et cum de hiis omnibus semper
districta iudicia pertimescant. tunc tamen hec vehementer me-
tuunt. cum ad solvendum humane condicionis debitum venien-
tes districto iudicio appropinquare se cernunt. et fit tanto timor
acrior. quanto et retribucio eterna vicinior. Ante oculos autem
cordis. nichil tunc transvolat de fantasmate cogitacionis
quia subductis e medio omnibus se et illum tantummodo conside-
rant. cui appropinquant. Crescit pavor vicina retribucione iusti-
ticie. et urgente solucione carnis. quanto magis distric-
tum iudicium. iam iamque contingitur. tanto vehemencius
formidatur. Mandata dei implesse se pertimuisse meminerunt.
formidant tamen illa que nesciunt. quia videlicet semet-
ipsos diiudicare. et comprehendere omnino non possunt. atque
urgente exitu subtiliori terrentur metu. Unde et redemp-
tor noster solucioni carnis appropinquans. et membrorum suorum spe-
ciem servans factus in agonia cepit prolixius orare. Ad
quem ipse ille tunc agonia petebat. qui in terris positus celes-
tia cum patre tribuebat. Sed appropinquante morte metum mentis in
se etiam expressit. qui vim quandam terroris ac formidinis
patimur. cum per solucionem carnis eterno iudicio propinquamus.
Neque enim tantum liberi anima tunc inmerito terretur. que post pusil-
lum hoc invenit. quod in eternum mutare non possit. Consideramus
quippe quod viam vite presentis nequaquam sine culpa transire po-
tuimus. Consideramus etiam quia nec hoc quidem sine aliquo
reatu nostro est. quod laudabiliter gessimus. si remota pietate
iudicetur. Quis enim nostrum vitam precedencium patrum valet vel
superare vel assequi. et tamen david ait. Non intres in iudicium
cum servo tuo quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.
Paulus cum diceret. Nichil michi conscius sum. Addidit. Sed
non in hoc iustificatus sum. Iacobus dicit. In multis enim offen-
dimus omnes. Iohannes dicit. Si dixerimus quia peccatum
non habemus. ipsi nos seducimus et veritas in nobis non
est. Quid ergo faciunt tabule. si sic contremiscunt columpne.
Aut quomodo virgulta immobilia stabunt. si huius pavoris
turbine etiam cedri quatiuntur. Solucionem ergo carnis.

appinquās· nōnunqᵐ̄ terrore vindicte· etiā iusta anima
turbat̄ᵃ· cui et si quid tranquillū in hac vita sape potuit
mortis articulo in tremēda mēte concutit̄ᶻ. Sed quia iustorū
anime· a leuibus quibusq; contagiis· ipso sepe mort̄
pauore turbat̄ᵃ· et et̄na gaudia iam ab ipsa carnis so-
lucōe percipiūt· plerosq; aūt contemplacōe quadā retri-
bucōis interne· etiā priusq̄ carne expolient̄ᶻ hilarescūt·
et dū vetustat̄ debitū soluūt· noui iam muneris leticia
p̄fruūt̄ᵃ· Recte dr̄· Videbit faciem eius in iubilo· ul̄ ēte
libābit aīam suā ne pgēt in interitū· sed viuēs lucem
videt· Iusti itaq; anima in iubilo faciē dei conspicit· q̄a
tm̄ de leticia interna percipit· quātū capere ul̄ assumpta vix
possit· Ibi igit̄ viuēs lucē videt· quia spiritalē oculū
in radio eterni solis infigit· Ibi lucē et viuēs videt· q̄a
omī mutabilitat̄ vicissitudine calcata· veritati et
nitat̄ inheret· atq; inherendo ei quē cernit ad similitu
dinē i commutabilitat̄ astringit· atq; in semetipsa auc
toris sui inconsubilem spem dū respicit assumit· Que
enī ad mobilitatē p semetipsām lapsa est· ad immu
tabilitat̄ statū immutabilē videndo format̄ᵃ· Igitur
helin de afflicto quolibz liberato q; homine· quia p̄mo
meroris amaritudinē· et postmodū gaudia consola
cōis expressit· Apte subiūxit· Hec omīa deus opat̄ᵃ
trib; viab; p singulos· videlz conuersionis· pbacōis·
et mortis· quia p tria hec· et diuinis primū stimulis me
roris afficiat̄ᵃ· et magnis postmodū securitat̄ gau
diis resonet̄ᵃ· Et quia electi vniuscuiusq; mēs trib; via
bus· i· labore conuersionis· ul̄ pbacōne temptacōis
uel formidine solucōis atterit̄ᵃ· atq; ipsa atricōe pur
gata libātur· Apte subiungit̄ᵃ· Vt reuocet aīas eorū a
corrupcōe· et illuīet luce viuētiū· Lux quippe morie
tiū est· quā corporeis cernimꝰ oculis· Qui aūt ad huc
huic mūdo viuūt· luce morientiū tenebrescūt· Illuīant̄ᵃ
aūt a luce viuētiū· qui despecto tpali lumīe· ad splendo
rē et̄ne claritatis recurrūt vt ibi viuāt· Vbi vero lumīe

sentiendo videat. ubi non aliud lumen. aliud vita. sed
ubi ipsa lux vita sit. ubi sic nos lux exterius circumsta
bat. ut interius impleat. ut incircumscripta exterius circum
stabat. Illuminant ergo hanc lucem videntem. quam tanto tunc
conspiciunt. quanto nunc ad illam purius vivunt. Hucusque
Gregorius in xxviii. moralium libro. Volentes igitur ostendere in aliqua
parte per auctoritatem sanctissimi viri Gregorii. statum incipientium
proficientium et perfectorum a materia nostra quam tractamus aliqualiter
digressi sumus. Sed redeamus nunc ad propositum. et statum
incipientium prout dominus donaverit exequamur. Sicut enim
superius dictum est. quod omnipotens deus quos preordinavit ad
vitam eternam diversis modis ad se vocat. Maxime tamen
hoc ipsum per duplicem modum contingere solet. Aut per flagel
la correctionis. aut per affectum dilectionis. Postquam vero tales per peni
tentiam et emendationem vite ad deum conversi fuerint. diversas
impugnationes et labores sustinent. sed sustinere debent
patienter. quia per transitorium laborem ab eterno labore libe
rantur. De hoc loquitur beatus Gregorius in vi. libro moralium super illo
verbo. Quia ipse vulnerat et medetur sic dicens. Duobus
modis omnipotens deus vulnerat. quos reducere ad salutem
curat. Aliquando carnem percutit. et mentis duritiam suo pa
vore thabefecit. Vulnerando ergo ad salutem revocat.
cum electos suos affligit exterius. ut interius vivant.
Unde per moysen quoque loquitur dicens. Ego occidam et ego
vivere faciam. Occidit enim et vivificat. percutit et sanat.
quia idcirco foras flagella admonet. ut intus vulnera
delictorum curet. Aliquando etiam si flagella exterius cessare
videantur. interius vulnera infligit. quia mentem nostram duri
tiam suo desiderio percutit. sed percutiendo sanat. Corda
enim nostra male sana sunt. cum nullo dei amore sauciantur.
cum peregrinationis sue erumpnam non sentiunt. sed vulne
rantur ut sanentur. quia amoris spiculis mentes deus inse
sibiles percutit. moxque eas sensibiles per ardorem caritatis
reddit. Unde per sponsam in canticis dicit. Vulnerata cari
tate ego sum. Male enim sana anima. atque in huius exilii

ceca securitate prostrata. nec videbat dominum. nec videre
requirebat. percussa autem caritatis spiritualis vulneratur in
intimis affectu pietatis. ardet desiderio contemplacionis
et miro modo vivificatur ex vulnere. que prius mortua
iacebat in salute estuat anhelat et iam videre desiderat
quem fugiebat. percussione ergo ad salutem reducitur. que
ad securitatem quietis intime amoris sui perturbacione
revocatur. Sed cum sauciata mens anhelare in domino ce
perit. tunc cuncta huius mundi blandimenta despiciens. ad
supernam patriam per desiderium tendit. ad temptacionem ei
penitus vertitur. quidquid animum prius in seculo blandiumque
putabat. Nam qui peccantem amare consueverat.
recte viventem crudeliter impugnat. et erectus in deo ani
mus carnis sue bella tollerat. in qua prius viciis inermes
delectabiliter iacebat. voluptates prisce ad memoriam rede
unt. et contradicentem mentem graui certamine affligunt. Sed
dum per hoc transitorio labore atterimur. a perpetuo dolore
liberamur. hec Gregorius. Quicumque ergo de erumpnoso seculo.
ad statum conuersacionis siue religionem per dei graciam vocatus
et conuersus fuit. siue per flagellacionem siue per dileccionem
aut quocumque alio modo ut supra pluries premissum est
Stet firmus in proposito. nec propter temptacionem aliquam
vel impugnacionem seu aduersitatem a sancta inten
cione et a via salubri. quam propter sua peccata penitenda et
eternam remuneracionem assumpsit resiliat. sed viriliter cum
adiutorio dei istis impedimentis resistat. Cum ergo
adest gracia dei aut compunccio. agat gracias deo. et stu
deat hec conseruare in se per humilitatem et simplicitatem
cordis. Cum deest. propter hoc non deficiat. sed per gemi
tum et pium affectum ad deum iterum eam requirat. donec
inueniat. Cum vero pulsatus fuit per varias tribula
ciones et temptaciones pacienter sustineat. ne propter hoc
instabilis efficiatur. sed per pacienciam et longanimitatem
ac per requisicionem consiliorum a senioribus deum timentibus
has impugnaciones studeat in seipso mitigare. ac

etiam evadet. quia impossibile est ut deus illum sine con-
solacione derelinquat. qui facit quod in se est. videlicet
temptacionibus resistendo. paciencer tribulaciones sustinendo con-
silia ab aliis ut dictum est querendo et iustis consiliis acquiescendo. et
in hiis omnibus humiliter agendo ac perseverando. Quia fide-
lis est deus ut dicit apostolus paulus. Qui non patitur nos temptari
super quam possumus. sed faciet cum temptacione etiam proventum.
ut possimus sustinere et cetera. Igitur ex hoc perseveremus in via
et preceptis domini nichil hesitantes et salui erimus.

De impedimentis et temptacionibus quas paciuntur
incipientes et novicii conversi ante ingressum ordinis
et tempore probacionis. ac etiam de remediis. contra hoc satis clare
informatus sum. Nunc ergo audire desidero de penitencia
quam subire debent penitentes. et de seculo ad ordinem conversi
et primo. quid sit penitencia. De penitencia. Capitulum xix.

Penitencia quid sit. sancti doctores in suis
dictis eam diffiniunt in hec verba. Primo
sanctus Ambrosius dicit. Penitencia est
preterita mala plangere. et plangenda iterum non committere.
Item beatus Gregorius. penitencia est. anteacta peccata flere. et iterum
flenda non admittere. Beatus etiam augustinus dicit. Penitencia
vera iam penitenda non admittere et commissa deflere. Di-
cit etiam beatus Bernhardus. Verus penitens est. qui semper in labore
et dolore dolet de preteritis. laborat pro futuris cavendis.
Ecce quo sancti patres concordant in unum. asserentes peni-
tenciam esse in dolore preteritorum facinorum. et de cetero non
admittendorum. Qui adhuc agit quod penitet. pro-
culdubio penitens non est sed irrisor. Teste Isidoro qui
dicit. Irrisor est et non penitens. qui adhuc agit quod
penitet. et beatus Augustinus. Inanis est penitencia et infirma
et infructuosa ad salutem. quam sequens coinquinat
culpa. Nichil enim prosunt lamenta si replicantur peccata. Ni-
chil valet veniam a malis poscere. et mala denuo iterare
Dicit etiam Ambrosius. Hec est vera penitencia. cessare a peccato. Unde
vera penitencia hoc requirit ut homo de peccatis commissis doleat.

et post eadem non admittat. Hoc testatur beatus Bernhardus sic
dicens. Vera siquidem penitentia est. sine intermissione omni
tempore dolere de peccatis sic plangere commissa ut nunquam amplius
admittat vel voluntate vel facto. hec Bernhardus. Qui enim
vere penitet et digne non iterat lapsum. sed a se omnes
mortis repellit casum. Nam felix est ille ut ait beatus
Ambrosius qui in animo suo hoc constituit. ut commissa depla
gat. et plangenda amplius non admittat. Hic talis
verus penitens est. et veram penitentiam ducens. quia hoc quod
nequiter perpetravit ex animo dolet. et a similibus viciis et
peccatis proponit de certo firmiter abstinere. De hoc ait Richardus
de sancto victore. diffiniens veram penitentiam sic dicens. Vera enim pe
nitentia est. de preterita prevaricatione dolore. cum firmo proposi
to confitendi satisfaciendi et cum omni cautela cavendi. hec
Richardus. Quia ad hoc quod homo bene peniteat. quatuor ex
iguntur. Primum est quod doleat de peccato. Secundum est quod cesset
ulterius a peccato. Tercium est quod proponat cessare peccare
usque in finem vite sue. Quartum quod emendet benefaciendo.
et confiteatur. et satisfaciat. Etiam sciendum quod penitentia secundum
ethimologiam. dicitur quasi pena tenax. quia omnis penitentia
penalis. Nunquam enim sine pena interiori vel exteriori
deo satisfacere quis potest pro peccatis. quia aut punit deus
aut homo. Unde publicanus percussit pectus. ne punire
tur. nec unquam dimittitur peccatum. nisi homo punitio
rem dolorem teneat. Nisi enim se fecisse doleat quod confi
tetur. veniam non meretur. Sic igitur patet ex predictis. quid
sit penitentia. Nunc videndum est de effectu penitentie. sive
fructu quem assequuntur penitentes. et veram penitentiam agen
tes. Unde primo sciendum quia omnia peccata sive originalia
ut in infantulis sive actualia ut in adultis per sacramen
tum baptismi cum suscipitur delentur. non solum quantum ad culpam
sed etiam quantum ad penam. Sed quia valde paucissimi
innocentiam susceptam in baptismate illibatam
custodiunt. Nam qui communiter post assumptum baptismum ho
mines in diversa peccata aut consenciendo. vel mala opera

faciendo labimur. perpetrato vero peccato innocencia perditur
et culpa incurritur per quam ad eternam dampnacionem obligatur. Ab
hac igitur macula et culpa peccati baptismus abluere non
potest. quia semel susceptus nec custoditus tollendi virtu
tem maculas ulterius non habet. Dominus autem deus meus. cuius
misericordia super omnia opera eius. cernens oculo pietatis sue inf
irmitatem nostram fragilem esse ad cadendum. providit nobis
aliud remedium. per quod post peccati naufragium misericordiam suam
et graciam obtinere possimus. videlicet penitencie medicamentum
Penitencia quippe est secunda tabula post naufragium. ad quam
peccator potest recurrere. quamdiu est in statu presentis vite. quandocumque
et quociens cumque divinam misericordiam voluerit implorare. Duplex
est enim naufragium scilicet peccati originalis et peccati actualis
Sed de primo liberamur per tabulam baptismi que virtutem
accepit et efficaciam a tabula crucis christi. De secundo autem li
beramur per tabulam penitencie quam divina clemencia provi
dit homini. quia pro peccato actuali non potest quis iterum bap
tisari. De hoc dicitur in quadam omelia sic. Per baptismum quip
pe renascimur. et immortalitatis promissa accipimus. si post
baptisma nos a peccatis observamus. Nam si post baptisma
in peccatum prolabimur. sine quo impossibile est humane fra
gilitati consistere non ad immortalitatem iterum per baptismum
possumus reformari. sed per fontem lacrimarum per penitenciam et
confessionem eandem possumus adipisci immortalitatem per
graciam et misericordiam dei. Ad mundiciam igitur quam homo asse
cutus est per baptismum conservandam. Et ad penitenciam si postmodum
lapsus fuerit peragendam. beatus Augustinus sic hortatur dicens
Habete tunicam mundam sicut accepistis de baptismo. nul
lus eam maculet moribus malis. servate quod accepistis
Qui vero polluerit vestem istam lacrimis lavet. et a ma
lis se separet. confessionem celebret. et correcta vita iam
non redeat ad vomitum sicut canis. Hec Augustinus. Et notandum
quod baptismus spiritualis in vera penitencia ac cordis contricione
ac in effluxu lacrimarum attestacione consistit. quia sicut
baptisma sacramentale ex aqua et spiritu sancto habet vim

regeneratiua. Sic baptisma spūale. ex aqua lacrima rū. et spū cōtricōis consequit͡ᵘ efficaciā et veritatē. hūc baptismū vocat Ieron̄ tabulam scdām. quā post naufragiū deus pc̄corib̄ misericordit͡ᵉ ordinauit. vt cū ad pmū baptisma nobis peccantib̄ redire nō liceat in hm̄ōi baptismi lauacħᵒ cōmissa crimīa abluam̄. qm ipa pn̄ia reformat. ipm baptismū p pc̄cm violatū. hoc testat͡ᵘ Iohes abbas de monte synay in tc̄tatu de xxx. gradib̄ sic dicēs. penitēcia est renouacō baptismat̄. pn̄ia est paccio ad deū scd̄e vite. pn̄ia est indesinēs despacō corpalis cōsolacōis. pn̄ia est recōciliacio dm̄ p bonam opacōm. pn̄ia est cōsciē emūdacō. hec Iohes abbas. vnde cōfundant hy q̄ dicūt. post baptismū pc̄ta ꝑpetrata p pn̄iam non posse deleri. De talib̄ dicit Theophilus. lacrime petrum xpo p pn̄iam adduxerūt. Cōfundant itaq̄ nouacianī. qui dicūt. q qui post susceptōm baptismatis peccauit. nō suscipit. vt sibi delictū remittat͡ᵘ. Ecce em̄ petrus q̄ et corpus xpi sūpsit et sāguinē p pn̄iam est receptus. Et em̄ sanctorꝝ defectus. ideo scripti sūt. vt et nos si p incautelā ceciderim̄. recursū habeam̄ p eorꝝ exemplū ad xpm. et spem̄ p pn̄iam sublenari. hec Theophilus. Ineffabilis quippe pietas dei pc̄corib̄ post grām baptismi in pc̄ta cadentib̄. aliam grām videlz remediū pn̄ie misericordit͡ᵉ puidit. p quā possint post lapsum iterꝝ veniā et gr̄iam inuenire. De qua grā dicit ysaac abbas in quodā suo tractatu sic. Gracia post grām data est hominibus in pn̄ia. pn̄ia em̄ est regenacio scdā a deo. et arra quā ex fide recipim̄. p pn̄iaz em̄ recipim̄ donū dei. Penitēcia est porta mīe. que est apta q̄rentib̄ eam. p hanc portā intram̄ ad diuinā misericordiā. et absq̄ introitu isto nō inuenim̄ mīam quia omēs peccauerūt iuxta diuinā scripturā iustificati grat̄. p grām ipius dei. pn̄ia est grā scdā. et

oritur in corde ex fide et timore. Timor autem est baculus
spiritualis gubernans nos. quousque perveniamus ad paradisum
spiritualium bonorum. et cum ibi applicaverimus dimittit nos
et recedit. Paradisus est caritas dei. in qua est delectatio
cunctarum beatitudinum. Et sicut impossibile est transmeare mare
magnum sine navi. sic non potest aliquis sine timore ad cari-
tatem transmeare. Cum navi ergo penitentie transfretare possi-
mus. habentes remigatores timoris. Qui si hii non gubernant
navem hanc penitentie. cum qua transimus mare huius mundi ad deum.
submergimur in fetido mari. Penitentia est navis. timor
gubernator. caritas portus divinus. Facit ergo timor
nos sedere in navi penitentie. et transfert nos mare mundi fe-
tidum. et ad portum divinum qui est caritas perducit nos. ad
quam respiciunt omnes qui laborant et tribulantur in penitentia
Cumque pervenimus ad caritatem. pervenimus ad deum et vi-
ta nostra perficitur. hec Ysaac abbas. Hanc itaque gratiam videlicet reme-
dium penitentie. unusquisque peccator qui prolapsus est in scelera necesse est ut
adeat. si suorum peccatorum veniam a domino obtinere desiderat. De talibus ad deum
post peccata commissa per penitentiam redeuntibus beatus Gregorius in xxvii. moralium super illo
verbo. Subter omnes celos ipse considerat. et lumen illius super terminos terre. post eum
sonitus rugiet dicit. Sepe contingit ut plerique deum deserant. vi-
te sue tempora carnalibus delectationibus expendant. Sed cum
superna gratia respecti in extremis suis ad deum redeunt
que sunt iudicia eterna. cognoscunt cuncta que egisse per-
verse se meminerunt. fletibus puniunt. atque hec vere se in-
sequi rectis operibus ostendunt. quibus subsequente iusticia
perfecto totum dimittitur. quod ante deliquerunt. quia gravi
luctu afficit eadem gratia. que post facinora mentem
replet. Nam male gesta ad memoriam reducit. sibique
hominem quam sit iuste dampnandus ostendit. Unde fit ut
peccatum omne quod se egisse reminiscitur. cottidianis fletibus
insequatur. et quo magis valet iam quod iustum est cer-
nere. eo ardentius appetit iniustum se gemitibus punire
Quem enim dominus illustrando replevit. eius vitam procul du-
bio in lamentum vertit. atque illuminate menti. quo magis

[Margin note:] Job: sic illo verbo subter omnes celos ipse considerat et lumen illius super terminos terre post eum sonitus rugiet

eterna supplicia insinuat. eo habet dimictus de tunc sacra neque
cia gemitibus fatigat. et dolet homo quod fuit. quia bo
nus iam incipit videre quod non fuit. Odit quale fuisse se
meminit. amat quale se esse debuisse cognoscit. et
solam iam penitencie amaritudinem diligit. quia tante
considerat. iniquitatis voluptatibus sua delectacione peccata
vit. Bene ergo per Helium dicitur. Post enim fugiet somnus
quia cum mente deus ingreditur. constat procul dubio quod mox
penitencie gemitus sequatur. Ut ei iam salubriter flere
libeat. que prius de iniquitatibus flenda iocunditate
gaudebat. Sed quo uberius culpa fletur. eo altior
cognicio veritatis attingitur. quia ad videndum intimi
luminis polluta dudum consciencia lacrimis baptisa
ta renovatur. Hec Gregorius. Amanda ergo et desideranda
virtus penitencie. que non solum abstergit facinora. verum eci
am consolacionem et graciam sancti spiritus penitentibus et
lugentibus solet impetrare. Testatur hoc quidam doc
tor qui sic dicit. Qui vere penitet et veraciter dolet
de peccatis / absque mora indulgenciam accipiet. et quanto
quis frequencius. quanto que vehemencius de suo reatu inter
no dolore afficitur. tanto cercior. tantoque securior de in
dulgencie venia efficitur. Inde est quod animam penitencie lacri
mis afflictam. tam frequenter quam libenter consolatur spiritus sanctus
Illam frequenter visitat. illam libenter confortat. et advenie
fiduciam plene reformat. que sua scelera flendo dap=
nare et dampnanda flere considerat. Incipit namque
extunc quedam familiaritas inter deum et animam fieri. eo
quod se senciat ab illo sepius visitari. et ex eius adventu
non tantum iam consolari. ymmo aliquociens quodam ineffabi
li gaudio repleri. Sed ad hec quis idoneus. Perfecto
verus penitens et confitens. Post baptismum enim nullum
aliud nobis constitutum est remedium. quam penitencie et con=
fessionis remedium. Hec ille. Patet igitur ex predictis
satis clare. quod baptismus per peccatum violatus.
per penitenciam reformatur. Capitulum xx. Fili me rogo te

Peto etiã de hoc informari. Utrũ omnia peccata
qualitercũqȝ commissa possint p pniãm deleri.
Vel si est aliqđ pctm̃ tam grande quod careat indul
gencia aut remissione. Quod oĩa pcta deleant̃ p pniam ca. xx.

Scire debes qđ omnia pcta p penitẽciã deleri
possũt scdm̃ Aug. qui sic dicit. Non est
quidqm̃ in criminibus qđ non penitudine de
leat̃. excepta tm̃ desperacõe que facit desperare de dei mĩa
et obstinacõe que obdurat cor ad penitẽdũ. Hec em̃
duo videlȝ desperacio. et impnia veniam ... rent. De desperacõe
dicit Isidorus sic. Nulla em̃ tam magna culpa. que
non habet veniã. solũ desperacõis crimẽ est. qđ non
habet veniã nec mereri potest. Et btũs Aug. pctm̃
desperacõis vera mors est. De impnia dicit btũs Jero.
Nichil em̃ tam repugnat qm̃ cor impenitẽs solum
crimẽ est. qđ veniã cõsequi nõ pt. Hec Jero. Ista igi
duo solũ m̃ videlȝ desperacõ et obstinacõ. sine impnia
iuxta snĩam scõrum doctorum. ut pdcm̃ est. veniã nõ me
rent̃. Cetera vo omnia pcta qũmuis enormia p pniam
delent̃. Testat̃ hoc btũs Aug. sic dicẽs. quãcũqȝ necessi
tas cogat ad pniam. nec qñtitas crĩis nec breuitas
tpis. nec vite enormitas. nec hore extremitas. si pu
ra fuit volũtatũ mutacõ. excludit a venia. Sed in
amplissimos sinus suos. mater caritas. reuertentes
recipit pdigos et velit nolit nouat. hereticus semp
vere peitentes suscipit deus. Hec Aug. Cõsolent̃ ergo oẽs
xpi fideles de tanta pietate dei. et nullꝰ licet i magnꝰ
pcta et enormia lapsus fuit. de diuina mĩa desperet.
Quia eius pietas excedit omniũ vicior qñtitatẽ et nu
merositatẽ. Nam omnia pcta ab origine mũdi commis
sa diuine mĩe cõparata sunt qũ vna gutta aque re
spectu totius maris. Hoc pbat btũs Bnh. in quãdam
auctẽ sic dicẽs. Excedit pietas ihũ omniũ criminũ qñ
titatẽ. seu nũositatẽ. Itẽ dicit. O res cõfusa. o res mõ
struosa pctorum desperanciũ de dei mĩa. cũ omnia pcta

originalia venialia et mortalia. ab origine mundi
commissa. divine mie copata sunt qi una gutta aq
cotra pelagus totius maris. hec bnh9. Nullus igitur
pctor hec audiens de dei pietate diffidat. si tamen ve
raciter p pniam convertitur ad dnm. quia bonitas eius
supat omnem maliciam delictorum. De hoc origenes
sic dicit. Nichil desperandum est in illis qui copun
gunt et convertuntur ad dnm. Non supat enim bonita
tem dei malicia delictorum. Unde si pctor fuisti tamen
si conversus es et destitisti a pcto. iam scus appella
ris. h. origenes. Unde si quis est pter sua flagicia
in desperatone positus. redeat p pniam ad dnm nichil
hesitans quia etiam desperatos si ex toto corde conversi fue
rint. in gremium sue pietatis letanter suscipit xpus
De hoc dicit Isidorus. Sepe enim dyabolus eos. quos
ad pniam converti conspicit. in manitate scelerum percul
sos. ad desperatonem pducit. ut subtracta spe venie
trahat ad diffidenciam. quos non potuit retinere p
severantes in culpa. Sed penitens pvidere debet. cali
das contra se hostis insidias. sic qz dei iusticiam
metuat. ut tamen quivis in magnis sceleribus de mia
eius confidat. Amplius igitur letatur deus. de anima
desperata et aliquando conversa. quam de ea que nunquam extitit
pdita. Nullus ergo desperare debet de venia. etiam si
circa finem vite ad pniam revertatur. hec Isidorus. Item
de magna pietate dei. quam frequenter pctoribus exhibet
dicit bts grg. O ineffabilia viscera pietatis dei. cul
pas insequitur. et tamen peccantes ptegit. Iratum se
indicat. et tamen ab hostibus defendit. Cum ipsis non
erat ut venirent. et tamen cum ipsis erat ne ab hosti
bus perirent. Ut iniusti percutit delinquentem puerum. et tamen
phibet si eum ne videt in precipicium. hec grg. hec ergo
omnia pmissa tante pietatis beneficia. debet unusquisque
pctor ex medullis cordis attendere. et confidenter de ve
nia pctorum suorum psumere. sic tamen psumat. ut

qntocius a pctis contra deu commissis p pniam se pnrgare
studeat. De hoc dicit Ciprianus. Sic quisqz penitens debz
de venia psumere. vt nnqm tamen cesset se pnrgare de
culpa. Sic debet conside se esse in dextera dei. vt caueat
ipsius sinistra fieri. Hec Cyprianus. Gaudeat igitur omnes
pctores. audientes tantam pietatem ac bonitatem esse in vis
ceribus dei nri. et nullus negligat. tante mie sinu. Si
quis est iuuenis et non est plapsus in maiora crimina
conuertat ad dnm. et maiorem gram ab ipso consequitur. quia
multum vtile est et tantum a iuuentute et in iuuentute et
sanitate conuerti confiteri et penitere. Est enim bonum pt multa
Primo quia matura conuersio in iuuentute est grata et sanctifi
cata tamqz primicie etatis. et vite mee dno. Scdm illud
Tren. iijo. Bonum est viro. cum portauit iugum ab adoles
centia sua. Scdo quia facilis et expedita. quia talem conuer
sionem minus impedit precedens peccandi consuetudo. et pcto
rum mltitudo. et de pteritis multa onerosa satisfactio et ve
nie desperatio. Nam qnto minus quis peccauit. Tanto ci
tius p suis excessibus satisfacere pt deo. et de venia gau
dere. Tercio quia securat et mltiplicat merita. Mens enim
que non est onerata grauibus pctis frequenter est in gau
dio Nam vbi bona consciencia et secura mens. ibi est quasi
iuge conuiuium. Quarto quia virtutes congregate in iuuen
tute senio confectos solent consolari et letantes facere. Hoc
pbat Johes abbas in tractatu de xxx gradibus sic dicens.
Da pmpte labores iuuentutis xpo ihu. et gaudebis
in senio sup diuicias impassibilitatis. In iuuentute enim
congregata senio confectos consolantur. et nutriunt. Laborem
iuuenes feruenter. currant vigilanter. quia mors est incta
vere malignos et crudeles dolosos et astutos potentes
et non dormientes. in materiales et inuisibiles. inimicos
habemus in manibus ignem tenentes. et templum dni dei ihu
xpi conburere cupientes et intentes p flamam que est
in eis. Nullus ergo iuuenis existens inimicos suos de
mones recipiat dicentes Ne conteras carnem tuam et

corpus tuum. ut non laboribus et infirmitatibus concidas
hec Johannes abbas. Sic habemus quod valde salubre sit
in puericia et in etate iuuenili adherere deo per sanctam
conuersionem. Si qui vero in adolescencia et iam adulta
etate in peccata et facinora grauia lapsi fuerint. antequam
per longum usum in malam consuetudinem ipsa vicia veniant
et mentem in nequicia indurent. necesse est ut festinent
quantocius ad remedium penitentie per quam possint obtinere a deo
graciam venie et misericordie. Tales namque nonnumquam postquam
conuertuntur ad deum per penitentiam. tanto forciora acta peragunt
quanto maiora peccata contra suum conditorem commiserunt
De talibus peccatoribus et aliis in statu innocencie ad deum
vocatis et conuersis beatus Gregorius in xviii° libro moralium sic dicit.
Pensandum est quod occulto consilio omnipotens deus quosdam
ab ipsis exordiis suis innocentes custodiat. et usque ad virtu-
tum summa perducit. ut etate crescente. simul in eis profi-
ciat et annorum numerositas et celsitudo meritorum. Alios
vero in exordiis suis descensis scatimentibus viarum ire per
abrupta permittit. plerumque tamen eos respiciat. et ad
sequendum se. sancti amoris igne succendit. atque mollitas
in eorum cordibus pruriginibus viciorum vertit in feruorem virtu-
tum. et eo magis ignescunt ad desiderium requirendum pietatis
tis dei. quo magis erubescunt memoriam iniquitatis sue. Si-
cut sepe contingit ut in pugne certamine miles ante
ducis sui oculos constitutus. hostili virtute turpiter cedat
et enormiter percussus terga feriatur. Qui tamen ipsum quod turpiter
gessit erubescens. ante ducis sui oculos. maiores ex ipsa
verecundia vires sumit. tantoque postea forciora exercet
quanto satagit. ut presentem gloriam virtutis propagat. et preteri-
tam ignominiam debilitatis tergat. Sic igitur nonnumquam
quidam in dei seruicio ex ante acta actionis debilitate ro-
borantur. eos quoque ad custodienda mandata et futurorum trahit
desiderium. et impellit memoria preteritorum. ut hinc ad virtutem
amor prouocet. illinc de peccatis verecundia instiget. Hec Gregorius.
Sed sunt nonnulli qui nec in puericia. nec in adolescencia

ul' iuuētute a mala vita se ad deū conūtē studet. Dicētib'
in cordib' suis. qm̄dm̄ viget etas iuuenilis fruam̄
volūptatib' et desiderijs. et postqm̄ senuerim' de malis
factis meis. pniam agem'. Quorꝫ stultitiā abbas ef-
frem. in vij. omlia sua. sic commemorat dicēs. Qui te ob
noxiū p pctm̄ senseris. ad pniam cōūti nō cōfundaris
Qui em̄ hic penituerit. in nouissimo nō penitebit.
Clemēt' em̄ ad pniam cōfugiētes suscipit. ne in mīa
dm̄ fretus pctās pctā adicias. ne velis dicē. Donec viget
etas mea. carnis cōcupiscētiā explebo. et postremo in se
nectute. malorꝫ meorꝫ penitudinē gerā. Pius namqꝫ
est dn̄s et multū misericors. nec vltra factorꝫ meorꝫ me
morabit'. Summa naqꝫ est stultitia hec in mēte cōcipere
Quis em̄ homī' nouit diem exitus sui. Non em̄ om̄s
in senectute hac luce priuāt'. sed in diuisis etatib' de hoc mū
do migrāt. et in qmb' actibus vocabit' homo. in eisdē
necesse est eū reddē rōnē. Nemo em̄ in inferno cōfitebit'
dn̄o. sed tu ne cuncteris ad pniam cōūti. sp ante oculos
tuos ūsetur vltim' dies. Cum em̄ diluculo surrexeris
ad vespam te ambigas puenire. et cū in lectulo ad re
quiem mēbra posueris. noli cōfidere de lucis aduentu
et facilius te poteris refrenare in omnibus vicijs. Hec
effrem. Videm' igit' p pdcā. qꝫ valde stultū est talia in
mēte cōcipe. et insensata cogitacōe pseuerare. quia mul
tū infelix est. qui iuuētutē suā cōsumit in vicijs dyab'o
seruiendo. et postea senectutē suā vult offerre xpo. Testā
te bto vinh' qui dicit. Infelix est ille. qui florē iuuen
tutis sue offert dyab'o et fecem senectutis sue xpo. Hec
vinh'. Tales ergo qui sic ad penitēdū. tpc senectutis
expectāt. multū timē debēt. ne dū spant adeo miam. in
cidant in eius iudiciū. De hoc dicit btūs gg'. Satis alien'
est a fide. qui ad agendā pniam. tempus senectutis expe
tat. metuendū est. ne dū spat miam incidat i iudiciū
Hec gg'. Ecce patet qꝫ valde incautū est differre pniam
et emēdacōm vite vsqꝫ ad etatē senilem. Sed qd est adhuc
grauius. multi ipam pniam vsqꝫ ad extremā horam

mortis qd multū est piculosum. De hoc dicit beatus
gregori⁹ in registᵒ. Cui pniam dicit ad horā sui obitus
estimo qnia a merito pnie etnalit maneat alienus;
hec greg. Nam scdm aug⁹. Penitēcia sera raro est vera
quo enī quis pt pniam agē. qn nulla opa satisfac-
tōis iam exercē valet. Vnde pnia que ab infirmo seu mo-
riēte petit. timēdū est ne ipa moriat. De piculosa hac
in extremis pnia dicit btus aug⁹ in quodā smone sic
Parū est pctore penitē. nisi pniam pegerit. Ad emē-
danda enī crimia nox penitētis illa nō sufficit. Nam
in satisfactōe ingētiū pctorū. nō vba sed etiā opa qrū-
tur. Datur etiā quidē in extremis pnia. in extremis nō
potest negari. sed auctores esse nō possum⁹. qp qui sic
pecierit mēat absolui. Quo enī pniam agit lassus.
Quo agit pniam in extremis vite finibus cōstitut⁹
Quo pniam agē valet. qn nulla iam pse opa satis-
factōis opari pt. et ideo pnia que ab infirmo petit.
infirma est. pnia que a moriēte petit. tm timeo ne
ipa moriat. Et ideo dilcissimi. quicūqz vult invenire
miam dei. sanus agat pniam in hoc sclō. vt sanus
esse valeat in futo. hec aug⁹. Videm⁹ igit ex pdictis.
qm piculosum sit differre. vsqz ad extremā horā mor-
tis pniam. Nam egrot⁹ quisqz cruciat⁹ infirmitatis dolo-
re. vix cogitare valet aliud. qm qd sentit. quia tota
mēs eius vsat ibi. vbi est vis doloris. et si penitet. ex
timore penitet. nō ex amore. qd valde displicet deo. De
hoc dicit btus Jero⁹ sic. Age pniam dum sanus es.
dum peccare potes. vt ex amore et nō ex timoē vide-
aris penitē et pcta relinqre. nō ipa te. qnia si cogitas.
quo scis qp vere peniteas. vix aliud cogitare potes qm
qd sentis. Illuc enī rapit tota intēcio mētis vbi est vis
doloris hec Jero⁹. Valde ergo salubre est vt homo pniam
agat adhuc incolumis. anqm veniat hora mortis.
ne dū tū pt penitē noluerit. cum tarde voluerit omio
non possit. et qm prave vivēdo pniam pmo volt agē

in mortis articulo. huius est valde dubia remissio. hoc
tangit. Isidorus in tractatu de summo bono sic dicens.
Omnis quisque sit peccator et impius. si ad penitentiam convertatur.
consequi posse veniam credat. Nullus enim de bonitate dei
dubitet. sed sola accipiendam pravitas conferre sibi indulgen
tiam abnegat. In hac vita tantum penitentie patet libertas. post
mortem vero nulla correctionis esse licentia. Unde et propheta dicit.
Date inquit domino deo vestro gloriam antequam contenebrescat. id est
antequam mors eterna perveniat. In hac vita dum estis. deum
per penitentiam glorificate. Adhuc in hoc seculo penitentiam operanti
bus dei misericordia subvenit. in futuro autem iam non operamur. sed
rationem operum nostrorum ponimus. Pro id deteriorantur plerique iniqui
quo per patientiam dei spacium acceperunt emendandi. quia illi
moram vivendi non vertunt ad penitentiam. sed ad peccandi usur
pant audaciam. A malo autem in deterius vadit. qui tempus
sibi ad penitendum indultum ad libertatem pravi operis verti
festinare debet unusquisque ad deum penitendo dum potest. ne dum
si post voluit cum tarde voluerit omnino non possit. Proinde
propheta ait. Querite dominum dum inveniri potest. invocate eum
dum prope est. et ubi inveniri potest. nisi in hac vita. in qua
etiam est. et prope omnibus invocantibus se. Nam tunc longe erit
quando dixerit. Ite in ignem eternum. Modo enim non videtur et
prope est. tunc videbitur et prope non erit. quia et videri po
terit. et non poterit inveniri. Si quandocumque peccator potest
penitet. et vitam suam vivens ab omni crimine corrigit
non dubium quod ad eternam transeat requiem. Qui autem prave
vivendo penitentiam agit in mortis periculo. sicut eius dampp
natio incerta est. sic remissio dubia. Qui ergo cupit
esse certus in morte de indulgentia. sanus peniteat. sa
nusque perpetrata facinora defleat. Et tamen quamvis per peni
tentiam propiciatio sit peccatorum. sine metu tamen non debet
esse homo. quia penitentie satisfactio divino tantum pensatur
iudicio non humano. Proinde quia misericordia dei occulta
est sine intermissione flere necesse est. Neque enim umquam
oportet penitentem de peccato habere securitatem. Nam securitas

negligētiā parit. negligētia aūt sepe ad vicia tūsac
ta reducit. Hec Isidor⁹. Sciēdū tamē q̄ omīps deus etiā
in senili etate cōstitutos nō deserit. si ad ipm̄ v̄tat̄
p̄ p̄niam cōu̾si fuerint. Nam tales btūs greg̾. in q̄dā
omilia ad penitēdū sic hortat̄ dicēs. Qui vigilare
in scdā vigilia noluerit. t̾cie vigilie remedia nō amit
tat. Ut qui in iuuentute ad vias vite nō euigilat. sal
tem in senectute resipiscat. Sepe em̄ etiā in extrema
positi etate cōpūgūt̄. visitāte se gr̄a dei. et illa que
mala gesserūt. p̄ fletus diluūt. ac p̄ bona op̾a ut
p̄ualent. deū placare student. quib⁹ misericordit̄
ignoscit̄. q̄d deliq̄rūt. De talib⁹ dicit Isidorus in li°
de sūmo bono sic. Multi em̄ sup̾na respecti gr̄atia
in extremis ad deū reu̾tūt̄ p̄ p̄niam. et quecūq̄
mala gesserūt. cottidianis fletibus purgāt. atq̄ i
bonis opibus male gesta cōmutāt. quib⁹ iuste totū
q̄d deliq̄rāt ignoscit̄. quia ipi q̄d male gesserūt. pe
nitēdo cognoscūt. hec Isidorus. Sed et hoc sciendum
q̄ omīps deus. etiā circa finē vite. p̄ccorē nō respuit.
si tn̄ v̾tat̄ penituerit. Nam scdm̄ aug̾. Nulla p̄ni
tētia est sera. dūmō sit vera. Dicit etiā Isidorus. Nō
dubitam⁹ circa finē iustificari hominem. p̄ p̄nie com
pūctōnē. si bona est in extremis cōpūctō et cōu̾sio.
multo melior tn̄ est ante finē. ut ab hac vita secu
rius trāseat̄. hec Isidorus. Sed quia homo scire p̄
certo nō pt̄. utꝝ bonā et verā cōpūctōm in extremis
suis habere valeat. p̄ quā possit veniā suoꝝ delictoꝝ
obtine̾. ac miām dei inuenire. et etiā dubiū sit et
incertū. utꝝ hij qui in p̄ccis sūt multis. et differunt
p̄niam vsq̄ ad horā mortis. cū q̄rūt absolui a sacerdo
te sic absoluāt̄. Ideo valde vtile est. qui secur⁹ vult esse
de venia ut nō differat p̄niam vsq̄ ad senilē etatē.
vel quod peius est vsq̄ ad articlm̄ mortis. sed in iuue
nili etate vnusq̄sq̄. et cū sanus est et peccare potest

sua peccata peniteat et iuste viuat. Si sic fecerit veniam
procul dubio et graciam a domino obtinebit. De hoc tractat beatus
Augustinus sic dicens. Si quis positus in vltima necessitate
voluerit accipere penitentiam. fateor uobis non illi negamus
quod petit. sed si securus hinc exierit ego nescio. penitentiam dare
possumus securitatem vero non. Nunquid dico dampnabitur. sed nec
dico liberabitur. Vis ergo a dubio liberari. age penitentiam dum
sanus es. Si sic agis. dico tibi. quia securus es. quia penitentiam
egisti eo tempore quo peccare potuisti. Si uis ergo agere penitentiam
quando iam peccare non potes. peccata te dimiserunt non tu illa.
Item due res sunt. aut ignoscat tibi. aut non ignoscat. Quid
horum tibi futurum sit nescio. ergo tene certum et dimitte incertum.
Hec Augustinus. Cernentes igitur tam magnum bonum. et tam copio
sum fructum esse in virtute penitentie. nullus negligat salutem anime
sue. sed vnusquisque qui se sentit grauari peccati onere. currat
ad remedium penitentie. Per penitentiam enim homo absoluitur a peccato.
restituitur ecclesie. reconciliatur christo. donis spiritualibus ditatur.
De filio dyaboli efficitur filius dei. paradisus aperitur. Hec est
que angelos letificat. impios iustificat. amissa bona
renouat. penam eternam vitat. Ad quam appetendam. sacra scriptura
nos inuitat. dicente beato Augustino. omnis auctoritas scripture. et omnis
beatorum via ostendere conatur. quam sit appetenda penitentia. que lan
guores sanat. fedatos mundat. mortuos suscitat. vicia fu
gat. virtutes adornat. mentem roborat. omnia confert. et ad
susceptionem christi preparat humana precordia. Hec Augustinus. De virtu
te etiam penitentie et eius commendatione Iohannes Crisostomus in quodam
sermone sic dicit. O penitentia. que peccata deo miserante remittit
et paradisum reserat. que contritum sanat. omnemque tristem
exhilarat. vitam de interitu vocat. statum restaurat. hono
rem renouat. fiduciam reformat. graciamque habundanciorem
refundit. O penitentia quid de te referam. omnia ligata sol
uis. omnia soluta tu seruas. omnia aduersa tu mitigas.
omnia contrita tu sanas. omnia desperata tu animas. O
penitentia rutilancior auro. splendidior sole. quam non vincit

peccatum. nec defectio superat. nec desperatio delet. Penitencia re
spuit avariciam. horret luxuriam. fugat furorem. firmat
amorem. calcat superbiam. linguam continet. componit mores.
odit maliciam. excludit inuidiam. et perfecta penitencia cogit
peccatorem omnia libenter sustinere. Penitencia enim cor mundat. animas
sanctificat. ad suscipiendum deum interiora preparat. naturalia
reparat. gratuita recuperat. deo reconciliat. angelos letificat
merita multiplicat. demones fugat. carnem domat. spiritum
roborat. celum impetrat. hec Crisostomus. Ecce quante sunt
in penitencia efficacie siue virtutes. et quanta bona confert hiis
qui aggrediuntur et assumunt eam. Unde quilibet peccator
qui desiderat a peccatis absolui et saluari. non negligat
subire eam. Si quis iuuenis est. conuertatur ad dominum. et
penitenciam non differat usque ad senilem etatem. ut securi
or possit esse de venia peccatorum. et gloria celestis patrie.
Si quis vero senex est. et penitenciam distulit ex sua negli
gencia et incuria usque ad senectutis etatem. tamen despa
rare non debet. sed penitenciam agat eo feruencius et diligen
cius. quo se diucius conspicit in vita viciosa et sordida
iacuisse. Nullus vero differat ex proposito. usque ad horam
mortis penitenciam propter dubia et pericula salutis euitanda
superius per sanctos doctores sufficienter expressa. Filius interrogat

De penitencia et eius effectibus ac utilitate suffi
cienter instructus sum. Nunc igitur de gradibus
siue de partibus penitencie. et aliis circumstanciis. cupio edoceri.
Quod homo debet se punire per penitenciam. quia peccata inulta esse non

Magister respondet. possunt. cap. xxi.
Ad explanacionem penitencie. et eius partibus.
Sciendum est. quod omnipotens deus propter transgressionem
suorum preceptorum. et peccati maculas. odio habet homines
peccatores. sed iniuriam prestat parcendo penitentibus. Testante
sapiente qui dicit. Altissimus odio habet peccatores. sed mi
sertus est penitentibus. Quod vero deus peccatores odit. propter
iniquitates et peccata odit. Si igitur non vis odiri adeo dis
pliceat tibi iniquitas. et odi peccatum. et eris deo amicus

quia hoc odis quod ille odit. Nec etiam hoc tantum sufficiat ut
displiceant peccata. sed necesse est ut pro perpetratis sceleribus
penitentia subsequatur. quia peccata inpunita esse non possunt.
De hoc dicit beatus Augustinus super psalmos sic. Audis quia deus odit
iniquitatem et times. Si odit iniquitatem. inquit te. Sed
in te est iniquitas. odit illam deus. oderis et tu. eris enim
deo amicus si odisti quod odit. Displiceat ergo in te ipso tibi
iniquitas tua. puniturus est enim peccatum deus. punire illam
non vis ut ipse puniat. tu puni. Differt manum a peccatis
tuis. tu noli ~~noli~~ differre. Converte te ad punienda peccata
quia inpunita peccata esse non possunt. Punienda ergo erunt
aut a te aut ab ipso. Tu puni et agnosce ut ille ignoscat
Et quid misericordius esse deo. qui tantum parcit peccatoribus et qui
in omnibus conversus ad se non curat preterita. Per hec dicta colli-
gere possumus quod non sufficiat hominem. post peccata ad deum
conversum a malis actibus abstinere et vitam in melius mu-
tare. nisi etiam domino pro penitentie dolore pro suis excessibus stude-
at satisfacere. Testante beato Augustino qui sic dicit. Ad agendam
penitentiam non sufficit vitam in melius commutare. et a malis
factis recedere. nisi et de hiis que facta sunt satisfaciamus
deo per penitentie dolorem. per humilitatis gemitum. per contriti cor-
dis sacrificium cooperantibus elemosinis ad proximum. hec Augustinus
Hoc idem sentit beatus Gregorius dicens. Ammonendi sunt. qui admissa peccata
deserunt. nec tamen plangunt. ne iam relaxatas estiment
culpas. quas et si agendo non multiplicant. nullis tamen fletibus
mundant. Neque enim debitor absolutus est. qui alia non mul-
tiplicat. nisi illa quibus se ligaverat solvat. Ita cum deo delin-
quimus. nequaquam satisfacimus. si ab iniquitate cessamus.
nisi et voluptates quas dileximus. e contrario appositis
lamentis insequamur. hec ille. Necessarium igitur est valde
unicuique peccatori. ut commissa delicta per penitentiam in se puni-
at. atque deleat ipsa peccata ut predictum est inpunita esse non
possunt. Et ideo qui non vult a deo puniri. ipse puniat pe-
nitentiam agendo. De hoc dicit Gregorius in ix° libro moralium super illo
verbo. sciens quod non parces delinquenti sic. Si enim delinquenti

nō pctur. quis ab etna morte eripit᷑. cū a delicto mū
dus nemo repitur. Sed penitēti pct. et delinqnti non
pct. quia cū delicta plangim᷒. neqq̄ ia delinqntes
sum᷒. Sed quid est qd petrus negans respicit᷑. et redēp
toris negati respectu ad lacrimas vocat᷑. Quid et pau
lus. cū redēptoris nomē infra conaret᷑ extinguē. ei᷒
verba de celo meruit audire. Sed cū culpa in utroqꝫ
punita est. quia et de petro scriptū est. Recordat᷒ pe
trus verbi ihu. egressus foras flevit amare. Et de pau
lo veritas dicit. Ego ostendam illi qnta eum oporteat
p noīe meo pati. Delinqnti eni neqq̄ pcit. quia delic
tū sine ultione nō deserit. Aut eni ipē hoc homo in se
penitēs punit. aut hoc deus hominem vindicans pcutit
Neqq̄ igit᷑ pcto pcitur. quia nullaten᷒ sine vindictā
laxatur. Sic david post confessionē audire meruit
Dn̄s transtulit pctm tuū. et tamē multis post cru
ciatib᷒ afflictus. reatū culpe quē ppetraverat exsol
vit. Ab electis eni suis iniquitatū maculas studet
tpali afflictōe tergē. quas in eis nō vult inppetuū vi
dere. hec grg. Salubre ergo multū est hoī. ut peccata
qualitcūqꝫ contracta. sive maiora. sive minora. p afflic
tionē pnīe studeat tergē. atqꝫ delere. quia nec minora
peccata inpunita erūt. si nō fuerit p pnīam deleta
Testat᷑ hoc btūs Aug᷒ qui sic dic᷑. Pcta eni sive parva
sive magna sint. inpunita esse nō pnt. quia vl hoīe
puniēte. vel deo vindicante plectunt᷑. Cessat aut vindictā
divina. si conversio pcurrat hūana. hec Aug᷒. De hoc
etiā btūs grg᷒ in iiij. li. moral. exponēs illa dcā Job.
Pereat dies illa in qua natus sū ꝛc. Satis diffusius vb
tractat sic dicens. Neqq̄ quippe homo a delecta
cōne pcti rapit᷑. nisi prius p voluntarias mētis te
nebras infimet᷑. Ante eni cecus in mēte fit et postmod᷒
se repbe delectacōi substernit. Dicat᷑ ergo. Pereat dies ꝛc.
i. pereat delectacō que in culpā hominē rapuit. Pereat
in cauta mētis infirmitas. que eū usqꝫ ad tenebras

prauu to sensus exercauit. Homo em dū blandimta
deltācōis caute nō pspicit. ecīā in nocte neqissime
ꝑpetracōis ruit. Solert' ergo vigilandū est. vt dum
blandiri culpa inchoat. ad qntū mātri mēs trahat
agnoscat. Unde et apte sbditur. Dies ille vtat' in tene
bras. Dies quippe in tenebras vtit'. cū culpa in ipso
deltācōis exordio. ad quē pdicōis finē rapiat videtur.
Diem in tenebras vtim'. cū nosmetipos districte puniē
tes. ipa deltācōis praue blandimēta. pstricte pnie lamē
ta cruciam'. cum flendo insequim'. quidqd cottidie in cor
de taciti ex delectacōe peccam'. Quia em fideles qui qz
cogitacōes in iudicō subtilit' exquiri nō ignorāt. semet
ipos introrsus discucies. ante iudicāū dilige't' examiet
vt districtus iudex et iam trāquillus veniet. quo reatū
sciū. quē discute appetit. iam ꝑ culpa punitū sentit.
Unde et recte subiugit'. nō requirat eū deus desup. Req
rit deus. que iudicāds discutit. Non requirit. que ignos
cēds. suo iam iudicō impunita derelinqt'. Hic itaqz dies
.i. pcti delectacō a dnō nō requirit. si aiadusione spon
tanea punit'. paulo attestāte qui ait. Si nosmetipos
diiudicarem', nō vtiqz a dnō iudicarem'. Deo ergo die
nrm requirē est. cotīa mētē nram subtilit' in iudicō
de culpa indagare. In qua salz requisicōe illū tūc seue
rius ꝑcutit. quē sibi nūc molli' pepcisse depħēdit. Un
aut' sequit'. et nō illustret eū lue. In iudicō nāqz dns
apparēs. omē qd tunc redarguit. luce illustrat. qsi
em sub qdā obscuritate tegit'. quidqd tūc in mēoria
iudicis nō reuocat'. Scriptū quippe est. omīa at que
arguunt'. a lumie maifestant'. Quasi quedā tenebre p'
cata pnie abscondūt. De quib' p ꝑpham dr'. Beati
quoꝝ remisse sūt iniqtates. &c. Quia ergo omē quod
tegit'. velut in tenebris occultat'. in die extremi iudicij
nō illustrat' luce. quod nō discutit' vlcōne. Act' nāqz
iīros. quos tūc iuste punire voluit. ipa sibi qdā mo
abscondit sciens diuina mīa. in luce vo abscondit'.

quidq͛ tunc in cōspectu om̄ demōstrat͛. Hic ergo dies
vertatur in tenebras. ut videlꝫ om̄e quod delinqim̄᷑
nos ꝑ p̄miam feriam᷑. Ipē aut̄ iudex ventur᷑ est. qui
cuncta penetrat. cuncta ꝑstringat. qui quia ubiqꝫ est
locus quo fugiat͛ non est. Sed quia correptōis m̄e
fletib᷑ placat͛. solus ab illo locū fuge inuenit. qui
post ꝑpetratā culpā. nūc se in p̄nīa abscondit. Et
quia nullū pcīm inultū dn̄s relaxat. aut eni nos
hoc flendo inseq̄m͛. aut ipē iudicando. Restat ut ad
emendacōm suā semꝑ mēs solert͛ inuigilet et cōfi
tens tergat. Sed si diem q̄ue pcī delectacōm dixim᷑
tot impeti p̄cibus audiuim᷑. ut videlꝫ cōndāpnates flet᷑
expient. quidq͛ delectat᷑ ꝑ negligēciā anim᷑ deliquit
q̄nta ac adiusione p̄me hui᷑ dici nox ferienda est videlꝫ
ipē iam cōsensus ad culpam. Sicut em̄ minoris est
culpe. cum carnalit͛ mēs in delc̄tacōm rapit͛. sꝫ tam̄
delc̄tacōi sue ꝑ sp̄m reluctat͛. ita g͛uioris et plene est
nequicie. ad pcī illecebrā. nō solū delc̄tacōne ꝑtra
hi. sed eciā cōsensu famuliari. Tanto igit͛ maiori pe
nitēcie. mēs a pollucōe tergenda est. q̄nto se cōspic͛
ꝑ cōsensū sordibus inq̄natā. Unde apte subiungit͛.
Noctē illam tenebrosus turbo possideat. Quasi ei
quidā turbo tempestat᷑ est cōcitat᷑ sp̄us meroris.
Nam dū pcīm quisqꝫ quod fecit intelligit. dum
prauitat᷑ sue nequiciā subtilit͛ pensat. merore mē
tem obnubilat. et q̄i cōcusso serene leticie aere.
om̄em in se tranquillitatē cordis p̄nīe turbine deuas
tat. nisi em̄ recognoscētē se aīm. iste turbo cōteret͛
neq̄q͛ ꝑpheta dixisset. In sp̄u vehemēti cōteres na
ues tharsis. Tharsis quippe exploracō gaudij. dr͛
Sed cum vehemēs p̄nīe sp̄us mētem occupat. omēꝫ
in ea exploracōm rep̄hēsibilis gaudij ꝑturbat.
Ut iam ei nisi flere libeat. nichil nisi q͛ se terere pos
sit attendat. Ponit namqꝫ ante oculos. illinc di
strictōm iudicis. hinc meritū culpe cōspicit. Quo

suppliciō digna sit. si p̄cemtis pietas desit. que p lamē
ta p̄nīa a betna eruere pena cōsueuit. Spūs ergo
vehemēs tharsis naues cōteret. cū vis cōpūctōis vali
da. mētes nr̄as huic mūdo q̄i mari deditas. salubri tīo
re cōfundit. Cauēdū v̄o est. quia cū pc̄ā impunita relin
q̄m̄. a nocte possidem̄. tūm v̄o hec cū ad nō sione p̄nīe plec
tim̄. nimirū nos noctē quā facim̄ possidem̄. Sed pc̄m
tūc cordis sub iuris nr̄i possessione redigit. si cū incipit
repmat. Unde diuina voce cayn p̄ua cogitāti dr̄. In fo
ribus pc̄m aderit rc̄. In foribus quippe pc̄m adest
cū in cogitatōib; pulsat. cui appetit̄ subter est. ei q; hō
dn̄atur. si cordis nequicia inspecta citius p̄unit. et p̄ri
q̄m̄ ad d̄uicia crescat. reluctāti mēti subiugat. Ut q̄
delictū suū citius anim̄ sentiat. et culpe tirānide sub
iure suo penitēdo restringat. dicat rc̄. Nocte illā rc̄.
Ac si apte dicat. ne captiua mēs culpe sue s̄uiat. cul
pā a p̄nīa liberā nō relinquat. et quia hoc q̄d flendo
insequim̄. nequaq̄ nob̄ a venturo iudice obiciēt̄ sp̄am̄.
Unde si de nocte .i. culpa nr̄a monem̄. tūc p inquisitōz
volum̄. magnope curādū est. Ut in eius discussione
vigilem̄. nec q̄lib; culpa nobis impunita remaneat
ne mēs p usa que fecit defendē audeat. et defendendo
nequicie nequiciā adiungit. Sunt nāq; nōnulli. qui
nō solū nō deflent q̄d faciūt. sed etiā defendē nō desi
stūt. et nimirū cū defendit. culpa geminat. Unde p q̄dā
dr̄. Peccasti. nō adicias iterū. pc̄m quippe pc̄ō adicit
qui male gesta etiā defendit. Int̄ hec etiā sciēdū est
q̄ illi culpā suā veraciť insecunť. et mala tm̄ facta
p cū ad nō sione p̄nīe corrigūt. qui iā ad bona sallētia
nulla delectatōe rapiūt. Nam quos adhuc noxia alia
delectāt. falsum est q̄d dicūt. quia p̄ peccata alia deplo
rant. hucusq; dicta s̄c̄i Gregorii. Ex istis igit̄ v̄bis doctor̄
colligē possum̄. q̄ non solū maiora pc̄ā. v̄o etiā
minora p p̄niam sunt abstergenda. Unde vnusquisq;
cōsciam suam discuciat. et ꝑut gessit iniq̄ cōt̄. dnīi.

ita et studeat sua scelera penitendo. et seipm̄ diiudicā
do punire. Valde enim valet ad salutem anime sui ipsius
diiudicatio. Nam tales seipsos diiudicantes ac sua
facinora punientes a dn̄o diligunt̄. et nō solū non
iudicabimur. sed etiā quandam securitatē de sua saluacione
a xp̄o percipiūt. De hoc dicit primo btūs Bernhardus sic. Diligit
deus animam que in cōspectu suo sine intermissione sine
dissimulacōe diiudicat seipam. Id q₃ iudicium. nō nisi
propter nos a nobis exigit. quia si nosmetipsos diiudicaremus
non utiq₃ iudicabimur. Hec Bernhardus. dicit. etiā de hoc iudicio
btūs greg. in ppo⁹ li. moralium. exponens illud verbum helyu
Neq₃ enim ultra in hominis potestate est. ut veniat ad deum
in iudicium sit. Notandū quod aliud est coram illo. atq₃
aliud ab illo iudicari. Corā dn̄o iudicat̄. qui corde
deum cōspicit. et actus suos sub eius presencia sollicita
inquisicōne discernit. que tanto quisq₃ securius ex
pectat. quanto cottidie vitam suā suspectus examinat
Cum enim ad extremū eius iudiciū venerit. nō iā corā
illo. sed ab illo iudicat̄. De hoc enim mentis iudicio obli
uiscenti anime per prophetam dn̄s dicit. Reduc me in memoriā
ut iudicemur simul. Narra si quid habes ut iustificeris
Debet enim unusquisq₃ mens. et causas suas aput deum
et causas dm̄ cōtra se sollicita inquisicōne distincte
debet caute pensare. vel que ab eo bona percepit. vel que
mala bonis illius perverse vivendo reddit. quod etiā cottidie
facere omnino nō cessat. Accedunt enim ad secretarium iudicis
intra sinum cordis. cōsiderant. quo districte quisq₃ feriat
qui diu patienter expectat. Metuunt in hijs que se egisse
meminerunt. puniunt flendo. quod peccasse se intelligunt
timent subtilia divina iudicia. etiā de hijs que in semet
ipsis intelligere fortasse nō possunt. Vident enim videri
diminutius. quod ipsi in se p hūanitate nō videt. cōspiciunt
districtū iudicē. qui quo tardius venit. eo severius
percutit. Scorum etiā patrū resident conventū. cū eo pariter
contemplantur. eorumq₃ exempla vel dicta contempsisse se

reprehendunt. atque in hoc secreto interioris iudicii ipsa ment
sue executione constricti penitendo feriunt. quod supbiendo com=
serunt. Ibi namque adversum se quisque se impugnat cum me
rant. ibi ante oculos suos. omne quod defleant acervant
ibi quisque per iram districti iudicis detergi possit intue
tur. ibi tot patiuntur supplicia. quot pati timent. Nec deest
in hoc iudicio mente concepto omne ministerium. quod punire
reos suos plenius debeat. Nam conscientia accusat. ratio iudi
cat. timor ligat. dolor excruciat. quod iudicium eo certius
punit. quo interius servit. Unusquisque enim. cum tamen humi
examinis contra se aggredi cepit. ipse est auctor. qui exhi
bet. ipse reus qui exhibetur. odit se qualem fuisse se meminit
et ipse qui est in semetipso. insequitur illum qui fuit. atque
ab ipso homine adversum semetipsum fit quedam rixa in animo
partitiens pacem cum deo. Hanc cordis rixam dominus requi
rebat. cum per prophetam diceret. Attendi et auscultavi. nemo
quod bonum est loquitur. nullus est qui agat penitentiam super
peccato suo. dicens. quid feci. Quia ergo nunc in potestate est intimi
mentis nostre contra nos subire iudicium. recognoscendo accuse
nosmetipsos quales fuimus penitendo corrigamus. Non cesse
dum licet iudicare quid fecimus. audiamus caute quod dicitur.
Neque enim ultra re. Reproborum namque esse proprium solet. et
prava agere. et nequaquam que egerint retractare. Omne enim
quod faciunt. cecata mente pertranseunt. factum que sunt. nisi cum puni
ti fuerint non agnoscunt. At contra electorum est. actus suos cot=
tidie ab ipso cogitationis fonte discutere. et omne quod temere videri
profluit ab intimis exsiccare. Sicut enim non sentimus. quomodo
crescunt membra perficit corpus. mutatur species. ingrediendo capil
lorum albescit in canis. Hec quippe omnia nescientibus nobis
aguntur in nobis. ita et mens nostra per momenta vivendi. ipso
cursu usu a semetipsa permutatur. et non agnoscimus.
nisi vigilanti custodia. ad interiora nostra residentes. perfec
tus intus cottidie defectusque pensemus. Hoc ipsum enim
in hac mortali vita consistere. quid ad vetustatem ire est. et cum
indiscussa mens relinquitur. in quodam senio torporis sopitur.

quia sui negligens et propositum robur insensibiliter perdens
a forma prioris fortitudinis dum nescit senescit. Cum vero
semetipsam querit et subtiliter penitendo se discutit ab hac
ipsa vetustate sua lota lacrimis et merore macerata reno-
vatur. et que iam pene in vetustate vixerat per subministrata
interim amoris studia novum calet. Sed ad hec agenda
valde exempla patrum et sacri eloquii precepta nos adiu-
vant. Si enim sanctorum opera inspicimus et divinis iussionibus
aurem prebemus alia nos contemplata alia audita succen-
dunt. et cor nostrum torpore non restringitur dum imitatione
non provocatur. Unde bene ad Moysen dicitur. Ignis in altari
semper ardebit. quem nutriet sacerdos subiciens mane lig-
na per singulos dies. Altare quippe dei est cor nostrum. in
quo iubetur ignis semper ardere. quia necesse est ex illo
caritatis flammam indesinenter ascendere. Cui per singulos dies
sacerdos ligna subiciat ne extinguatur. Quia necesse est ut
fidelis quisque ne in eo caritatis flamma deficiat. in corde
suo tam exempla precedentium patrum. quam sacre scripture
testimonia congerere non desistat. Nam quasi quedam fomenta
ignium dare est in excitatione caritatis. vel exempla patrum
vel precepta dominica ministrare. Quia enim nostra novitas
in ipsa cottidie humane vite conversatione veterascit. Ignis iste
caritatis dei. his adhibitis nutriendus est ut dum per usum
se nostre vetustatis extenuat. per patrum testimonia et exem-
pla reviviscat. Ignis enim iste in altari domini. id est in corde
nostro citius extinguitur. nisi sollerter adhibitis exemplis
patrum. et divinis testimoniis reparetur. Bene autem illic sub-
ditur. Et imposito holocausto desuper adolebit adipes
pacificorum. Nam quisquis in se hunc ignem caritatis accendit
semetipsum utique holocaustum desuper imponit. quia omne
vitium quod in se male vivebat exurit. Cum enim cogita-
tionum suarum merita considerat. et vitam reproborum per im-
mitationis gloriam mactat. in ara se sui cordis impo-
nit. et igne caritatis accendit. De qua hostia pacificorum
adeps redolet. quia merita nove vite impinguatio pace

mi nos et deum faciens odorem nobis suavissimum reddit. Quia vero eadem caritas in cordibus electorum inextinguibilis manet. apte illic subdit. Ignis est iste perpetuus qui numquam deficiet de altari. Numquam de altari ignis iste deficiet quia etiam post hanc vitam eorum mentibus fervor caritatis accrescat. Eterna quippe contemplatione agitur. ut omnipotens deus quo magis visus fuerit eo amplius diligatur. Unde necesse est ut ad corda nostra redeamus districtiamus quia omne quod agimus. et quidquid in nobis divine rectitudinis regulam offendit. accusemus ut apud districtum iudicem ipsa nos accusatio excuset. In hoc enim mentis nostre iudicio tanto acius absolvimur. quanto nos districtius reos tenemus. Nec ad hec agenda premittenda sunt tempora. quibus vacat. quia ad hec agenda post huius vite tempora non vacat. Vacue quippe non dicitur. neque enim ulterius etc. Ideo namque meorem. quod tunc non possumus. neque nunc quod possumus non negligamus. Hec dicta Gg. in moralibus. Habemus igitur per predicta. quod omnipotens deus se diiudicantes non diiudicat. se punientes non punit sed salvat. et peccata contra se commissa relaxat. Hec vero omnia per remedium penitentie fieri solet. Unde quilibet peccator. quaciens lapsus fuerit in aliquod peccatum. non tardet cito ad penitentie bonum. Ipsa enim omni tempore valens est ad purgandum corda peccantium. Testatur hoc beatus Gg. qui sic dicit. O felix lavacrum penitentie. quod toties valet ad purgandum. quociens purgatione indiget cor humanum. Hec Gg. Lavemus ergo peccatorum maculas in hoc salubri penitentie lavachro. ut mundati et purgati possimus pervenire ad auctorem vite et mundicie. His igitur premissis de penitentia. nunc consequenter de eius partibus est videndum.

De tribus partibus penitentie et de contricione ac lacrimarum compunctione. Cap. xxv.

Sciendum quod partes penitentie sunt tres. scilicet. contricio cordis. confessio oris. et satisfactio operis. Et sunt iste partes penitentie quasi partes integrales. secundum esse penitentie perfectum. Sunt autem hec partes penitentie integrales. videlicet contricio in animo. confessio in verbo. et satisfactio in facto. in quibus tunc penitentia

integrat. cum pctor omnem mortalem culpam perpetra
tam. et facto deserit et verbo acusat. et animo detestat
proponens numquam iterare pctm. hijs aut debito mo concur
rentibus cu absolucione facta ab eo in quo est. ordo clavis
et iurisdictio. absolvit homo a pcto. et unitur ecclie
et reconciliat xpo. mediante claue sacerdotali. Qz aut tres
sunt ptes pnie sic ostendit. prima est enim quoddam sponta
neu iudicium. in quo contricio est qi queda citacio. ubi seqt
rei aput iudice spontanea confessio. deinde sequitur
emende pniudice imposite solucio. Sed in hoc differt iu
dicium fori a iudicio poli. quia ibi confessus demum dap
nat. et hic absolvit. Alia est etiam sufficiencia istarum pcium
quia cum omne pctm committat corde. vel ore vel ope
iustum est ut ista curet. p contrarium scilz. ut pctor cul
pam animo detestet. verbo accuset. et facto puniat
Et sicut tribus modis offendimus deum. scilz delectacione
cogitacionis. impudencia locucionis. et supbia opis. scdm
regulam. ut contraria contrarijs curet. tribus modis oppo
sitis satisfaciamus. Quia igitur peccando innocenciam pdidi
restat ut p pniam reformemus. Dicente bto Jerom. Si qs
innocenciam peccando corrupit pnie remedio potest repa
ri. Quia ut ait Hug. Quod deus non imputare decrevit.
sic est qi non fuerit. Si ergo decreverimus innocenciam re
parare. et p consequens ianuam celi p pniam reserare tene
mus ut nra pnia sit pfecta. de qua dicit Criso. pfecta
pnia cogit pctorem omnia libenter ferre. in corde contricio.
in ore confessio. in ope tota humilitas. hec Criso. Que tunc
vocat coram deo pfecta dr. si ipsa pniam ad omnia loca
in quibus peccavimus dilatemus. et quia peccamus in
corde malis consenciendo. in ore vana et turpia loquendo.
in ope criminia perpetrando. Ideo ad hec tria loca pniam
extendamus. ita videlz ut cordi demus amaram contricionem
ori fidelem confessionem. operi penalem et asperam satis
factionem. hoc tamdiu continuantes. quousqz spus sanctus
testimonium phibeat spiritui nro. qd dimissa sunt nobis pcta

Et quia omia pcca mortalia · ab vno deo auertunt ·
et vni gre opponunt · et vna pncipale rctitudine hois
puertut · Hinc est q ad hoc · q pnie medicamentu sit
sufficiens · ex suis ptibus integratu · necesse est q pna
habeat de omib9 pccis · quantu ad pteritu p displicenciam
de pcctatis · quantu ad psens p cessacom de pcctandis · et
quantu ad futuru p ppositu nuqm recadendi · nec in illud
vel in aliud genus pcci · Vt sic totalit recedendo a culpa ·
p pniam diuina gra suscipiat · p qua obtineat venia
omi pccoru · Sed quia in ptib9 pnie · cotricio pmu locum
tenet · Ideo de ipa tractandu est · Et pmo videndu · quid
sit cotricio · Contricio aut sedm Isidoru est copunccio et
humilitas mentis cu lacrimis veniens · ex recordacoe pcci
et timore iudicij · Item in tractatu de spu et aia · et de
copunccoe sic dr · Copunccio est · qn ex recordacoe maloru
suoru cor intimo dolore tangitur · Item sedm dnm Iohis
Abbatis · Copunccio pprie est dolor anime no elat9 · nulla
sibiipi cosolacom prebens · solamqz sua resolucom ymaginas
omib9 horis · et cosolacom dei cosolantis · sicut
aqua frigida expectans · Cotricio eciam a magris sic dif
finit · Cotricio est dolor voluntarie assumptus p pccis
cum pposito cofitendi et satisfaciendi · Ad cui9 intellcm
notandu · q sicut in nalib9 durp dr · qd no cedit tactui
hoc aut frangi dr · qn p aliqd forcius in ptes magnas
diuidit · Conteri vo qn totalit in minimas ptes
redigit · et qi anichilat · Ita methaphorice · cor hois
durp dr · qn diuine inspiracoi · qi manu se tangenti
no cedit · sed obuiat · saltz dn in affcu pcci moratur ·
frangi vo dr · qn a pposito resipiscere incipit · q'uis
nodu totalit couertat · Coteri vo qn affect9 pcci · sedm
omem sui ptem · in eo totalit destruit · et hoc fit qn
voluntas · pfecte ab affectu pcci resilit · Vn talis resilico dolor
quida est · Ideo p dolorem tamq p genus essencialr diffi
nit · Addit aut voluntarie assumpt9 p pccis · et hoc co-
uenit cotricoi put est act9 vtutis · Sed ut est ps sacmti

sic oportet. ut addatur aliquid in comparatione ad alias partes. Et
ideo superadditur. cum proposito confitendi et satisfaciendi. Et scien
dum quod est differentia inter contricionem et attricionem. Attricio
dicitur accessus ad perfectam contricionem. Unde in corporalibus dicuntur
attrita. que aliquo sunt comminuta. sed non perfecte. Sed
contricio dicitur. quando omnes partes contrite sunt simul per divisionem ad
minima. et ideo attricio in spiritualibus significat. quandam displicen
tiam de peccatis commissis. sed non perfectam. Contricio autem perfectam
displicentiam. Utrum autem requiratur contricio de omni peccato mortali
Sciendum quod in omni peccato mortali. est actualis aversio vo
luntatis a deo ad peccatum. et ideo cum contraria contrariis curentur.
oportet quod in omni remissione peccati mortalis sit actua
lis aversio a peccato ad deum. Hec autem aversio appellatur contricio.
Duricia enim voluntatis manentis in peccato non tollitur. nisi per vo
luntatis fractionem omnimodam. que appellatur contricio. Et ideo
contricio est necessaria in omni peccato mortali. De peccatis autem
oblitis. si oblitus est homo totaliter. sufficiat contricio generalis
Quando autem in parte recolit. debet conari ad recordandum. et
dolendum in speciali. quod si non potest sufficiat contricio generalis
Sed in hoc quod homo non potest recolere peccatum. non solum de peccato
oblito debet dolere in genere. sed etiam de oblivione eius de
bet dolere. que ex negligentia contingit. Debet etiam homo
dolere simul de omni peccato commisso. quia unum sine alio non
relaxatur. Ideo contricio est habenda particulariter de singulis. Tes
tatur hoc beatus Augustinus. qui sic dicit. Penitentem oportet simul
dolere de omni crimine. Hec est disposicio immediata
ad graciam. Nam dolere de uno peccato sine alio. non suffi
cit ad salutem. Unde quilibet qui se sentit viciorum sorde fore sor
didatum. per remedium penitencie et primo per contricionem. ac per compunc
cionem cordis. studeat sua facinora emendare Nam anima
illecta malis moribus. amittit decorem virtutum. quem non
potest recuperare. nisi per penitencie lamentum. hoc est contricione
vera. Quia numquam peccatum dimittitur. nisi quis per puriorem dolo
rem conteratur. De hoc dicit beatus Ieronimus. Nulla umquam culpa
dimittitur. ob quam homo non mirro dolore aut tristicia amoveatur.

Nam tunc peccatoris salus veraciter incipit. Ut dicit hugo
de sancto victore. qui veraciter pro delictis ingemiscit. quia ama-
ritudo cordis sive gemitus. quia simul et peccatis mentem
purgat. et deum misericordem ac placabilem homini reddit
probat hoc Beda sic dicens. Amaritudo cordis. mentem pur-
gat. angelos letificat. deum placat. Et Remigius. tunc
nimis misericors est ipse deus. dum mens ob culpam animus
tristis sibimet fuit et molestus. Dicit etiam de hoc beatus
Ambrosius. Quis ambigit. quod mesticia penitentis hominis
oculos sibi violenter attrahat conditoris. hec Ambrosius. Et
quia deus cor contritum et humiliatum non despicit. Ideo
assumamus veram cordis contricionem et compunctionis amaritudinem.
qui per voluptates et corporalia desideria a deo discessimus
Adhortatur nos beatus Augustinus sic dicens. Non sint in nobis
ficta suspiria et simulata. sed cum ingenti rugitu et ge-
mitu. sic studeamus adhibere remedia de preteritis. Ut semper
solliciti simus de futuris. Dominus enim noluit in mundo prosperari
sed gravia pati. Ut nobis ostenderet. qui per delectacionem ceci-
dimus cum quanta amaritudine redire debeamus. hec Augustinus
Sed sunt nonnulli qui in multa facinora sunt prolapsi
nec tamen ut decet pro suis excessibus compungunt. Quibus
necesse est. Ut supplicia reproborum ac gloriam beatorum pre oculis
cordis habeant. Ut possint ad penitendum compungi. Ad
hoc faciendum hortatur beatus Gregorius super Ezechielem. exponens illud
verbum. Et scripte erant in libro lamentaciones et carmen.
et ve. sic. scilicet. lamentaciones videlicet. quia ibi scripta est
pena peccatorum. Carmen vero quia preminciat gaudia ius-
torum. Ve autem quia illic expressa est dampnacio reproborum
Ut ergo peccata punias. lege que in hoc volumine scripta
sunt lamenta. Risus vester in luctum convertatur. et gaudium
in merorem. Et rursum. Miseri estote et lugete Ut autem
de permissione gaudii sequentis hilarescas. cognosce
scripta esse carmina laudis et hec. Beati qui habitant
in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te. Sed si adhuc presenti
seculo mentem teneis. adhuc tremis voluptatibus delectaris.

si amare nō potes gaudia eťnā que audis . cog
nosce ergo in hoc volumē . vt quod in eo scriptum
est . atqꝫ ab animo ꝑ timorē expelle q̊d diligis .
vt possis ex iudicio carmē amare q̊d legis . Ibi
quippe dampnatis dicet̄ . Discedite a me maledicti
in ignē eťnū . qui paratus est dyab̊ et āglis eius . In
hoc itaqꝫ volūie cūcta que edificāt . omīa q̄ erudi
unt . scripta cōtinēt . Peccasti et iam te penitet il
licita ꝑpetrasse . vt ad agēdam pniām docearis . ibi
inuenies lamēta . Si pe celestiū gaudiorꝫ mētem .
reuelare desideras . ibi ad cōsolacōm tuā inuenis
carmen . Si vō et mala ꝑpetrasti . et hec te ꝑpetrasse
nō penitet . sed ceruicē mētis erigis . ad nullas pnīe
lamētacōes inclinaris . nulla celestiū gaudiorꝫ ex
pectacōe corrigeris . velis nolis ibi auditur̄ es scp
tum . ve . vt hys quē nec timor ad pniām hūiliat
nec spes ad sup̄na pmīa exaltat . Dāpnacōis sue
iam nūc penā ꝓspiciat . et sine excusacōe metum
suppliciū cadat . Quid agēdū est igit̄ miseris nob
nisi vt vigilem⁹ ad hm⁹ vba voluminis . et mala
que nos egisse meminim⁹ defleam⁹ . vt ꝑ lamēta pe
nitētie ꝑueniam⁹ ad carmē vite . ne si affligi mō
ꝑ pniām nolum⁹ . ne postmodū sine fine senciā⁹
nec nos iniq̄orꝫ scelerꝫ multitudo . in desꝑacōm dep̄
mat . quia maior est paciēcia medici . q̄m magnitudo
languoris nri . Quid enī est q̊d repare ad salutē nō
possit . qui potuit omīa ex nichilo creare . hec gg̅
Ne ergo cōtingat nos ꝑ miis sustinē eťna tormēta
timeam⁹ futurꝫ dei iudiciū sup nos et ꝑ flect⁹ ac la
mēta iniquitates ꝑpetratas diluē studeam⁹ . q̊d electi
agē non cessant . quia ꝑ p̄ntem cōtricōnē ac lacimarꝫ
effusionē se euadē eťna supplicia nō dubitāt . de hoc tr̄
tat btūs gg̅ . sup ezech . sic . d . Redēptor ergo hūai
generis . tunc iudex apparuerit . et speciosus iustis . et
terribilis erit iniustis . Quē enī māsuetū aspiciet

electi. Hunc eundem pavendum atque terribilem conspicient
reprobi. Sed hunc ideo electi terribilem non videbunt. quia
modo terrorem illius considerare non cessant. Studiose
enim considerant. quam terribilis ad iudicium veniat. cul-
pas ante actas deflent. et imminentes declinant. pavo-
rem illius cottidie ante mentis oculos ponunt. et quam
tremendus appareat. sine cessatione suspecti sunt. atque
cottidie timendo agunt. ne quando venit pertimescant. Necesse
est ergo. ut peccata admissa cum vivimus defleamus.
In assiduis enim fletibus in cottidiana nostra penitencia sa-
cerdotem habemus in celis. qui interpellat pro nobis. De
quo per Iohannem dicitur. Si quis peccaverit. advocatum ha-
bemus apud patrem Ihesum Christum iustum. et ipse est propiciacio
pro peccatis nostris. Ecce exultat animus cum advocati nostri potenciam
audimus. sed exultacionem nostram iterum remordemus. quia
ipse qui nobis advocatus est dicitur iustus. Nos enim
causas iniusticie habemus. Iustus vero advocatus iniusti-
tie causas nullomodo suscipit. nec verba dare pro iniu-
sticia consuevit. Quid ergo agimus fratres mei. Sed ecce
occurrit animo quid agamus. Mala que fecimus defleamus
et accusemus. Scriptum quippe est. Iustus in principio
accusator est sui. Quilibet enim peccator conversus in fle-
tibus iam iustus esse inchoat. cum ceperit accusare
quod fecit. Cur enim iustus non sit. qui iam contra suam
iniusticiam per lacrimas sevit. Iustus ergo advocatus
noster. iustos nos agnoscet in iudicio. quia nosmet
ipsos et cognoscimus et accusamus iniustos. Non
ergo in actibus. non in fletibus nostris. sed in advocati
nostri allegacionibus confidamus. Hec Gregorius. Ecce patet quam
fructuosum sit et salubre. sui ipsius accusacio et lacri-
marum effusio. Sunt autem nonnulli qui quidem peccata
confitentur. sed illa deflere contempnunt. Electi vero non solum
sua facinora confitentur. sed ea que nequiter perpetraverunt
fletibus diluunt. atque de ingratitudine pro beneficiis sibi
a deo collatis. seipsos reprehendunt. atque per lamenta puniunt.

De talibus beatus Gregorius in nono libro moralium sic dicit. Grave dampnum
quippe est quia et reprobi peccata confitentur, sed flere contempnunt.
Electi autem culpas suas quas vocibus confessionis aperiunt
districte animadversionis fletibus insequuntur. Sed qui mala
quidem que perpetravit insinuat, sed flere que insinua-
verit recusat, quasi subducta veste vulnus tegit, sed tor-
penti mente medicamentum vulneri non apponit. Confessio-
nis igitur voce solus necesse est ut meror excutiat,
ne vulnus proditum, sed neglectum quo licentius iam per humanam
noticiam tangitur, deterius putrescat. Quo contra per psalmistam dicitur:
Iniquitatem meam ego pronunciabo et cogitabo pro peccato
meo. Pronunciando etenim occultum vulnus detegit. Cogi-
tando autem quid aliud quam medicamentum vulneri appo-
nit. Sed afflicte menti et sua dampna sollicite cogitanti
rixa per semetipsam oritur contra seipsam. Nam cum se
ad lamenta penitencie instigat, occulta se increpacione dila-
niat. Unde apte per Iob dicitur: Confabulabor cum amaritudine
anime mee. Pavore namque divini iudicii afflicti, dum
quedam male gesta plangimus, ipsa mentis via amaritudinis
ad districciores nos vigilancius excitati, alia in nobis
etiam que amplius defleamus invenimus. Nam sepe
quod torpentes latuit, flentibus subtilius innotescit, et
afflicta mens certius invenit malum quod fecerat et nesciebat,
eique rixa sua verius aperit quantum a veritatis pace
declinavit. Crescens quippe amaritudo penitencie verum-
dati cordi importune ingerit illicita que commisit,
districtum contra hec iudicem ostendit, suppliciorum minas
innuit, pavore animum ferit, pudore confundit, mo-
tus illicitos increpat, quietem noxie securitatis turbat,
que ei bona conditor contulit, que ipse bonis illius mala reddidit
enumerat: quod mire ab eo conditus, quod gratie munere vivificatus, quod verbi in con-
dicione ditatus est, quod conditoris gratia vocatus, quod sequi ipse vocatus
noluit, quod vocantem minime nec sic audivit, huc renitentem que
despexit, quod peccatorem suum superna gratia nec contempta dereliquit.
Cum igitur afflictam mentem modo per replicationem donorum

dei. modo pro imperitia actionis sue tanta severitate increpat
Habet in corde mestorum amaritudo anime linguam suam
que tanto ei subtilius loquitur quanto et interius auditur. quia
vis doloris que peccata reputans torpentem animum ad lamenta
excitat. quasi ad eum verba confabulationis format. in quibus
semetipsum correctus inveniat. et ad sui iam custodiam
sollicitior exsurgat. hec Gregorius. Desideranda ergo nobis est
valde contricio sine compunctio lacrimarum. Quia secundum beatum
Cyprianum. Nulla est medicina prestancior animarum quam de-
vota effusio lacrimarum. Nam absque compunctione et fletu non
remittitur. teste Hugone qui dicit. Absque fletu et lacrima
nequaquam remittitur ipsa culpa. Quod vero perit Remigius dicit
ob culpam lacrimatus fuit. lacrime expers eternaliter numquam
erit. Magnam enim virtutem habent lacrime. delent quippe culpam
et extinguunt iehennam. De hoc dicit beatus Bernhardus O quanta vis
est in lacrimis. que omnem abluunt culpam extinguunt iehe-
nam. flectunt summam. et beatus Augustinus. Una lacrima de puro
corde procedens. totum ignem inferni extinguit. hec Augustinus.
Sciendum etiam est quod vestis innocencie percepta in baptismate.
per peccata mortalia sordidatur. et per consequens eterna dampnacio me-
ritur. Sed per lacrimarum effusionem ipsa vestis que per peccatum ma-
culata fuerat abluitur ac mundatur. De quo dicit Crisostomus
super illud psalmi. Fuerunt michi lacrime mee panes. sic la-
crime sunt que celum pulsantes crimina delent. et conscienciam
degravant. sonant in ore penitentie verba et verba monent in
pectore pietatis veniam. Implet caput aqua tumescunt
oculi irrigantur. decurrunt rivuli. et deus indulgenciarum
mentem exhilarat. lacrime sunt que reconciliant deum. a peccatis
redimunt animam. et sanant languores eius. Sordentem
anime vestem lacrime lavant. et dant illi remissionem. Item
dicit. Sicut cum vehemens ymber prerumpit fit serenitas, sic la-
crimis effusis apparet tranquillitas. et perit caligo reatuum.
Et sicut per aquam et spiritum. sic per lacrimas et per confessionem.
denuo mundamur. hec Crisostomus. Ecce quomodo per compunctionem et
contricionem lacrimarum vestis innocencie per peccatum sordidata mundatur.

ac reformatur. Nam sepe dominus ipsas lacrimas de corde con-
tricto effusas pro baptismo reputat. Teste Ysydoro qui
dicit. Lacrime penitencium apud deum pro baptismate con-
putantur. quia misericors deus paratus est nobis peccata
parcere et primam mentem ad innocenciam deputare si per
lacrimas renasci studeamus. De hoc dicit beatus Gregorius. libenter
obliuiscitur deus quod nocentes fuimus. paratus est nobis
primam mentem deputare ad innocenciam. si ingnati post
aquas salutis renascimur ex lacrimis. Hec Gregorius. Et nisi omnipotens
deus ex sua benignitate remedium penitencie et conpunctionis ac
lacrimarum effusionem hominibus prouidisset. raro aliquis
saluatus fuisset. quia sicut aqua baptismi abluit a
peccato originali. et actualibus ante perpetratis. sic contricio
siue conpunctio et aqua lacrimarum purgat a malis et cri-
minibus post baptismum commissis. Hoc testatur Johannes abbas
montis Synay sic dicens. Luctus seu lacrimarum fons est
maior post baptismum. baptismus vero constitutus. licet quo-
dammodo presumptuosum sit exponere quod dicit. eo quod ille quidem ab
ingenitis nobis et ante patratis malis est purgatorius.
Iste vero postea patratorum. et illum quidem paruuli omnes sus-
cipientes sordidamus. per hunc vero et illum repurgamus. Quam
nisi ex dei benignitate donatus hominibus fuisset. rari
vero et difficulter inuenirentur qui saluati fuisset. Et quidem
suspiria et mesticia ad dominum clamant. que vero ex timore
sunt lacrime intercedunt. que autem sunt sanctissime caritatis
supplicacionem acceptam deo nobis declarant. Sed nichil ita
humiliati sicut luctus conuenit. ita ei nichil sicut risus
contrariatur. Retines retine beatam sancte conpunctionis gaudentem
tristiciam. et nec desistas ab ea operacione. quem ipsa est.
quousque cum fiducia subleuatum ab hiis presentibus et mundum
te christo exhibeat. Esto ergo merens absque amore ostenta-
cionis. ad tuum cor inquisicione agens. Timent enim mero-
rem demones sicut latrones canes. Non est nobis ad
presens o amici in hiis que hic sunt ad nupcias conuocati.
Omnis igitur qui vocauit nos inimico in hiis ad presens. ad

luctū utiqȝ nos vocauit. Qui utiqȝ in luctu incessabili
secūm deum graditur. iste diem festū agē cottidie nō cesset.
Qui vero corporaliter diē festū agē nō desistit. huic luctus
eternus suscipiet in futuro. Non est in carne gaudiū. hys
qui iam sniām receperūt. et nō est in nochis festiuitas super
terrā. Esto ergo tamq̄ rex altus in corde tuo. in humilitate
sedens. Iube risui. vade et vadit. et dulci luctui. veni et
venit. et suo nr̄o tirāno corpori. fac hoc et facit. Vnde
etiā si magnas et altas aliquas conuersacōes exequimur. cor
autem merens nō possidemus. ipsas qui vanas existimemus.
Oportet enim et vere oportet. post lauacrum iterum inquinatos
igne compunctionis. et mīa dei suas corporum manus. ab inquina
mento picas abstergere. Nō autem inculpabimur. o amici in
exitu aīe. aut ingrediet a nobis. quare nō fecimus mirabilia
sed nec quare nō theologisauerimus. nec quare nō contempla
tiui fuerimus. sed racōne omno dabimus de eo. quia penitenciam
nō egerimus. et quia humiles nō extiterimus. et quod indesi
nenter nō luxerimus. hec Johēs abbas. De virtute etiā istarum
lacrimarum dicit Raban(us) sic. Lacrime humide nate sunt.
Vt sordes anime abluant. et perditū baptismi restitu
ant. salse ut fluxum carnis restringant. calide ut frigus
torporis excuciant. clare ut lacrimantē ad claritatē eternā per
ducant. hec Raban(us). Et sicut per vitā viciosā deus effugatur
a corde. sic lotū per aquā lacrimarum. iterum ad cor reuocatur.
et efficitur homo habitaculum dei. De hoc dicit beatus Bernh(ardus).
Cor fonte lacrimarum mistice baptisatū. hoc dulce dei
maiestatis hospiciū dicitur adoptatū. hec Bernh(ardus). Hec etiā
aqua aīas que erant sponse xp̄i. sed propter sordes peccatorum
repudiate a maculis per vicia contractis abluit. et deo
sponsā acceptā reddit. De qua aqua dicit beatus Aug(ustinus).
Aqua lacrimarum balneū est. quo abluuntur sordes aīe.
Vt fiat celestis regis sponse. hec Aug(ustinus). Nam vita peccatoris
deo indigna esse nō potest. que sordes per peccatum contractas per
cordis compunctionem ac fletū lauare studet. De hoc dicit
beatus Gg. Tanto namqȝ amplius peccati rubigo consumitur.

quanto peccatoris cor. cum magno caritatis igne concremat. Ad
vos igitur fratres oculos mentis reducite. quecumque vos in adu
lescentia. quecumque in iuventute deliquisse meministis deflete.
morum operum quoque maculas lacrimis tergite. Ecce ad recipi
endos nos superne pietatis sinus aperitur. nec maculosa
in nobis vita contempnitur. Si hoc enim quod inquinationem nostram
perhorrescimus. inde iam in munditie concordamus. Redeuntes
nos dominus clementer amplectitur. quia peccatorum vita ei indigna
iam esse non potest. que fletibus lavatur. Unde unusquisque nostrum
ad penitentie lamenta recurrat. dum flere ante percussionem vacat. Hec
Gregorius. Ad exhortationem ergo huius sanctissimi viri. ad lamenta
penitentie recurramus dum vacat. et in hac luce sumus. et nostras
iniquitates et peccata per lacrimas diluamus. Ad hoc faciendum
monet etiam Abbas Effrem in omelia sua quarta cum dicit
Quicumque domino peccavit. modo dum tempus est hodie vitam amittere ante
tenebras. defleat incessanter. ut per lacrimas possit indulgentiam
promereri. assidue lavet corpusculum lacrimis. et tundat pectus
gemitibus. Unde volo vos scire fratres. eo quod non est super terram dulcius
gaudio compunctionis in hora illa quando quis ad deum. ex toto corde
suspirat cum lacrimis. tunc letatur dominus. et propter lacrimas repromittit
illi gaudium in futuro. Beatus igitur et ter beatus. qui habet
compunctionem secundum deum. Audite karissimi virtutem compunctionis. Com
punctio sanitas est. compunctio illuminatio anime est. Com
punctio remissio peccatorum. compunctio spiritum sanctum perducit ad se
compunctio unigenitum christum facit habitare in se. Lacrime
aput deum fiduciam dant semper. Ubi lacrime habundant ibi co
gitationes male non appropinquant. Quid dulcius dulcedine
lacrimarum. Quid desiderabilius beatitudine illius. qui ipsum
dominum videt cum orat. et ipsum meditatur die ac nocte. The
saurus ergo bonus est compunctio cordis. et inenarrabile
gaudium. Hec Effrem abbas. Magne enim efficacie sunt
lacrime. que ex compuncto et humili corde procedunt. Iram namque
dei placant. gratiam amissam reparant. infernum dissipant
peccatores iustificant. angelos letificant. celum reserant. Istas
prerogativas lacrimarum. beatus Bernhardus tangit cum dicit

O beatissima lacrima. Vere penitentis. que divinam pla
cas iram. tu es arra reconciliationis. gratie reparatrix. iniquitatum
provocatrix. O felix lacrime effusio. reseras celum. inebri
ans angelos. satias sanctos. iustificas peccatores. dissipas
infernum. Gaudent namque angeli in conversione et penitentia
peccatorum. salutem hominum sicientes. lacrime penitentis vinum eorum
quia in illis odor est vite. sapor gratie. indulgentie gustus
sanitas redeuntis. innocentie semitas. seu suavitas con
scientie. hec ille. De hoc etiam dono sive virtute lacrimarum
et earum fructu et effectu. petrus damiani sic commemorans
dicit. Quicumque frater sanctum perfecto corde deservit. mentis sue
latibulum petat. ut ad videndam creatoris sui faciem to
tis viribus inardescat. Ad lacrimas anhelet. lacrimas
a deo cottidianis precibus flagitet. lacrimarum quippe
mador. animam ab omni malo purificat. et ad producenda
virtutum germina nova cordis terram fecundat. Porro lacrime
que a deo sunt. divine exauditionis tribunal fiducialiter
adeunt. et impetrantes protinus quod petunt. de peccatorum nostrorum
certa remissione confidunt. lacrime sunt veraces ac devo
tissime. in qualibet humane ignorantie dubietate magistre
Nam dubitantes in aliquo utrum deo placeat. nec ne magis
meliorem certitudinem capimus. quam cum beatis lacrimantes
oramus. Tunc enim quidquid agendum mens nostra detinuerit
super hoc rursum ambigere necessarium iam non erit. lacrime
porro diluunt omne spiritualium in mentibus contagium.
et immundis manibus tribuunt. ut non solum pedum. sed et
divina capitis meantur ad tactum. lacrime tribuunt. ut
negotiator apostolus non modo non pereat omnino post lap
sum. sed ultro etiam ut super ceteros celestis curie senatores
obtineat principatum. lacrime contulerunt. ut david
post adulterii simul et homicidii profusissimum baratrum
non modo regnum tunc certa perderet. sed ultro ex promissionis
heredis ex se nascituri cum iuramento susciperet. qui
et regnum suum solum. dum quod regna celorum perpetuo possi
deret. Porro autem si cuncta lacrimarum preclara dona voluero.

prius forte dies clauditur. quam exemplorum copia subtrahatur. Hec sunt enim que et animam a peccatorum labe purificant. et cor vagum in oratione confirmant. Hec sunt que divino corde pariunt gaudium. et dum per oculos carnis erumpunt. ad spem nos superne beatitudinis erigunt. Non enim possunt in sua peticione contempni. que et magnas voces habent in auribus creatoris. quas profecto voces ille ad deum frequenter emiserat. et quid ad optinendum possent subtiliter noverat qui dicebat. Exaudi orationem meam domine et deprecationem meam. auribus percipe lacrimas meas. Que enim non oculis attendi. sed auribus percipi lacrimas postulat. voces inesse lacrimis manifeste designat. lacrime namque cum in conspectu iudicis supplicant. nichil hesitant sed sic iniam tamquam rem quamlibet proximus sibi vendicant. et impetrasse se quod peticiant confidenter exultant. O lacrime delicie spiritales super mel videlicet et favum. atque omni nectare dulciores. que mentes ad deum erectas. iocunda saporis intimi suavitate reficis. et arida atque tabescentia corda. gustu superne gratie medullitus irrigas. Terrenarum namque dapium sapores atque dulcedines superficiem quidem palati gustantis oblectant. viscera autem aut interiora non penetrant. Sapor vero divine contemplationis. omnia interiora mentis replet. vegetat et obdulcat. Lacrimantes equidem oculi dyabolum terrent. et sic lacrimarum erumpencium expavet impetum. ac si procellosi nymbi grandine. vel furentium undique ventorum effugiat quis tempestatem. Nam sicut spinnosi torrentis turbulentes superveniens. cuncti alveum sordibus purgant. Sic lacrimarum profluencium concursus ex mente flentis. et dyaconice versucie semina. et omnes sordes ac vitiorum pestes eliminat. Hec petrus damiani. Et notandum quod quicumque hanc gratiam habere desiderat. necesse est ut ignem divini amoris in corde habeat. Nam ex igne dilectionis dei. hec unda profluit. et e contrario quanto valentior unda lacrimarum a penitente profluxerit. tanto maior ardor divine dilectionis in corde huiusmodi hominis incalescat.

Hoc probat predictus petrus damiani per plurimorum exemplum
sacre scripture. sic dicens. Hec inquam aqua videlicet lacrimarum
compunctionis. ex igne profluit. Ut quisquis affluentes ymbres in-
undacionis desiderat. divini amoris ignem prius necesse est
ut in camino sue mentis accendat. Quod facilius exprimere
possimus. sicut in secundo libro machabeorum perhibet historia
legitur gestum ad medium deducamus. Ait ergo scriptura. Cum
in persidem ducerentur patres nostri sacerdotes. qui tunc dei
cultores erant. acceptum ignem de altari occulte absconderunt
in valle ubi erat puteus altus et siccus. et in eo contu-
tati sunt eum. ita ut omnibus esset ignotus locus. Cum
autem preterissent multi anni. placuit deo ut mitteretur nee-
mias a rege persidis. hic misit nepotes sacerdotum illorum
qui absconderant ad requirendum ignem. et sicut narra-
verunt nobis. non invenerunt ignem. sed aquam crassam
In quibus omnibus verbis illud unum specialiter attendendum
est. quod in alto et sicco vallis puteo prius ignis abscon-
ditur. et postmodum non ignis sed aqua crassa a requirentibus
invenitur. Mens quippe sincera atque perfecta deum intencione
querentis. non incongrue per puteum vallis altum designatur. et
siccum. Que nimirum a fluxibus illecebrarum carnalium vo-
luptatibus. et terrene concupiscencie ruderibus alte defossa
et in vere humilitatis est convalle fundata. Huic itaque pu-
teo sacrificij ignis immittitur. cum in electi videlicet mente divini
amoris flamma concipitur. atque ad celeste desiderium prius
animus inflammatur. Sed hic ignis in aquam vertitur. quia
ex igne divini amoris. lacrimarum compunctio generatur. Et
notandum. quod non pura aqua dumtaxat. sed crassa aqua
narratur illic fuisse reperta. Quid enim crassa est aqua
nisi lacrimarum compunctio. [illegible] divine procul dubio gratie pin-
guedine saginata. Qua videlicet sagmari pinguedine
estuabat propheta cum diceret. Sicut adipe et pinguedine re-
pleatur anima mea. Nec preterundum quod absconditores hunc
ignem contutati quidem fuisse. non autem funditus extinxisse
referuntur. Quia nimirum ignis divini amoris. quem in

ara mentis cordis accendimus. ut ex aromatibus bonorum operum. suave deo sacrificium offeramus. in ipso mentis conversionis initio. intus quidem debet semper occulte ardere. non autem foras se per vane glorie flammas expandere. Conteritur autem sopitus flammis. non autem vi privatur ardoris. ut non prorsus intereat. sed sese postmodum mirabiliter ignis in aquam vertat. Hec porro aqua videlicet compunctionis lacrimarum. non solum nos a peccatorum contagione purificat. sed etiam ut placeat ipsa deo bona nostra commendat. Omne namque bonorum operum sacrificium. in conspectu superni iudicis suavius redditur. si lacrimis aspergatur. Unde illic apte subiungitur. Et sacrificia inquit que apposita erant. iussit sacerdos neemias aspergi aqua ipsa. et ligna que erant supposita. Sed cum operum nostrorum sacrificium vere compunctionis aqua perfundimus. mox mentes nostras splendor irradiat. et quicquid obscurum. quicquid in eis tenebrosum eatenus latebat illustrat. Quidam namque se nobis tunc intime lucis radius aperit. et ob anime nostre latebras. nova iocundi fulgoris serenitate perfundit. Unde apte illic cum premittitur. quia iussit haurire et afferre sibi. et sacrificia que imposita erant. iussit sacerdos neemias aspergi aqua ipsa. et ligna que erant supposita. protinus historie series addit. Hoc factum est et tempus affuit. quo sol refulsit. qui prius erat in nubilo. et accensus est ignis magnus. ita ut omnes mirarentur. Audivimus quia aqua per ignem reperta est. nunc econtrario dicitur. quia per aspersionem aque. ignis magnus accensus est. Ergo et ex igne aqua nascitur. et ex aqua ignis invicem paratur. Quia videlicet et ex igne divini amoris gratia compunctionis oritur. Et rursus ex compunctione lacrimarum desiderii celestis ardor augetur. Alterum siquidem ex altero et sibimet utrumque invicem prestat. dum et ex amore dei. lacrimarum compunctio. profluit. et rursus per lacrimas ad amorem dei mens nostra ferventius inardescit. In qua autem mente huius alternitatis reciproca varietas agitur. ab omni procul dubio reatus sui squalore purgatur. Unde illic non incongrue postremo subiungitur.

Appellavit autem neemias hunc locum neptar. quod interpretatur purificatio. Locus itaque iste. ubi offertur sacrificium. ubi aqua necnon et ignis ut dictum est varietas alternatur. Fidelis est anima que profecto non incongrue purificatio dicitur. quia dum nunc superni amoris igne decoquitur. nunc contriti cordis fletibus mundatur. Velut sacri baptismi fluentis abluitur. hec petrus damiani. Ecce apparet satis clare per precedentia dicta sanctorum patrum. quante sint virtutes lacrime penitentum. quante vero efficacie. Et ideo a cunctis fidelibus. maxime tamen a peccatoribus primo indigentibus sunt desiderande. Filius

Non sufficio gaudens admirari. de tam excellenti dono dei. eo quod gratia compunctionis et lacrimarum. tantam habeat efficaciam et virtutem. sed rogo de hoc informari qualiter homo carens gratia lacrimarum. et eam desiderans habere. per quem modum possit illam a deo obtinere. Quod per orationes humiles et bona opera obtinenda est a deo gratia lacrimarum. capitulum xxiiij.

Scire debes quod compunctio sine lacrimarum effusio procedit ex spiritu sancto. Teste leone papa. qui dicit in quodam sermone sic. Ab ipso enim videlicet a spiritu sancto sunt lacrime penitentum. Quisquis ergo pro sua peccata in suo corde se senserit compunctum. sciat hanc gratiam a deo sibi esse infusam. Nam deus inhabitando per spiritum sanctum in corde hominis. compunctos et lacrimantes facit. De hoc quidam doctor sic dicit. Quisquis pro peccatorum memoria compungitur. ad lamenta iam dei se sciat visitare presentiam. qui ex eo quod admisisse se recolit. interius erubescat. suo quoque iudicio se penitendo iam punit. hec ille. Hanc compunctionis gratiam desiderabat Job. cum diceret. Dimitte me ut plangam paululum dolorem meum. Quod exponens beatus gregorius in xo. libro moralium sic dicit. Tunc ad plangendum dolorem. dominus nos dimittit. cum et mala nobis que fecimus demonstrat. atque ad hec eadem flenda que cognoscimus adiuvat. culpas oculis obicit. et pia manu gratie vincula cordis solvit. ut ad vacationem penitentie mens nostra se erigat. et carnis soluta compedibus in auctorem suum libera gressum amoris tendat. hec gregorius. Et quia compunctio

lacrimarum. Ut predictum est ex gratia conditoris nostri procedit. ne
cesse est qui donum lacrimarum habere desiderat. ut ab omnipote
te deo per humiles preces ac virtuosam vitam illud impetrat. Per hec
enim duo videlicet per humiles orationes et conversationem virtuosam.
si quis in hiis perseveraverit. et donum huiusmodi a domino petierit
gratiam compunctionis ac lacrimarum procul dubio obtinebit.
Quod autem per orationes humiles impetranda sit gratia lacrimarum. beatus
Gregorius. exponens illud Judicum. ubi dicitur. Quod caleph tribuit
axe filie sue irriguum superius et inferius. dicit sic. Axa super
asinum sedet. dum irrationabilibus carnis motibus anima
presidet. que suspirans a patre terram irriguam petit. quia
a creatore cum magno gemitu cordis impetranda est lacri-
marum gratia. Sunt enim quidam qui iam receperunt libere pro iusticia
loqui. oppressos tueri. indigentibus tribuere. ardorem fidei ha-
bere. Sed adhuc gratiam lacrimarum non habent. Hii terram habent austra-
lem arentem. sed adhuc irrigua indiget. quia in bonis
operibus positi. in quibus et fervente sunt. oportet ut timo-
re suppliciy. vel amore regni celestis. mala etiam que perpe-
traverunt deploret. Dat ergo ei pater irriguum superius. cum
se in lacrimis celestis regni desiderio affligit. irriguum
vero inferius accipit. cum inferni supplicia flendo pertimescat.
Prius autem inferius irriguum. et post superius dat. Sed quia
compunctio amoris preeminet dignitate. inferius proponitur. hec
Gregorius. Quod vero per vitam virtuosam. et sollicitudinem diligentem
circa salutem anime sue. sit etiam impetranda a deo gratia lacrimarum
Petrus damiani pulcherrimis verbis sic probat. dicens. Si gratia
spiritus sancti homini defuerit. licet mentem quis ad supernam gloriam
sublevare contendat. licet iehenne supplicia vel peccata ad memo-
riam reducat. vel etiam dominice passionis misteria recolat.
propter hec tamen lacrime non erumpunt. cum mentis arthana
peccatis exigentibus obdurescunt. Tu autem sicut prudens et o-
perosus agricola. agrum tuum indesinenter exerce. terram tui cor-
dis et corporis vomere sancte disciplinae proscinde. vitiorum ve-
pres. extirpare contende. et sic paratus cottidie celestis imbrem
oculis superni ymbris inundantiam prestolare. Nam sunt

arbiter ille videlz occult⁹ inspector. licet ad tps aquā
pnda dispēsacōe cōtineat. si te sic solert̄ agentem
ac vigilem esse cōspexerit. agrū sui in pximo caris
matis ymbrib⁹ irrigabit. et ita v̄tutū florib⁹ dum
ager ornabit̄. Ut qui catenus squalid⁹ ac sterilis videbat̄
iam pventu exuberanciā segetū cumulet̄. Quicqd igit̄ nō
tam arido corde mēte. qm̄ et lacrimarū inundātia q̄ris
effluē. nō solū te a strepitu negociorū secularium rōnes
sed et a fratrū sepe colloquiy. inutili fabulacōe te cōpes
cē. Omis a te mundane accōis curas ac sollicitudines
amputa. et eas tamq̄ ruderū moles et meatus obsta
cula obstructi fontis sub mouē festina. Sicut em̄ in ca
uerna t̄re. de abisso vemēs aqua colligit̄. sed obicibus
oppressa nō effluit / sic in huāno corde cōsiderata pfundi
tate diuini iudicij tristicia nascat̄. que tn̄ p fletū lacri
mis erumpētib⁹ nō emanat. si t̄renorū actuū sufflamen
nō obsistat. Tristicia quippe lacrimarū mat̄ia est. sed vt hui⁹
fontis possit vbertatē vena pfluē. satha g e cuncta nego
cij obstacula remouē. Maliciā quoqz irā et odiū. et re
liqs viciorū pestes. de antro tui cordis elimīa. ne si te
accusatrix cōsciā forte remordeat. mens tua intimi roris
vacue facta madorib⁹ aridi⁹ te formidis cōtabescat. Se
curitatis quippe fiducia. et testis innocēcie cōsciā. puram
mētē celestis grē riuulis irrigat. et resoluit in lacrimas
duriciā squalidi cordis emollit. et pfluendi meatū fle
tibus apit. Sit ergo cōsciā tua pura. nitida munda. sit
sincera. atqz ab omi labe neqiciarū spūalium defensata
vt diuini cōtricō cordis erupe ꝯpetat. obex mordacis
cōsciē nō obsistat. hec petr⁹ damiani. Ecce habem⁹
q̄lit̄ q̄rēda sit et obtinēda grā lacrimarū. videlz p deuotā
orōne. et p uite puritatē. Si qs igit̄ pseuauit in hoc
genere p̄dcām a dn̄o cōseqt̄. Nam spūs sctūs videns
hoiem v̄tutib⁹ adornatū. cor illius ingredit̄. et p sua
pncia illud in amore suo accēdit. et p cōseqns ad lacri
mas fundendas cōpungit. Maculosa vō ac viciosa corda

inhabitare dedignatur. et ideo lacrimarum compunctionem
habere non merentur. Sequitur: Filius interrogat.
Quomodo si homo emendavit vitam suam ab vitiis
abstinendo. et prout dominus donavit religiose vi-
vendo. et effudit humiles preces coram deo. pro gratia lacri-
tritū et humiliatū nisi in caritate. Qui aūt caritatē
habet. dignus est vita. Nemo em̄ dignus est vi-
ta et morte. Non est igit̃ tūc ligatus debito et̃ne
mortis. Filius em̄ ire esse desijt. ex quo diligē et
penitē incipit. Ex tūc igit̃ solutꝰ est ab ira. que
nō manet sup illū. qui in xp̄m credit. sed sup
illū qui nō credit. Ipē em̄ solꝰ est qui tollit pctā a
suis fidelibꝰ et penitētibꝰ cōmissa. Testāte btō Augꝰ. q̄
dicit. Nemo tollit pctā nisi solus xp̄s. qui est agnꝰ
tollēs pctā mūdi. Tollit aūt. et dimittēdo q̄ fcā sūt.
et adiuuādo ne fiāt. et pducēdo ad vitā. vbi omo fieri
nō possūt. hec Augꝰ. Vn̄ ex pcedētibꝰ colligē possumꝰ
qꝫ p cōtricōm et pniām puenit̃ ad amorē dei. Cum
igit̃ int̃ deū et aīam nō cadat mediū. nisi solū pcīm
dicēte ysaya. Iniq̄tates vr̄e diuiserūt. int̃ vos et deum
vrm̄. que pctā cū fuerit p pniām et spualia exercicia
de medio sublata. statī amor dei tamq̄ȝ calor ab igne
radius a sole ptingit ad aīam. ex cuiꝰ cōtractu incip̄t
et ipā calescē. et viceuīsa deū vehemēt̃ diligē. Vn̄ dit
btūs Vnbꝰ. Amor dei amorē aīe parat et puenit. Sic
em̄ sol radiū suū sup rem obiectā pic̄it. et pmodū
reflectōis de re obiecta. calor cōtra solem redit̃. sic
deus caritas. calorē sue dilectōis sup aīam pic̄it. et
de anima ad deum redit. Vt sic dilecta deū rediligat
a quo misericorditer est puenta. Filius interrogat.

Q Vero ecīā vtrū bona opa et meritoria p pcīm
seq̄ues mortifica iterū possint p pniām seq̄-
tem remissa sive restaurari. Vtrū bona opa p pcīm
seq̄uēs mortificata possint p pniām seq̄tē iterū reformari.

Opera bona et meritoria. Cap. xxxij pr̄ cādet
q̄uis p pcīm mortificēt̃. tamē p seq̄tem
pniām viuificāt̃. Testat̃ hoc Thomas
de aquino qui sic dicit. Quidā dixerūt qꝫ opa mītoia.

p pctm seqn̄s mortificata nō reuiuiscūt p pniam
subseqntem. Cōsiderantes qd opa illa nō remanet vt
itez viuificari posset. sed hoc impedire nō pt qn viui-
ficet̄. Qz aūt nō habet vim et efficatiā pducendi in vi
tā etnā. puenit ex impedimēto pctī supueniente. p qd
homo reddit̄ indignus vita etna. hoc aūt impedime-
tū tollit̄ p pniam. inqntū p eam remittūt̄ pctā. vnde
restat qd opa pus mortificata p pctm. p pniaz recupat
efficatiā pducendi eum. qui fecit ea in vitā etnā. qd est
reuiuiscere. Et ita patet qd opa mortificata p pniam
reuiuiscūt. hec ille. Qz mā opa fcā immortali. inqm̄
reuiuiscūt. sed tm̄ mortificata vn vsz. Illa reuiuiscūt
que mortificata fuerūt. Mōre nō possūt. qm̄ mortua
nata fuerūt. Sequitur. Filius interrogat patrem
9 Quero vtrū assumpta vel pacta penitēcia re-
maneat pctorz reliquie. p quas homines itez
ad pctāndū disponūt. Vtrū pacta pnia remaneat pctorz
reliquie p quas hoīes itez ad pctandū disponūt̄. pr rndet
Sciendū. qd qūis Sequit̄. xxxiij. capitulū
quis agat vl pegerit pniaz. reliquie tn̄ pctorz
remanet pt vicia pus cōtracta. scdm magr
et minus. que disponūt ad velle pctandū. queadmōl
remanet fomes post baptismū. sed tn̄ diminute et de-
bilitate. ita qd nō posse dnari volēti resiste cū adiutorio
dei. De hoc Thomas de aqno dicit sic. Nondū qd pctm
mortale. ex pte cōusionis in ordinate ad bonū cōmu-
tabile. qndā disposicōm causat in aīa. vl etiā habitu
si actus frequēt̄ itet̄. Culpa vo mortalis pctī remittit̄
inqntū tollit̄ p pniaz et gctam. auersio mētis a deo.
Sublato aūt eo. qd est ex pte aūsionis. nichilominus re-
mane pt. id qd est ex pte qūsionis ~~nichilominus rema-
ne pt id qd ex pte conuersionis~~ inordinate. cū hanc
cōtingat esse sine illa. et ideo. nichil phibet. qn re-
missa culpa remaneat disposicōes ex pcedētib actib
causate. que dicūt pctī reliquie remanet tn̄ debilit̄e

et diminute· ita q hoi nō dnent· et hoc magl p modu
disposicōnu qm p modu habituu· Sicut eciā rema
net fomes post baptismu· pctm tamē quqz induat
debilem disposicōne· vtpote pactu vnu causata· quqz
forcōre causatu p multos actus· Sed dns quqz tanta
cōmocōe cōuctit cor hois· vt subito pfecte cōsequat sa
nitatē spualē· nō solum remissa culpa· sed sublatis
omnibus pcti reliquijs· vt patet de maria magdalea
Quqz aut pus remittit culpam p gram opante· et
postea p gram coopante successiue tollit pcti reliqas· h
thomas· vn· Sunt nonulli penitētes· qui forti cogita
cōne a delectacōibus carnis se sepant· nichil illicitu i sua
cogitacōe volut tollerare· carnis stimulu pfecte cupiut
vincē· et ad sūma vtutu desiderat pficē· sed tn ad huc
de corrupcōe carnis cōtradicōm senciut· incētiua car
nis· aut alias teptacōes tollerātes· De hoc btus greg
in vnj· lib· mor· narrat· d· mes hois pmē doloribus
pressa· in semetipa cōstingit· atqz a cunctis delectacōib
carnis· forti cogitacōne sepatur· ad sūma pficē appetit
tamē adhuc de corrupcōne corpis cōtradicōm sentit
vn p Iob· dr· Circudedisti me carne· Carne homo cirudat
quia plerqz et vtutu pfectib· ad alta exsurgē nititur
et tn carnis sue corrupcōe ppedit· Sed sancti viri q
mudiori corde celestiu archana desiderant· ancius ad hec
cottidie ardorib anhelāt· ibi iam plene saciari desiderant
vnde adhuc aliquid parū ore cōteplacōis degustat
pfecte cupiut carnis stimulu vincē· nichil in cogitacōe
illicitu de humori ia corrupcōe tollerare· Sed quia scrip
tu est· Corpus qd corrupit aggrauat aiam· Intēcione
quidē iam vltra se ipōs eminēt· sed cu adhuc infirmitatl
sue· incētis motib subditi· corrupcōis se carne clausos
dolent· Sed tn nec a iustis supbire reqnat· qui amore
veritatl accēsi· infirmitatl sue angustias· trāsgredi pfcē
cōcupiscut· Nec ab auctore iustorū iniuste dispoiut· qa
electorū suorū vota differēs cumulat· cruciās purgat· vt

ad percipiendum quod desiderant: quique convalescant. Electi autem quousque
ab intima quiete differuntur. ad cor suum redeunt. ibique a car-
nis sue tumultibus absconsi. qui amenissimum secretum petunt
sed in eo sepe temptationis aculeos senciunt. carnis incentiva
paciuntur. et ibi gravissimos labores perferunt. ubi magnam re-
quiem a labore quesierunt. hec Gregorius. Sed penitentes vel iam per
primam emundati non debent turbari si peccata prius commissa
vel alia quecumque eorum corda pulsent aut temptent dummodo
laborent ne cadant in opus vel consensum peccati. Nam sustinere
temptationes sine perfectione pravorum operum non est dampnacio
sed pocius augende virtutis. Testatur hoc Isidorus qui sic dicit
Animus ad primam conversus perturbari non debet. si rursum post
emundacionem relicta vicia cor depulset. dummodo non erumpant
in consensum vel opus. Ferre enim cogitaciones sine perfectione
viciorum non est ad dampnacionem. nec est occasio subeundi
criminis. sed pocius augende virtutis. Utile est enim servo dei post
conversionem temptari. quatenus a torpore negligencie sollicitati-
bus viciis. ad opera virtutis animus per exercicium properet vincere.
hec Isidorus. Sciendum eciam quod sunt nonnulli penitentes qui
se pro suis lamentis afficiunt excessibus. sed finita oracione
animum ad terrena gaudia iterum relaxant. et fit ut per immunem
risum hoc perdant. quod prius per gemitum lucrati fuerant.
De hoc beatus Gregorius super Ezechiele sic. Sunt nonnulli qui iam
a viciis se abstinent. ac in virtutibus exercent. et malorum
preteritorum conscii lamentis se in precibus afficiunt. sed finita prece
leti temporalibus gaudiis negligenter animum dimittunt. nec cu-
rant ne in eis lacrimarum meroris immoderata gaudia cre-
scunt. fitque ut bonum nimie ridendo perdant quod plangendo
lucrati fuerant. hec Gregorius. Sunt eciam nonnulli qui iam prava
non solum deserunt. sed eciam cum magnis gemitibus que se
egisse meminerunt deplorant. et tamen cum recordantur eorum que
contra deum peccando egerunt. magno timore concutiuntur
et quamvis se perfecte ad deum convertant. tamen de sua salute solli-
citantur. Nam ad memoriam veniunt prava opera que perpetraverunt
et utrum digne illa defleverint nesciunt. Et plerumque iam

104

omps deus pcca relaxat. sed tn afflicta mes dn valde
ptimescat de venia trepidat. Hoc tangit bts grg in mo
li° moraliu tractans illud Iob. Et fit liber a dno suo. sic
dicens. Scriptu quippe est. Omis qui peccat seruus est pcci
quia nimiru quibusqz se puo desiderio subicit. iniquitatis
dnio. libera mentis colla supponit. Sed huic dnio contra
dicim⁹. cu iniquitati qua nos ceperat reluctam. cu consue
tudini violent⁹ resistim⁹. et desideria puisa calcantes contra
hanc ius nobis libertatis ingenite vendicam⁹. cum
culpam penitudine pcutim⁹. et maculas sordiu fle
tibus lauam⁹. Plerūqz aut iam quidem mens quod
puise se egisse meminit deplorat. iam pua acta no solu
deserit. sed amarissimis etia lamentis punit. sed tame
dum eorum que egit reminiscat. graui de iudicio pauore
terret. iam se pfecte conuertit. sed adhuc se pfecte in secu
ritate no erigit. quia dum quanta sit districtio extremi
examinis pensat. int⁹ spem ac formidine sollicita trepi
dat. quia iustus iudex veniens. quid de pcccatis repu
tet. quid relaxet ignorat. Nam qui pua commiserat me
minit. sed an commissa digne defleuit nescit. ac ne cul
pe immanitas modu pnie transcat metuit. et plerūqz
culpa iam veritas relaxat. sed mens afflicta adhuc
de venia. dn valde sibi sit sollicita trepidat. Seruus g°.
hic iam liber no est. quia pccm suu homo ia corri
gendo et penitendo deserit. sed tn adhuc districtu iu
dice de eius retribucoe ptimescat. Ibi ergo fit a dno
liber erit. vbi de pcci iam venia dubitas no erit. Vbi
iam secura mentem. culpe sue memoria no addicit. Vbi
no sub reatu anim⁹ trepidat. sed de eius indulgentia
liber exultat. Sed si nulla ibi homo pcci sui memo
ria tangit. ereptu se esse vnde gratulat. Aut quo
largitori suo gras refert de venia qua accepit. si in
themente obliuione transacte nequicie esse se pene debi
tore nescit. Neqz em neglecte ptereundu est. qd ps. ait.
Misericordias dni. ineternu cantabo. Quo ergo misericordias

dm̄· metūm cantat· si se fuisse miser͛ ignorat· et si
miserie trāsacte nō meminit· Dn̄ nunc largitori laudes
reddit· Sed rursū q͛redū est· quo electorꝝ mens ꝑfecta
esse in btītudine poterit· si hanc int͛ gaudia meōria sui
reatus tangit· Aut quō ꝑfecte lucis claresat glīa· quā
reducta ad aīm ob vmbrat culpa· Sed sciedū est· quia
sicut sepe nunc trastū leta reminiscim͛· Ita tūc trāsacte
nequicie sine lesione nr̄e btītudinis recordam͛· Plerꝝ
qȝ em̄ in colonitatꝭ tpe· ad meōriā dolores p̄titos·
sine dolore reducim͛· et quo egros recolim͛ eo incolu
mes plus amam͛· Erat ergo et in illa btītudine cul
pe meōria· nō que mētem polluat· sed que leticie ar
cius astringat· Vt dū dolores sui anim͛ sine dolore
reminiscat͛· et debitorē se medico veri͛ intelligat· et eo
magis acceptā salutē diligat· quo molestie meminit
quā euasit· In illa em̄ leticia· sic tunc sine tedio ma
la nr̄a cōspicim͛· sicut nunc in luce positi· sine vlla
cordis caligine aīō tenebras videm͛· quia et si ob
scurū est q̄d mēte cernim͛· de iudicō est hoc luminis· nō
de passione cecitatꝭ· Et meātim ergo laudes nunc largi
tori nō referim͛· et nequaq̄ mise conscīe grauam͛· quā
dum mala nr̄a· sine aliquo mētis malo respicim͛
et nunq̄m erit qd corda laudātiū· de trāsactis iniq̄tatib͛
polluat· et semꝑ erit· q̄d ad laudem lībatoris attēdat
hec grē. Ex hys igit͛ dcīs scīssimi viri colligē possum͛
difficillime posse hominem ꝑfectā securitatē in hac vi
ta de remissione pctōrꝝ habē· hec em̄ libertas et omis
salutꝭ ꝑfecta securitas· in etn̄a solū pr̄ia habebit͛· Et
ideo laborare debem͛· q̄tus ꝑ pniam et bona opa· ad
illam regionē· vbi nullus timor· sed ꝑfecta securitas
et secura iocūditas est ꝑuenire valeam͛· Et quāuis sin
peccā͛ dam sit· qd pacta congrua et decēti pnīa· nō sit
opus vt agat homo vlteri͛ pniaȝ exteriorē· sed quia
incerti sum͛ de ꝑfecta pctōrꝝ remissione· Vnde valde
salubre est omnibus· maxīe tn̄ illis· qui multa scelera

et enormia comiserunt. Ut quidem in hoc corpusculo
durant in penitentia tam interiori quam etiam exteriori se exer-
cere studeant. Melius est enim plus facere quam minus.
Ut ex hoc tanto maiorem fiduciam de venia peccatorum ac ce-
lesti gloria in suis extremis habeant. quanto constancius et
diutius in castigacione sui corporis et bonis operibus mo-
durant. De hoc Hugo de sancto Victore sic dicit. Penitentia alia est
exterior. alia interior. Penitentia exterior est in afflictione car-
nis. Penitentia interior est in contritione cordis. Per penitentiam
exteriorem castigatur culpa pravi operis. Per penitentiam interio-
rem emundatur culpa prave voluntatis. Secundum quanti-
tatem delicti. mensura correctionis pensanda est. Agite
inquit fructus dignos penitentie. Aliud est enim fructus penitentie
aliud est ipsa penitentia. Si displicet tibi quod fecisti
penitentiam agis. Si persequeris et punis quod fecisti. fructus
penitentie facis. Sed quia secundum mensuram delicti. correctionis men-
sura pensanda est. Ideo fructus dignos penitentie nos facere
oportet. Si in correctione minor est afflictio quam in culpa
delectatio fuit. non est dignus fructus penitentie. Sed dicis
michi. Quomodo scire possum. quando condigna sit penitentia mea.
quia scire hoc non potes. ideo necesse est semper penitere.
Satisfacere potes minus facere non potes. Melius est ut plus
facias quam minus. Idcirco sollicitus esto satagere da operam
studium impendere. ut culpa sit cum fine. devocio sine fine.
Hec Hugo. Et quamvis secundum Crisostomum sine omni intervallo
lacrime penitentis et remissio peccatorum simul sint. hoc verum
est quantum ad culpam sine offensa dei. quam statim remit-
tit sine mora. Sed secundum Albertum qui dicit in tractatu
super missam. Oportet hominem per multa trahi antequam
peccatum penitentis destruatur. quantum ad maculam. Et ideo ut
premissum est. multum fructuosum et salubre est propter
maiorem securitatem ut homo in actibus penitentie et bonis
operibus perseveret usque ad finem. Circa quod etiam notandum
quod sunt nonnulli qui perdurantes in carnis integritate.
tamen se conspiciunt minus habere quod defleant. ad ferviorem spiritus.

ac devocionis per amorem se inflammare non timuit. Et sepe nonnulli post carnis peccata eciam enormia ad deum per penitenciam revertentes. tanto se in bonis actibus ferventius exercent. quanto se conspiciunt gravius errasse. et fit plerumque quod istorum vita deo accepcior. quam illorum qui sibi sufficere vite sue innocenciam putabant. De hoc narrat beatus gregorius. in cura pastorali sic dicens. Sepe nonnulli ad deum post carnis peccata redeuntes. tanto se ardentius in bonis operibus exhibent quanto dampnabiliores de malis vident. Et sepe quidam in carnis integritate permanentes. cum nimis se respiciunt habere quod defleant. plene sibi sufficere vite sue innocenciam putant. atque ad fervorem spiritus. nullis se ardoris stimulis inflammant. Et fit plerumque deo gracior amore ardens vita post culpam. quam in securitate torpens innocencia. Hec gregorius. Unde unusquisque in quocumque statu sit positus. ne tardet per penitenciam et bona opera converti ad dominum. Si quis carnis integritatem in se nondum violavit. gracias agat deo de tanto dono sibi collato ab ipso. revocet tamen ante oculos mentis si quid per consensum vel delectacionem carnalis peccati erravit. quamvis ad actum non pervenit. Vel si eciam per spiritualia vicia seu quecumque alia peccata dominum offenderit. et pro illis compungatur et penitenciam agat. et bona opera. ac humilitatem cordis. carnis integritatem in se studeat conservare. Nam talis si in castimonia perseveravit. et cum hoc timorem dei ac humilitatem habuerit. et se in bonis operibus exercitavit. maiorem graciam. ac ferventiorem caritatem a domino obtinebit. Si quis vero lapsus est in carnalia peccata vel alia crimina. non tamen multa redeat ad consciam. et per opera penitencie ac lacrimas satagat sua facinora emundare. Si quis autem in multa crimina est prolapsus. et multa peccata enormia et inpia comprehendit se commisisse. et longo tempore in hiis et aliis viciis quibuscumque perseverasse. nec tunc debet desperare. sed ex toto corde debet se ad dominum convertere. et quanto se conspexerit. contra suum creatorem magis deliquisse. tanto propensiora penitencie opera ac lacrimarum compunccionem laboret deo satisfacere

et de ceteris a similibus caueat. et in bonis actibus usque in fine vite perseueret. Si sic egerit. procul dubio veniam peccatorum. et gratiam a domino consequetur. et nondum etiam quod vere penitentes nichil perdit de tempore. per satisfactionem recuperat tempus preteritum. per bona opera custodit. et tenet tempus presens futurum vero tempus per bonum propositum seu voluntatem. hoc probat beatus Bernhardus sic. Vere penitentes de tempore nichil perdit preteritum recuperat per satisfactionem. et presens per bona opera et futurum per immobilem voluntatem. hec Bernhardus. Sic igitur habemus de penitentia et eius partibus. videlicet contritione confessione. et satisfactione et de circumstanciis tangentes primam partem et eius partes. Sequitur. Filius interrogat patrem

Considero virum. et quodam terrore conturbor. eo quod plures penitentes. post conuersionem suam ad deum per introitum ordinis. habitum religionis assumentes. minus discrete se habent. Nam per immoderata ieiunia et indiscretas vigilias seu alias castigationes. corpus suum nimis affligentes. nonnumquam dolorem capitis et corporis debilitatem incurrunt. vel etiam sensum rationis perdunt. et per consequens efficiuntur sibi et aliis inutiles. ad hoc tue dominum rogo. vt de virtute discretionis me instruere velis. vt in hiis que agenda sunt. semper cautius et circumspectus esse possim.

De discretione quam habere debent penitentes. capitulum xxxiiii. Pater

De discretione super qua petis informari. Scire debes quod hec virtus videlicet discretionis omni volenti deo seruire multum est necessaria. maxime tamen penitentibus et nouiter ad vitam salutis conuersis. Nam sunt nonnulli qui post multa peccata statum religionis assumentes. opera penitentie aggrediuntur. et se ipsos per penitentiam et vigilias. ac ceteras castigationes corporales indiscrete affligunt. et sic corpore debilitati. vires ad bonum agendum in ipsis deficiunt. Nonnumquam etiam sensus amittunt. spiritus extinguitur. et totus spiritualis profectus dissipatur. hec vero indiscretio oritur ex feruore spiritus. que nouelli et nouiter conuersi habent. et a bona voluntate

scdm quã etiã se regût. et nõ scdm racõnẽ. Nam ñlcs
volentes p suis excessibus satisfacẽ dño. semetipos p
indiscreta opa pñie afficiut. et hoc ideo faciũt. quia
p talia fcã putãt se placẽ. seu etiã obsequiũ pstare
Sed quãuqȝ talib᷒ pplexus laqueis se circũdatũ sen-
serit. sciat hoc subtilem temptacõm esse dyaboli. Ipe
em̃ hostl antiq᷒ laborat vt p viciũ indiscrecõis tollat
de corde hoĩs delcãcõnẽ dei. ac boni opis effectum.
De hoc btũs Bnh᷒ sic dicit. Non habet hostl callid᷒
machinamẽtũ efficacius ad tollendã de corde dilcõẽ
qm̃ si efficẽ possit. vt in ea incaute et nõ cũ racõne am-
bulet. Vbi aũt vehemẽs feruor et emulacõ. ibi maxĩe
discrecio necessaria. que est ordinacõ caritatl. Discrecõ eñ
nõ tã virt᷒ est. qm̃ quedã moderatrix affectuũ et morꝝ
et doctrix. Vnde qui in discrecõne conũsat. suã ipius sa-
lutem opat. hec Bnh᷒. Necesse igit est. vt cauti et cĩrcũ-
specti sim᷒. non tam in cauẽdis malis. qm̃ etiã in
agendis bonis. vt nrã fcã boni sortiãt finẽ. Vnde
btũs grg. in iij. li. morꝝ. de hoc sic dic. Sepe em̃ qd bono
studio gerim᷒. dum discrecõne caute negligim᷒. quo indi-
cent fine nescim᷒. et nõnũqȝ hoc fit reatus criminis.
qd putat causa virtutl. Vnde necesse est. vt nõ solum
intueam̃ quid agim᷒. sed etiã cum qũta discrecõne
pagam᷒. Primũ quidem ne mala quoquõ. post-
modũ vo ne bona incaute faciam᷒. hec grg. Qui
cuqȝ ergo opat bonũ opus indiscrete. vltra vires
corpus suũ affligendo. magl peccat qm̃ meretur.
Testat hoc btũs Bnh᷒ qui dicit. De rapina offert olocau-
stum. qui nimia egestate. vl sompnij penuria corp᷒
suum affligit. Et Cassian᷒ in coll. patꝝ. Magis ait
peccat qm̃ meret. qui vltra vires suas bonũ opus
opat. hec Cassian᷒. Qm̃ sit vo periculosũ indiscrecõis
viciũ. btũs Bnh᷒ in epl̃a ad carthusienses. de hoc sic dic.
Sunt namqȝ corpalia exercicia. in quib᷒ necesse est
corpus laborarẽ. sicut sũt vigilie et ieiunia. et alia
huiusmodi que spũalia nõ impediũt sed adiuuãt. si

cum ratione et discretione fiat. Que si ex indiscretionis
vicio sic agantur. ut vel deficiente spiritu. vel languente
corpore spiritualia impediantur. Cum sic est. corpori suo tulit
boni operis effectum. spiritui affectum. proximo exemplum
deo honorem. sacrilegus est. et hoc omnium in deum reus. Ta-
men aliquando affligendum est corpus. sed non conterendum. quia
modus in omnibus habendus est. Item quod ad modicum
sed tamen non in concupiscencijs. cura carnis agenda est
Agenda est sobrie. et cum spirituali quadam disciplina. ut
neque in modo eius. neque in qualitate. neque in magnitudine
appareat aliquid quod non deceat servum dei. Non solum
in hoc. sed et omnem vitam nostram quamvis hominibus
occultam. exhibere debemus castam et honestam. omnemque
conversacionem nostram sanctis angelis conspicabilem. agilem
et delectabilem. quamvis inter domesticos parietes inclusam.
Hec Bernhardus. De hoc eciam. Isaac abbas syrie sic dicit
Corpus infirmum. si supra virtutem suam ad opera cogeris
obtenebracionem. super imponit anime. et confusionem
magis super inducit. Corpus vero forte. si ociositati et
requiei dederis. omnis malicia perficiatur in anima habi-
tante in eo. Unde maior est omni virtute discrecio. Hec ysaac
Ex hijs igitur dictis colligere possimus. quod bona opera magis indi-
geant discrecione quam devocione. et quamvis devocio deum ama-
tis terminum non debet amare. debet tamen terminum et discre-
cionem habere opus bonum operantis. De hoc beatus Gregorius sic dicit
Nolo vos orare usque ad tedium. Ieiunare usque ad defec-
tum. Flecte genua usque ad debilitatem. Bona enim opera
non tam indigent devocione quam discrecione. Hec ille
Dicit eciam de hoc beatus Bernhardus Sicut nullum terminum vel finem
debet habere devocio amantis. sic suos terminos et fines et
regulas. debet habere accio operantis. Nam virtus discre-
cionis absque caritatis fervore iacet. et fervor vehemens
discrecionis temperamento precipitat. Hec Bernhardus. Unde quilibet
homo corpus suum cum discrecione debet castigare.
et curam apud illud diligentem. qui ita egroto tum sibi com-
mendatum adhibere. Ad hoc hortatur beatus Bernhardus sic dicens

Quia omnis institucio animalis hominis circa corpus est et composicionem exterioris hominis. ideo docendus est racionabiliter membra sua castigare. et inter carnem et spiritum qui invicem iugiter adversum se concupiscunt. iustum racionis ac discrecionis habere iudicium. nec alicui corpori in iudicio accipere personam. Docendus est sic habere corpus suum. sicut egrum commendatum. cui eciam multum volenti inutilia sunt deneganda. utilia vero eciam non volenti ingerenda. sic de eo agere. sicut de non suo. sed eius a quo precio magno empti sumus. ut glorificemus eum in corpore nostro. Hec Wilhelmus.

Sciendum igitur est. tam magnam esse virtutem discrecionis. quod sine illa nulla virtus potest perfici. nec in suo vigore permanere. nec eciam quisquam ad perfeccionis statum sine illa posse pervenire. De hoc habetur in collacionibus patrum. Ubi Moyses abbas in secunda sua collacione sic dicit. Discrecio est sine qua nichil omnino sponte ante agere permittimur. ita ut ne ipsum quidem spirituale vinum quod letificat cor hominis sine ipsius summam moderacione percipere. Secundum illud. Cum consilio omnia fac. Cum consilio vinum bibe. Et iterum. Sicut civitas muris diruta et non circumdata. Sic est vir qui non cum consilio aliquid agit. Cuius privacio quam perniciosa sit monacho. testimonii huius exemplum ac figura declarat. Dirute enim ac sine muris comparatur civitati. In hac sapiencia in hac intellectus sensus quoque consistit. sine quibus nec interior nostra edificari poterit domus. nec spirituales poterunt divicie congregari. Secundum illud. Cum sapiencia edificatur domus. et cum intellectu iterum erigitur. Cum sensu implentur necessaria omnibus diviciis preciosis et bonis. Quibus manifestissime declaratur. nullam sine discrecionis gracia perfecte posse vel perfici vel stare virtutem. Et ita tam beati Anthonii quam universorum sentencia diffinitum est. discrecionem esse. que fixo gradu intrepidum monachum perducat ad deum. ceterasque virtutes iugiter conservat illesas. cum qua ad consummacionis excelsa fastigia minore possit fatigacione conscendi. Et sine qua multi eciam propensius laborantes perfeccionis nequiverunt

culmen attingere. Omnium namque virtutum generatrix custos
moderatrixque discretio est. Hec Moyses abbas. Non dubium
est quod sine discretione virtutes bone esse non possunt, quia
per indiscretionem ipse virtutes virtutis nomen amittunt. Et
ideo sine discretione vera bona animi que sunt virtutes nec
acquiri poterunt nec conservari. Ad ipsam etiam pertinet di-
ligenter attendere quantum quisque cotidie proficiat vel quantum
deficiat. Et in valitudine sui corporis seu fortitudine solerter
pensare et prout vires suppetunt se ad virtuosa opera exten-
dere. Ista et quedam alia de discretione tangit Richardus
de sancto Victore in tractatu super Benyamyn adolescentulus sic dicens:
Tunc virtutes veraciter creduntur esse bone quando sunt non solum
ordinate sed etiam moderate, quia dum virtutes discretionis mo-
deramen excedunt virtutis nomen amittunt. Nam timor sepe
nimius cadit in desperationem. Dolor nimius in amaritudinem.
Spes immoderata in presumptionem. Amor superfluus in adula-
tionem. Leticia superuacua in dissolutionem. Ira intemperata in fu-
rorem. In hunc itaque modum virtutes in vicia vertuntur si per
discretionem minime moderentur. Unde patenter apparet quod vera
bona animi sine discretione nec posse acquiri nec posse con-
servari. Merito ergo illa virtus singulariter diligitur sine qua
nulla acquiritur, nulla consummatur, nulla conservatur. Et no-
tandum quod multa de discretione legendo multa discimus au-
diendo. Verumtamen numquam de hac ad plenum erudimur sine experien-
tie magisterio. Primum est ergo ut sathagamus singulis vir-
tutibus studium frequens impendere. Quod dum facimus necesse est
nos sepius cadere. Oportet nos sepe resurgere et frequenter col-
lapsum addiscere. Qua vigilancia, qua cautela oporteat
bona virtutum acquirere vel custodire. Sic dum longo usu
virtutum disciplina addiscitur, quandoque mens diu exercitata
ad plenam morum discretionem perducitur. Quanto enim acrioribus
temptationibus urgemur, quanto crebrioribus periculis exercemur,
tanto perfectius ad discretionem erudimur. Et sepe aliarum
virtutum dampna discretionis sunt lucra. Etiam ad discretio-
nem pertinet diligenter attendere frequenter discutere quantum animus

cotidie proficiat. vel quantum forte deficiat. quibus cogita-
tionibus magis inficiatur. quibus affectibus magis tangitur.
Debet non solum vicia cordis. sed etiam invalitudines cor-
poris perfecte cognoscere et secundum hoc unicuique exigit salu-
tis remedia querere. quesita adhibere. Ipsam nosse opor-
tet. non solum vicia sua. sed graciarum munera et virtutum
merita. sed et ipsa diligenter distinguere. et que sit bo-
nitatis vel que dona gratie subtiliter pensare. promptum
habere debet. quibus temptacionum machinis malignus spiritus
eum impugnet. quantis spiritualium gaudiorum consolacionibus
habundet. quam frequenter eum divinus spiritus vivificet. Et ut
totum breviter concludam. debet discrecio interna totum interioris
et exterioris hominis statum et habitum inquantum possibile
est plene cognoscere. nec solum qualis sit. sed etiam qualis
esse debeat. subtiliter querere diligenter investigare. Per hanc
tamen animus assidue eruditur. quousque perducatur ad plenam cog-
nicionem sui. cumque animus diu exercitatus in virtutibus in
sui cognicione plene eruditus fuerit. ad cognicionem quoque
dei poterit sustolli. Hec Rich. Ecce quanta est virtus discre-
cionis. que non solum perducit ad virtutum perfeccionem. verum etiam
ad fidei cognicionem sive contemplacionem. Ideo ab uno
quoque religioso et volenti in spirituali vita proficere. est
merito diligenda. Sequitur. Filius interrogat patrem

Hanc discrecionis virtutem ut audio omni volenti
proficere in religiosa vita. multum necessarium esse
perpendo. sed quomodo quis ad eam pervenire valeat. vel per
quem modum acquiratur hec virtus. de hoc peto informari.

Scire debes **Quomodo acquiratur virtus discrecionis. xxxv.**
quod virtus discrecionis maxime per duo acquiritur.
Primum est diligens inspeccio exemplorum pre-
cedencium patrum. Nam cum nos studiose legendo investi-
gamus vitam sanctorum patrum. qualiter in hoc mundo vixerint
quid nobis aut quomodo agendum sit. per eorum discrecionem et
exempla edocemur. De hoc beatus Gregorius in xxviii° libro moralium
super illo verbo. Vel quis tetendit super eam lineam. sic dicit.

Super hanc enim terram linea tenditur. quando electe uniuscuiusque anime
ad simplicem vivendi regulam patrum precedentium exempla
monstrantur. ut ex illorum vita considerent. quid in suis actibus
servent. quatenus respectu iusti limitis tramite. nec infra mi-
nima negligens deficiat. nec ultra maxima superbiens ten-
dat. nec minus conetur explere quam sufficiat. nec accipiat
plus quam accepit. Ne autem ad mensuram quam debet non per-
veniat. aut eandem mensuram descendens extra limitem ca-
dat. Angusta quippe porta est que ducit ad vitam.
et ille hanc ingreditur. qui in cunctis que agit discretionis
subtilitate propter hanc sollicite coartatur. Nam qui per vo-
luptates proprias secura mente se dilatat. anguste sibi por-
te aditum dampnat. Ut ergo huius terre mensura fiet. super
eam divinitus linea tenditur. quia ut ma opera vel minora
perficiant. vel maiora moderentur. per sacra eloquia subtilis
ante nos sanctorum vita expanditur. et quid nobis quantumque
agendum sit ostensa eorum discretione diffinitur. Sciendum etiam
quod plerumque virtus cum indiscrete tenetur amittitur. Cum discre-
te intermittitur plus tenetur. Nec mirum si id in corporeis
intelligimus. quod agi et in corporeis rebus videmus. Ex
studio namque cum arcus distenditur. etiam in suo tempore cum
utiliter tenditur. Quod si ocium relaxationis non accipit feriendi
virtutem ipso usu tensionis perdit. Sic aliquando in exercitatione
virtus. cum per discretionem permittitur reservatur. ut tanto plus va-
lenter feriat. quanto a percussione interim prudenter cessat.
Subtili ergo discretione super hanc terram linea tenditur
quando ostensis undique exemplis precedentium patrum et utiliter
ad operationem virtus accenditur. et non magis valide temperatur. h. gg.
¶ Secundum est per quod virtus discretionis acquiritur. vera humili-
tas. oportet enim qui vult ad hanc virtutem pervenire. ut
se humiliet. et non solum que agenda sunt. sed etiam cogita-
tiones perplexas sibi advenientes senioribus et magis expertis
intimare studeat. nec suo sensui adhereat. sed illorum iu-
dicio et diffinitioni acquiescat. Qui igitur sic egerit. non solum
deceptiones dyaboli evadet. verum etiam in cunctis que agenda sunt

magis securius et cautius incedet. De hoc habet in colla-
cionib9 patrum. Ubi moyses abbas in sua scda collacione sic ait
Vera inquit discrecio nō nisi vera humilitate conquirit᷑. Cui9
humilitatꝭ hec erit prima pbacio, Si vniuersa. nō solū que
agenda. sed etiā que cogitant᷑. seniorū reseruent᷑ examini
vt in nichil quis suo iudicio credens. illorum ꝑomnia diffinicio-
nib9 acquiescat. et quid bonū vel malū debeat iudicare
eorum tradicione cognoscat. Que institucio nō solū p verā
discrecionis viam. iuuenē recto tramite docebit incedere
verumetiā a cunctis fraudib9 et insidys inimici seruabit
illesum. Nullaten9 enī decipi poterat. quisq̄s nō suo iu-
dicio. sed maiorum viuit exemplo. nec valebit ignoracioni
eius callidus hostꝭ illudere. qui vniuersas cogitaciones in cor-
de nascentes ꝑniciosa verecūdia nesciat obtegere. sed eas ma-
turo examine seniorum vel reprobat vel admittit. Illico namqȝ
vt patefacta fuit/cogitacio maligna marcescat/ et antequā
discrecionis iudiciū proferat᷑. serpens teterrim9. velud tenebro-
so ac subterraneo specu v̄tute confessionis ptract9 ad lucem.
et traduct9 quodāmō. ac dehonestat9 abscedit. Tam-
diu enī suggestiones eius noxie dñant᷑. in nobis
q̄diu celant᷑ in corde et ideo sp̄ seniorum summa caucione sūt
sectanda vestigia. atqȝ ad eos cuncta que in cordib9 ori-
unt᷑. sublato confusionis velamine defenda. Nam sacer
nemine diffinicoib9 suis vel iudicio ꝓprio confidente ꝑfec-
cionis culmen conscendere aliquē posse. Sed nec dyabli quidē
ꝑniciosa illusione nō decipi. Omni igit᷑ conatu. debet
discrecionis bonū v̄tute humilitatꝭ acquiri. que nos ille-
sos ab utraqȝ pte nimietate seruare. Ad vnū enī finem
nimietas ieiunii. ac voracitas puenit. eodemqȝ dis-
pendio vigiliarum inmoderata continuacio. monachū q°
sompni grauissimi torpor inuoluit. Nam p excessū
continencie debilitatū quemqȝ ad illū statū reuocari ne-
cesse est. in quo negligens quisqȝ ꝑincuriā detinet᷑. ita
vt frequēt᷑ quos p castrimargiā decipi nō potuisse con-
spexim9. ꝑ inmoderatom ieiuniorum vidim9 fuisse deiectos

atqz quã vicerit passione infirmitatis occasione col-
lapsos. Vigilie quoqz et pnoctacões irracõnabiles deiece-
runt. quos sompnus supare nõ potuit. Quapropter secundum
aplm̃ per arma iusticie que a dextris sunt. et a sinistris
recto moderamine trãseundũ est et inter vtrasqz inimicitates dis-
crecõe moderante gradiendũ est. vt nec a tradito cõtinẽcie
tramite nos acquiescamus abduci . nec rursum remissi-
one noxia in gule ventris qz desideria corruamus. Itaqz
sicut festinãdũ nobis est ne per appetitũ corporee volupta-
tis in dissolucõem noxiam dilabamur. et ante pstitutũ tempus
vel cibo indulgẽ. vel modũ eius excedere psumamus. Ita
est esce sompni qz refectõ hora legittima. etiã si horre-
at ingẽnda. Vtroqz etenim bellũ adũsarii faccõne cõsurgit.
et pniciosius cõtinẽcia immoderata. quam saturitas remissa
supplantat. Ab hac namqz ad mẽsurã discrecõis intercedẽte
salutari cõpuncõne cõscendi pt. ab illa nõ pt. hec Moyses
abbas. Et quamuis corpus durius sit tractãdũ ne rebelliat
tñ cũ discrecõe hoc faciẽdũ est. vt seruire deo sufficiat. Vnde
btũs Bnñs dicit. Duri quidẽ tractãdũ est corpus ne rebel-
liat. ne insolescat. sic tamẽ vt seruire sufficiat. quia ad ser-
uiendũ spiritui datum est. hec Bnñs. Nam per abstine-
nciam carnis vicia sunt extinguẽda non caro. Ideo cũ modera-
mine cuncta sunt agenda. sic vt caro nõ lasciuiat. et tamẽ
ad bona opa faciẽda non deficiat. De hoc btũs Gg. dicit
in 30 li. mora. Per abstinẽciã quippe carnis vicia sunt extin-
guenda non caro. et tanto quisqz sibimet debet moderamine
pesse. vt ad culpam caro nõ supbiat. et tñ ad effectum recti-
tudinis in opacõe subsistat. hec Gg. Si aut propter defectum
aliquẽ vel debilitatẽ deficiunt vires ad bñ opandũ. bo-
nã voluntatẽ habeamus ad agendũ bonum opus. et mer-
cede nõ puabimur. Ad hoc faciẽdũ hortatur Hugo sic. d.
Si deficiant vires ad opus aliquod. aut ad actũ voluntatis
pticipem adhibeamus et affectum. hec Hugo. Vnusquisqz ergo
vires suas penset ac discuciat. et prout valet se in bo-
nis opibus exerceat. et tñ discrecõe ac circũspeccõe ~~cuncta~~

cuncta que facienda sunt bona opa pagat. ne in piculum
in discretionis cadat. Mensuram etiam debitam in omnibus
actibus suis obseruare studeat ne uno tpe per abstinentiam
se affligat. Alio vero tpe de cibo delicato et superfluo nimis
indulgeat. Nam sunt nonnulli qui uno die abstinentiam
arripiunt. Alio vero die carnibus uel aliis cibariis delicatis
se replent. Uno die vestibus vilibus incedunt. altero vero ornatis
ac mollibus vestiuntur. Hodie plamentacionem et fletum se affli
gunt. Cras risus cum cachinno pferunt. Hodie humiles et mi
tes. cras superbi. Hodie quieti et obedientes. cras turbidi et
contradictores. Hii tales sic se habentes sunt reprehensibiles
et virtute discretionis carentes. Debet enim famulus dei in omnibus
factis suis. unam regulam congruam et districtam tenere per quam
possit deo placere. et semetipsum. ac proximo utilem exhi
bere. De hoc tractat Effrem abbas in psalterio sua omelia. sic dicens.
Proiciamus a nobis consuetudinem malam. et quasi vestimento
virtute induamur. Maxime nos qui iam conuersatione an
gelicam pmeruimus. inserimus ac regulam illam bonam
atque perfectam patrum morum assumamus. ne hodie abstinentiam
arripias. et cras comminia celebrare incipias. ne hodie
aque potum accipias. et cras vina peregrina desideres. ne
hodie discalciatus. et cras calciamenta diuersa pquiras. ne
hodie cilicinam vestem. et cras mollibus induaris. ne hodie
vilissimo habitu. et cras comptus et ornatus incedas. ne ho
die humilis et mitis. cras vero petulans et superbus. ne ho
die quietus et obediens cras autem turbidus et contradictor
existas. ne hodie in fletu et lamentatione. et cras risus
cum cachinno prorsus pferas. ne hodie super nudam hu
mum quiescas. et cras mollicia lecti delecteris. Sed ad v
nam regulam bonam temetipsum constringe. per quam possis
deo placere. et tibimetipsi ac proximis utilem exhibere.
hec Effrem abbas. Sic igitur patet de virtute discretionis.

Perpendo etiam plurima fieri ¶ Filius interrogat
in sancta religione. que perturbant mentem meam.
et scandalisant animum meum. Nam multos conspicio.

intrare sanctum ordinem habentes bonum propositum. nec tamen perseve-
rant in bono prout ceperunt. sed paulatim de die in die
desideria spiritualia in eis deficiunt. et se ad secularia con-
cupiscencia effundunt. ex qua eciam occasione multa mala
oriuntur. Insurgunt namque ex hoc ambiciones officiorum
ac dignitatum. dissensiones. discordie. invidie. inobe-
diencia. ypocrisis. et omnis dissolucio. et inordinacio.
propter que omnia multa scandala fiunt in ordine. De hiis omni-
bus et aliis inconveniencijs que modo versantur in religi-
one obsecro ut velis michi aliqua enarrare. Quod multi
intrantes ad sanctum ordinem in bono proposito non perseverant sed deficiunt
et de diversis inordinacionibus que in sancta religione committuntur.

Multa enim inconveniencia. Cap. xxxvi. pr. re.
et inordinaciones fiunt in ordine. sed hec omnia
habent primo ortum a negligenti conversacione incipien-
cium. Nam sunt nonnulli penitentes qui venientes ad sanctam
religionem forcia facta agere proponunt. sed non perseverant
quia paulatim in virtutibus deficiunt. et sancta deside-
ria in eis languescunt. De quibus per beatum Gregorium in xix. libro
moralium sic dicitur. Sunt nonnulli qui ad conversionem venien-
tes non tales quales ceperunt perseverant. quia paulisper
per augmenta temporum paciuntur detrimenta virtutum. Sensim
quippe in eis desideria superna languescunt. et qui forcia
ac robusta proposuerant. debilia ac infirma consummant. Quorundam
electorum conversacio plus finiendo peragit quam proponit incho-
ando. et si tepidius prima inchoat. ferventer extrema con-
summat. videlicet semper inchoare se estimat. et ideo infa-
tigabilis in novitate perdurat. hec Gregorius. Tales igitur qui
sic deficiunt a bono proposito habitum mutant. assumen-
tes religiosam vestem. sed non animum. neque mores
quia vitam et acta veteris hominis non deponentes. solum de ha-
bitu quem superferunt fiduciam habent. De talibus beatus Gregorius super
Ezechielem sic dicit. Sepe videmus nonnullos ad vocem predicatoris
qui ex conversione conpunctos habitum non animum mutasse. ita ut
religiosam vestem sumant. sed anteacta vita non

calcaret. Ire stimulis agitari, malicie dolore in proximi le-
sione fervescere, de ostensis quibusdam bonis ante huma-
nos oculos superbire, presentis vite lucra inhyanter querere, et
de solo exterioris habitu quem susceperunt vite sanctitatis fiduciam
habere. Quibus quid aliud dicendum est, nisi hoc quod magister egre-
gius quibusdam legis exteriora servantibus loquitur dicens: In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet neque preputium, sed no-
va creatura. Non enim magni est meriti si quid for-
te erga nos agitur in corpore, sed magnopere pensandum
est quid agatur in mente. Nam presentem mundum despicere,
transitoria non amare, mentem medullitus in humilitate deo
et proximo sternere, contra illatas contumelias patientiam servare,
et custodita patientia dolorem malicie a corde repellere, ege-
nis propria tribuere, aliena nimirum non ambire, amicum in deo
diligere, propter deum et eos qui inimici sunt amare, de
afflictione proximi lugere, de morte eius qui inimicus
est non exultare: hec est nova creatura. Ad veterem autem
hominem pertinet presentem mundum querere, transitoria ex concu-
piscentia amare, mentem in superbiam erigere, patientiam non
habere, ex dolore malicie de proximi lesione cogitare, sua
indigentibus non dare, atque ad multiplicandum aliena
querere, nullum propter deum pure diligere, inimicicias ini-
micis reddere, et de afflictione proximi gaudere. Cuncta hec
vetusti sunt hominis, que videlicet de radice trahimus corrup-
tionis. Hec Gregorius. Huiusmodi autem defectus virtutum maxime causatur
ex hoc quia multi post perpetrata peccata ad deum per penitentiam
redeuntes, cum ceperint aliqua bona facere, sed statim ini-
quitatum suarum quas prius fecerunt obliviscuntur, et mentis
oculos in quibusdam bonis operibus suis figunt. Qui si timerent
districtionem venture iudicii, plus metuerent de malis
suis quam de bonis perfectis exultarent. Non enim absolu-
tus est debitor qui reddit multa, sed qui reddit omnia.
Vel quid prodest bonam viam carpere et non perficere? Magis
quippe debemus inspicere bona que nondum fecimus quam illa
que egimus. De condicione huiusmodi hominis beatus Gregorius in xxij°.

libro morum sic dicit. Sunt vero nonnulli qui cum bona ali
qua faciunt. iniquitatum suarum partem obliviscuntur. et cor
dis oculum in consideratione bonorum operum que exhibent
figunt. atque eo se iam sanctos estimant. quo mala bona
que agunt. malorum suorum in quibus et fortasse adhuc im
plicati sunt. memoriam declinant. Qui si districtionem iudicis
vigilanter attenderent. plus de malis suis metuerent. quam de
imperfectis bonis exultarent. plus inspicerent quod de hiis
que adhuc agenda sunt debitores tenentur. quam operantes
iam quedam debiti partem solvunt. Neque enim absolutus
est debitor. qui multa reddit. sed qui omnia. Denique quid
prodest longum iter agere vel carpere et non consummare. Nam quid
vitam eternam querimus. quid aliud quam quedam itinera agimus
per que ad patriam festinamus. Sed quid prodest si carpimus
multa. si ea que ad pervenimendum restant negligimus. reliquit.
More itaque viatorum. nequaquam debemus aspicere. quantum iam iter
egimus. sed quantum superest ut peragamus. Amplius igitur debemus
inspicere. que bona necdum fecimus. quam ea que nos iam fecisse
gaudemus. Sed habet hoc proprium humana infirmitas ut
plus ei intueri libeat quod sibi in se placet. quam quod
displicet. plerumque enim hoc vitio etiam temptantur electi
plerumque eorum cordi suggeritur. ut bona que fecerunt. ad
animum revocent. et securitatis iam leticia exultent. Sed
si vere electi sunt ab eo quod sibi placet. mentis oculos divertunt
omnem in se peracti boni leticiam deprimunt. et de hiis que
se minus egisse intelligunt. tristiciam requirunt. indignos
se estimant. et pene soli bona sua non vident. que in se
videnda omnibus exempla prebent. Hinc est quod paulus
dum expleta in se bona postponeret. et sola adhuc
reliqua que esset explenda cogitaret. dicit. Ego me non
arbitror apprehendisse. Hinc est quia ut possit se humiliare
de bonis que agebat. studebat ad animum preterita mala
reducere. dicens. Qui prius fui blasphemus et persecutor et con
tumeliosus. hec gregorius. Propter tale igitur negligentiam qua sit
admittimus in suis virtutibus. putant patres nimia perfecerunt.

non proficimus. Illos enim legimus de die in diem profecisse.
Nos vero utinam possimus in primo proposito permanere. ut non
minus humiles. timorati. solliciti. ac minus ferventes in medio
quam in principio videamur. Sed hec ideo nobis accidunt. quia cum
per dei misericordiam a peccatis per primam liberamur. ex hoc aliquam
alleviacionem in consciencia nostra concipimus. et ex consequenti nos
post hoc in quandam leticiam ineptam effundimus. quod satis vo-
lentibus proficere incautum est. De hoc dicit beatus Bernhardus. Non
sine causa. cum sint nobis eadem cum patribus conversio-
nis principia. dispar valde profectus invenitur. Ipsos enim
de die in diem profecisse legimus et cursum consummasse. Sed
nunc magnus apud nos estimatur. si quis ipsa conversionis
principia consequitur. ut non minus humilis. timoratus. sollicitus.
non minus fervens in medio quam in principio videatur. Causa
autem huius pessime apostasie hec est. quia cum per dei misericordiam
a peccatis liberamur. et remissionem consequimur peccatorum. ex hac
alleviacione et exoneracione consciencie. quandam letam et iocundam
devocionem concipimus. quam deinde in retorsum in spiritum convertere
debemus. et ex hoc magis ac magis servire deo. Iuxta gl.
Quanto maiora a deo beneficia accipimus. tanto ad servien-
dum fortius obligamur. tandem letam et iocundam fiduciam
non in spiritu. sed in exteriore ineptiam convertimus. quod est
iniquitas maxima. a qua cautos nos facit apostolus dicens.
Vos in libertate vocati estis. tamen ne detis eam in occasio-
nem carnis. Unde ad omnem graciam nobis datam. trepidemus
timentes. ne indigne operemur in ea. Quod autem quosdam
videmus ferventes in servicio dei. et in bonis operibus. quosdam
vero vix ad pauca facienda compelli. hoc operatur spiritus sanctus
qui habitat in illis. in istis vero non. Testatur hoc beatus
Bernhardus qui sic dicit. Sunt quidam in religione qui ad omnia
vite necessaria vel exercicia. non solum ambulant. sed et cur-
runt. ymo volant. ut eis vigilie breves. sed et labores
appetibiles videantur. Alii non sic. sed cum timore et pudo-
re vix ad illa compellimus. Unde hec diversitas. nisi quia
illos ignis divinus inhabitat. Istos vero non. hec Bernhardus.
Qui vero sic frigidi sunt in amore dei. illis non sapit

lectio · nō oratō · nō deuotō · nō silenciū · nō vigilie · nō
ieiunia et cetera que aguntur in sancta religione · non
dulcescunt eis · et ideo tedet eos vita ordinata. Unde
eos sequitur propter huiusmodi tedium · desiderant et querunt occupari
exterioribus officiis et occupacionibus · ut per talia temporaliter
consolentur · quia interiora bona nō sapiunt eis. Sed quia nō
sunt radicati bene in timore dei · et sancta conuersacione. Ideo
cum ad exteriora agenda effunduntur seu occupantur · ab omni bo-
no operis statu eradicantur. Valde enim in extremis actibus infri-
gidatur animus · si per intima dona nō fuerit solidatus. De hoc
habetur in xiiii° li° moralium. Ubi beatus gregorius sic dicit. Nisi enim pue-
cor longo studio · et diuturna conuersacione · in desideriis celes-
tibus conualescat · cum ad exteriora agenda effunditur · seu oc-
cupatur · ab omni statu boni operis eradicatur. Quia sunt non-
nulli qui post persuasa intima celestes vias appetunt. Sed prius
quam in eis · desideria bona roborentur · quedam illos presentis
seculi prosperitas accipit · que eos · rebus exterioribus impli-
cat · et eorum mente diuina a calore intimi amoris retrahit
qui frigore extinguit · et quicquid in eis · de virtutum flore
apparere videbatur interficit. In extremis quippe actibus valde
frigescit animus · si nec dum fuit per intima dona solidatus
Unde necesse est · ut loca maiora · vel exteriora opera · que humanis
sunt necessitatibus prefuta illi exercenda suscipiant · qui hec
diiudicare · atque sub semetipsis premere · ex virtute intima
nouerunt. Nam cum infirmus quisque · vel ad locum regiminis
vel ad exteriora agenda trahitur · quasi extra se ducatur era-
dicatur. Quia et arbor que radices prius in altum nō mittit
citius ventorum impetu sternitur · si se ad alta tunc extollit
eoque citius ad yma corruit · quo altius sine radicibus
extremit · hec gregorius. Nondum tamen quod nonnunquam etiam religio-
si viri per officia exteriora · et temporales curas occupantur. sed
hoc faciunt · nō ex ambicione alicuius vanitatis sine so-
lacii temporalis · sed solo timore dei · ac utilitate proximi
seu obediencia superiorum · et ideo tales nō deficiunt · a bono pro-
posito · ac sancta conuersacione · sed pocius merentur · quia aliud habent
in desiderio · et aliud exercent in officio. Desiderant enim

soli deo vacare. sed tamen propter timorem non renuunt te-
poralibus curis subiacere. Unde sciendum quod aliquis potest esse
in seculo implicatus uno modo per presentiam corporalem. alio
modo per mentis affectum. Omnes igitur religiosi. qui circa
opera vite active occupantur. sunt in seculo secundum presentiam
corporalem. non tamen sunt in seculo. quantum ad mentis affectum
quia in exterioribus occupantur. non quia querentes aliquid in mun-
do. sed solum propter divinum obsequium. Utuntur enim hoc mundo
tamquam non utentes. secundum dictum pauli. De talibus beatus gregorius
in v° li° moralium sic dicit. Cum constet plerumque etiam bo-
nos non terreno studio. terrenis curis implicari. Unde
sepius contigit. ut qui solam celestem patriam diligunt
terrene patrie curis subiacere videantur. quorum ministerium a
pravorum operibus. plerumque in actibus nonnumquam vero ante supernum
iudicem. sola cogitatione discernitur. Plerumque quippe superna
sapientia et gratia discernitur. qualiter debeat. et ad aliud va-
care intrinsecus. et ad aliud extrinsecus occupari. ut
si forte occulta dei ordinatione aliquid eis non appetentibus
de huius seculi curis imponitur. cedant deo quem diligunt. et
pro amore eius intrinsecus solam illius desiderent visio-
nem. pro timore vero eius imposita sibi intrinsecus humiliter
expleant actionem. ut et deo vacare appetant ex gratia dilec-
tionis. et rursum curas suppositas ex condicione expleant
servitutis. Cumque occupationes extrinsecus perstrepent. in-
trinsecus in animo eos pacatissima quies tenet. Sicut
enim vigor mentis frenandis preest motibus carnis. sic
sepe impositas tumultus occupationis bene regit amor
quietis. Quia exteriores cure si perverso amore non appe-
tuntur. non confuso sed ordinato animo ministrare queunt
Sancti etenim viri nequaquam eas appetunt. sed occulto or-
dine summi sibi impositas gemunt. Et quamvis illas pro me-
liore intentione fugiant. tamen per subditam mentem portant
Quas quidem summopere si liceat vitare festinant. Sed ti-
mentes dei occultas dispensationes. tenent quod fugiunt et
exercent quod vitant. Intrant enim ad cor suum. et ibi consulunt

quid velit occulta voluntas dei. seseque subditos debere
esse. summis ordinacionibus cognoscentes. humiliat autem
cordis iugo. divine dispensacionis. Quisquis vero talis est. qui
licet tumultus versentur extrinsecus. nequaquam ad eius interiora
perveniunt. Ita ut aliud agat intrinsecus voto. aliud ex
trinsecus teneat officio. hec Gregorius. Debet igitur vir spiritualis
curam exteriorum occupacionum assumere. cum defuerint alii
qui debito modo possint illa administrare. De hoc beatus Gregorius
in xix° libro moralium dicit sic. Sacrum est. quod cum proximorum
causis exterioribus. que apte disponant desunt. debent hii quoque
qui spiritualibus donis pleni sunt. eorum infirmitati condescende
re. terrenis quoque illorum necessitatibus. in quantum decenter valent
caritatis condescensione succurrere. Nec tedere animum debet. si sensus
eius contemplacioni spiritualium semper intendens. aliquando per dispensa
cionis rebus minimis quasi minoratus inflectitur. quando illud verbum per
quod constant omnia creata. ut prodesset omnibus assumpta humanitate
voluit paulominus ab angelis minorari. Quid ergo mirum
si homo se propter hominem attrahit. dum creator hominum et
angelorum formam hominis propter homines suscepit hec Gregorius. Et
quamvis religiosis viris. timentibus deum ac amantibus. nonnumquam
sit meritorium. huiusmodi cura exteriorum. sine honore eternum sb
ne. tamen qui sentiunt ~~sentiunt~~ se propter tales occupaciones in
cordibus suis in amore dei ac in sancto desiderio impediri
et mentes suas per diversas sollicitudines temporalium rerum dissi
pari. Ideo gemunt et turbantur. eo quod non licet eos vacare
contemplacioni et devocioni prout desiderant et prius facere consue
verunt. Et ideo hec occupacio. magis est eis quedam penalitas
sive afflictio quam consolacio. De talibus beatus Gregorius in quinto
libro moralium exponens illud verbum Iob. Quare data est
misero lux etc. sic dicit. In scriptura sacra nonnumquam lucis
nomine prosperitas. noctis autem appellacione huius mundi adver
sitas designatur. Unde per psalmistam dicitur. Sicut tenebre eius. ita
et lumen eius. Quia enim sancti viri. ita prosperitatem seculi despi
cientes calcant. sicut et adversitatem eius calcantes tolerant.
pro magna mentis celsitudine mundi sibi et adversa

et pspa substernetes dicit. Sicut tenebre eius. etc.
Ac si apcius dicat. Sicut merorem mẽ fortitudis eius
tristicie nõ pmit. ita hanc nec blandimeta corrupiut
Sed quia hec ut p diuiciis l bonoꝝ mete. etiã cũ non
subleuãt pturbat sancti uiri qui se in huiꝰ exilij erũp
na miseros agnoscũt. claresce in eius psperitate refugiut
Unde bñ nũc dr. Quare data est misero lux. Lux quippe
miseris dat. qñ hij qui sublimia cõteplãtes esse se in
hac pegrinacõe miseros agnoscũt. claritatẽ trãsitorie
psperitatis accipiut. Et tum ualde defleant. quia tarde
ad priam redeũt tollerare. insup honera honoris com
pellũt. amor eos eternoꝝ cõterit et gl̃ia de tpalibꝰ accidet
Cui dũ cogitãt q̄ sint q̄ i infimis tenet. et q̄ sint q̄ de sublimibꝰ nõ
uidet. q̄ sint se i terra fulciũt. que aũt de celestibus perdide
rũt. psperitat sue merore mordent. quia et si uident
nequaq̃ se ab ea funditꝰ opprimi pensãt. tñ sollicite
cogitacõne suã in amore dñi et in eius dispensatione
ptiti. Unde bñ subdit. Et uita hijs qui in amaritudine
anime sunt. In amaritudĩe quippe aĩe sũt oms electi
quia ul puniri flendo nõ desinũt. q̃d deliqrũt. ul q̃m
se merore afficiũt. quia longe huc a facie cõditoris p
iecti. adhuc interne patrie gaudijs nõ sũt. De quoꝝ corde
bñ p Salom dr. Cor q̃d nouit amaritudinẽ anime sue
in gaudiũ illius nõ miscebit alienus. In amaritudine
namq; sũt corda repboꝝ. quia ipis etiã puis desiderijs
suis affligũt. sed eandem amaritudine nesciũt. q̃a
pensare quod tollerãt. sponte sua excecati nõ possũt
At cõtra cor bonoꝝ amaritudinẽ suã nouit. q̃a erũp
nã exilij. qua piectus laceratur intelligit. et q̃m sunt
tranquilla que pdidit. q̃m cõfusa in quibꝰ cecidit se
tit. Sed hoc amaritatiũ cor ad gaudiũ sũm quamq; re
diuatur. atq; in eius gaudio extraneus nõ miscet. quia
is qui nũc ab hoc merore cordis foras se p desideria
eicit. seclusus tũc ab illa intima eius sollepnitate rema
nebit. Hij itaq; qui in amaritudine anime sũt. mori

mundo funditus concupiscunt. ut sicut ipsi in seculo nichil
appetunt. ita iam a seculo nulla obligatione teneantur. Et
plerumque contingit. ut iam homo mundum mente non teneat
sed tamen mundus hominem occupationibus astringat. et ipse quidem
mundo iam mortuus est. sed ipsi mundus adhuc mortuus
non est. Quasi enim vivus adhuc mundus eum conspicit. dum alio
intentum in suis actibus rapere contendit. Unde paulus. cum ipse
seculum perfecte despiceret et talem se esse videret ait. Michi mundus
crucifixus est. et ego mundo. Mundus quippe ei crucifixus
erat. quem huc cordi suo iam mortuum non amabat. Sed
et seipsum mundo crucifixerat. qui talem se ei exhibere stu-
duit. ut ab eo quasi mortuus concupisci non posset. Quia
igitur nec paulus mundi gloriam querebat. nec a mundi gloria
ipse querebatur. et se mundo et mundum sibi crucifixum esse gloriatur
Quod quia multi appetunt. sed tamen usque ad culmen extinc-
tionis omnimode non assurgunt. recte gementes dicunt. Quare
data est etc. Vita quippe amaricatis datur. cum mundi gloria
tristibus gemitibusque tribuitur. In qua nimirum vita pena
se validissimi timoris afficiunt. quia et si ipsi mundum non
tenent. adhuc tamen tales esse metuunt. qui a mundo tene-
antur. quia nisi ei quantuluscumque vivent. hos ad usum suum
procul dubio non amaret. Mare enim viva corpora in se re-
tinet. Nam mortua extra se protinus expellit. Sequitur.
Qui expectant mortem et non venit. Desiderant quippe se
mortificare funditus. atque ab omni vita glorie temporalis extin-
guere. Sed occultis sepe dei iudiciis. vel preesse in regimine.
vel occupata in minutis honoribus compelluntur. atque inter hec
mortificationem plenissimam indesinenter expectant. sed expec-
tata mors non venit. quia eorum usus temporalis glorie etiam no-
lens vivit. quam tamen propter divinum timorem tolleraret. sed
intus quidem desiderium pietatis. foris autem explet ministe-
rium ordinis. Quatenus nec ad perfectionem per intentionem recedat. nec
dispositionem conditoris per superbiam contradicat. Quia enim divi-
nitatis pietate agitur. cum is qui perfecto corde ad contem-
plationem tendit. humanis ministeriis occupatur. ut et multis

infirmioribus eius mens perfecta proficiat. et quo semetipsam
imperfectam respiciat. inde ad humilitatis culmen perfectior as
surgat. Nonnunquam enim viri sancti unde desideriorum suorum
detrimenta tollerant. inde maiora lucra consiliis aliis por
tant. quia dum eis vacare ut appetunt non licet rapere secum
alios quibus admiscentur libet. Fit ergo mira dispensatione
pietatis. ut unde se destitutiores estimant. inde locupletio
res ad celestis patrie constructionem surgant. Nonnunquam vero
idcirco ad cepta desideria minime perveniunt. ut ipsa in hac
mente tarditate ad eadem desideria relaxato mentis sinu
dilatentur. et que extemporanea fortasse impleta poterant vilescere
dispensatione agitur. ut repulsa crescant. Sic quippe mor
tificati appetunt. ut iam perfecte si liceat conditoris sui
faciem contemplentur. Sed eorum desiderium differtur. ut proficiat
et tarditatis sue sinum mittitur ut crescat. Unde bene spon
sam in sponsi sui desiderio anhelans clamat. In lectulo
meo per noctem quesivi. quem diligit anima mea. quesivi
illum et non inveni. Abscondit se sponsus cum queritur. ut
non inventus ardentius queratur. Sed differtur querens sponsa ne
inveniat. ut tarditate sua capacior reddita multiplicius
quandoque inveniat quod querebat. Sequitur. Gaudentque vehementer
cum invenerint sepulchrum. Sicut enim sepulchrum locus est quo
absconditur corpus. ita divina contemplatio quoddam sepulchrum
est mentis. quo absconditur anima. Cum enim huic mundo adhuc
vivimus. cum mente in eo foras vagamur. Sed mortui in sepul
chro abscondimur. cum mortificati interius in secreto inter
ne contemplationis celamur. Sancti igitur viri ab importunitate
desideriorum temporalium. a tumultu inhabilium curarum. a clamore
perstrepentium turbationum. semetipsos sacri verbi studio mor
tificare non desinunt. atque intus ante dei faciem in sinu mentis
absconduntur. De quibus bene paulus dicit. Mortui enim estis
et vita vestra abscondita est cum christo in deo. Qui enim mortem
querit gaudet dum sepulchrum invenerit. Quia qui mortificare
se appetit. valde ad inventam requiem contemplationis hila
rescit. ut extinctus mundo lateat. et a cunctis exteriorum pertur

tpalium ptbacoibus intra sinum se intimi amoris abscon
dat. hec gg. Ecce quo devoti viri ac religiosi inviti oc
cupant. cum curas rerum tpalium. Qz vo ipas occupacoes
exteriores subeunt ppt timore dei et obediam qua supi
oribz suis exhibent hoc faciunt. Econtrario vo illi qui tio
re ac amore dei carent secularibz curis libent intendunt
Et quanto magis pexteriores occupacoes mente distrahunt
tanto frigidiores in dileccoe dei et celesti desiderio efficiu
ntur. De hoc p btm gg. dr. Intenti enim curis seclaribz
tanto insensibiliores intus efficimur quanto ad ea q foris
sunt studiosiores videmur. Usu quippe cure terrene a celesti
desiderio obdurescit animus. dum ipe usu suo durus efficitur
p actiom seculi ad ea emolliri non valet. que ptinet
ad caritate dei. hec gg. Qui vo sic indurat p affectum
inordinatum in actoibz seculi consciam acquirit confusa
cum autem in se requiem ppt remorsum conscie invenire non
poterit. animi intencone foras egreditur. et in hys que
foris sunt. hoc est in voluptatibz carnalibz et lasciviis
et in ceteris malis delectaconem querit. De hoc btus Aug in glo.
sup ps. dicit Quisqis in corde portat mala consciam. inquietum
habet cor. Qui autem quietum non habet cor. habitare in corde suo
libenter non pot. Tales foras exeunt a seipsis. animi intencoe
et de hys que foris sunt. ita corpus delectant. quiete in
nugis. in spectaculis. in luxuriis et in omnibz malis
querunt. Et quare foris sibi volunt esse bn. qa non est illis
intus bn unde gaudeat in consciam. hec Aug. Hy tales
qui sic sunt p concupiscencias secli et carnis dissipati
querunt in hoc mundo psperari. alios rebz et honoribz p
cellere. quiete que est in monastio reputant labore. curam
vo et fatigacom. qua habent in rebz seclaribz estimant
delectacom. Ista tangit btus gg. in xvi li. mor cum dicit
Quisqis in hoc mundo psperari appetit. ceteros rebz tum sede
et honoribz transire. huic nimirum cura secularis in delectacoe
est. quies in labore. Valde enim fatigatur si desit cura se
cularis qua fatigetur. Pravae etenim mentes inde delectabiliter

pascunt. Unde p inq̄etudiem incessant agitant. h. gg.
Qui igit sic viuunt. et tale dissolutā vitā ducunt. ha-
bitū quidē religionis deferunt. sed concupiscēcijs carnis
dediti mundo viuūt. Unde qn̄ eos cū secularib⁹ psōis oc-
cupari uel conuersari contigerit hitu et gestu se esse reli-
giosos simulant. et qā nō sūt q̄d ptendūt. eciā in ypo-
crisis viciū incidūt. quoꝝ studiū est nō v̄tutes amaē
sed vicia palliare ac tegē. De quib⁹ dicit bt̄s Bnh⁹. Cris-
ticia ypocritaꝝ. non in corde sed in facie est. Oues sūt
habitu. vulpes actu. et crudelitate lupi. Neq̃ hoc est
v̄tutes colere sed colorare vicia. hec Bnh⁹. Post ypocri-
si vō sequunt̄ eciā alia vicia. que mōchos tales inordia-
tos apphendūt. videlz supbia et auaricia. que in re-
ligiosis valde sūt rephēsibilia. De supbia coꝝ dicit
bt̄s Bnh⁹. Magis abhomināda est supbia mōchi qm̄ luci-
feri. Ille supbiuit in celo. iste in cenobio. Ille in delicijs
iste in miserijs. Ille optus omī lapide pciōso. iste in
sacco et cilicio. hec Bnh⁹. De auaricia vō bt̄s Isid⁹. dicit
Qui amat pecuniaz. deū amare nō pt. Si peculiaritas
in mōchis sit. neq̃ concordia neq̃ pax i congregacōe
coꝝ erit. Quid est mōchi hitus. nisi despectō mundi.
Quo ergo mundū despiciunt. qui auꝝ q̄runt. Ubi auꝝ. ibi
et viciū placet. in xp̄i milicia nō q̄ras lucꝝ. hec Isid⁹.
Post hm̄ōi aūt vicia iam pmissa. mōchū inordiatū
et dissolutū. multa alia inconueniēcia sequunt̄. Nam
sūt multi inordinati fr̄es in diuersis conuentib⁹. quib⁹ mo-
steriū uel ambitus carcē est lectio abhoiacō. quies vexa-
cio. silenciū tediū. hij tales. dāpna reꝝ tpaliū gemunt
ruinā vō v̄tutū nō plagūt. ad lacinaꝝ copulacōne
rudes et indocti. ad recitādū fabulaꝝ nugas facūdi.
cum stāt ad orādū. nec plorāt. nec suspirāt. cū vō
sūt in auditorio. in risu et cachinno exaltāt vocē suā
et alia q̄m plurima satis rephēsibilia et abhoiabilia
que solent exercē religiosi inordinati. et dissoluti. quoꝝ
execrabilē conuersacōm. Anshelm⁹ i quadā auctē sic tāgit
d. Sūt quidā in congregacōe. qui faciunt ad oculū similac⁹

quibus claustrum carcer est. caritas cathena. continentia compe-
des. lectio abhominatio. quies vexatio. silentium amaritudo. me-
ditatio desperatio. Hii tales ad discurrendum huc atque illuc prom-
ti et alacres. ad sedendum in claustro egri et debiles. ad
predicandum verbum bruti et muti. ad tractandum de bobus
et ovibus astuti et acuti. dampna rerum temporalium gemunt et
plangunt. ruinam virtutum nec dolent nec senciunt. Ad investi-
gandum lacrimarum compunctionem rudes et indocti. ad recitan-
dum fabularum nugas facundi et faceti. Cum stant ad oran-
dum nec plorant nec suspirant. Cum sedent in auditorio in risu
et in cachinno exaltant vocem suam. Abbati adherent. pro cibis
et potibus pocius quam pro vite merito. aut sanitate eius. Priore
sequuntur pro quamvis obedientiuncula quam expectant. non
spiritualibus exerciciis que ipsi non amant. In psalmodia ster-
tunt et sompniant. in lectis detrahunt et diiudicant. Isti tales
se se ignorant. mundum amant. desideria carnis adhuc sus-
pirant. Ex ignorancia sui suboritur securitas. ex contemptu
tercia mundi levitas. ex desiderio carnis superflua cura et
cordis anxietas. Securitas reddit eos tepidos. levitas
vagos. cura divisos. Per securitatem tepescunt vacant. per
levitatem a preceptis mollescunt. per anxiam curam distenti
turbantur. et anxii fiunt. Hec Anshelmus. Beatus etiam Bernhardus
huiusmodi pusillas et viciosas condiciones hominum reprehendit. cum sic
ait. O homo velox ad mensas. tardus ad ecclesiam. potens
ad potandum. sed eger ad cantandum. pugil ad fabulas
sompnolentus ad vigilias. promptus ad loquendum. sed mutus ad
psallendum. promptus ad detractionem. sed tardus ad oracionem
Immundicie amator. sed Christi persecutor. festucas respicies
sed trabem non consideras. alterius mala contempnens. sed sua
non deserens. ceteros reprehendis te ipsum non corrigis. malicie
inventor. discipline destructor. Amicus viciorum. hostis virtutum.
Hec sunt que hominem excecant et a deo separant. Hec sunt que
conversum ad veritatem faciunt perversum. monachum demoniacum
christianum antichristum. Hec Bernhardus. Ex hiis igitur dictis iam
premissis colligere possumus ad quantas inordinaciones et dis-
soluciones devenit status monachorum. Quod deplangit beatus

Vnde commemorans vitam sanctorum et conuersacionem detestabilem
quorumdam modernorum monachorum sic dicit. Quis in principio
cum ordo cepit monasticus ad tantam crederet monachos inerciam
deuenire. O quantum distamus ab hiis qui in diebus Anthonij
extitere monachi. Siquidem illi cum se inuicem per tempus ex caritate
reuiserent. tanta ab inuicem auiditate panem animarum percipie-
bant. vt corporis cibum penitus obliti. diem plerumque totum
ieiunis ventribus non mentibus transigerent. et hic erat ordo
rectus. cum digniori parti prius inseruiebatur. nobis autem con-
uenientibus in vnum. iam non est dominicam cenam manducare.
Panem quoque celestem nemo est qui requirat. nemo qui
tribuat. nichil de scripturis. nichil de salute animarum. sed
nuge et risus et verba proferuntur in ventum. Inter prandendum
quantum fauces dapibus tantum aures pascuntur rumoribus. quibus
totus intentus modum nescias in edendo. Interim autem
fercula ferculis apponuntur. et pro solis carnibus a quibus
abstinetur. grandium piscium corpora duplicantur. Tanta quoque
accuracione arte coquorum preparantur. quatenus quatuor aut quinque
ferculis deuoratis. prima non impediant nouissima. nec
satietas minuat appetitum. Venter quippe oneratur dum
nescit. sed varietas tollit fastidium. et dum iam stomachus
crebris ructibus impletum se indicet. necdum tamen curiositas
satiatur. Infelix ergo stomachus cum omnia suscipere cogitur. op-
pressus magis obruitur quam reficitur. Iam vero sic surgenti
a mensa quid aliud libet nisi dormire. Si ad vigilias
indigestum cogis surgere. non cantum sed planctum potius
retorquebis. Ignoro etiam vnde inter monachos tanta intemperan-
cia in cibis et in potacionibus. in vestimentis et lectisternijs
equitaturis et construendis edificijs inolescere potuit. Ecce
enim parcitas putatur auaricia. sobrietas austeritas creditur.
silencium tristicia reputatur. E contra remissio discrecio dicitur.
loquacitas affabilitas. cachinnacio iocunditas. mollicies
vestimentorum et equorum fastus honestas. lectorum superfluus
cultus mundicia. Cumque hec alterutrum impendimus caritas
appellatur. Ista enim caritas destruit caritatem. Hec discre-
cio discrecionem confundit. Talis misericordia crudelitate plena est.

qua videlicet ita corpori servit ut animam iugulet. Hec Bernhardus
Ecce videmus quanta indecencia, dissolucio et inordinacio per
religiosas personas modo geritur in sancto ordine. Et ideo meri-
to dolendum. Nam quilibet qui sic perverse agit in quo abrenun-
ciavit seculo. Vocatus quippe est monachus ad ordinem propter
hoc ut tribulacionem sustineat. et ipse de seculari leticia solli-
citus est. Vocatus est ad mendicitatem, ad sitim, ad vigilias, ad
lamentacionem, ad taciturnitatem, ad humilitatem et ad ceteras vir-
tutes. et ipse in omnibus contrarium facit. Quid igitur talis mo-
nachus dicturus est cum iudicatus fuerit in extrema hora mortis
sue. De huiusmodi religiosis Abbas Effren in quadam sua omelia
sic dicit. In quo hunc seculo abrenunciasti karissime si rursum
regem seculare requiras. In tribulacione quippe vocatus es et
tu de leticia seculari perscrutaris. In mendicitate vocatus es et tu
de vestimento studium habes. In sitim quoque vocatus es et
aquam renues vinum bibere delectaris. ad prelium nichilominus
invitatus es et sine armis spiritualibus tu congredi cupis. Ad
vigilias quoque vocatus es et inercia sompni atque pigricia resol-
veris. Ad fletum et ad lamentacionem vocatus es et tu cum cachinno
risum effundis. In taciturnitate vocatus es et tu multiloquio
vano delectaris. In separacione vocatus es et vicinitatem negli-
gencium vitam suam non refugis. Eundem te regem suum vocavit
Christus et tu que terrena sunt sapis. In mansuetudine et humili-
tate vocatus es et tu superbus et elatus incedis. In assiduita-
te meditacionis et collacionem verbi dei vocatus es et tu unius
hore spacium fastidire incipis. Et quid ei in illa die dicturus
es si tua vicia expurgare neglexeris. Queso dilectissimi
sic agite ut cum fiducia sistamini ante tribunal terribilis et mag-
ni regis. et in conspectu milium angelorum. Hec Effren abbas.
Est etiam aliud quod satis reprehensibile est in sancta religione
videlicet de prelatis et subditis. Nam sunt nonnulli prelati
qui propter statum prelacionis quem habent super alios se extol-
lunt. subiectos sibi despiciunt. et quos potestate precellunt. etiam
vite meritis se precellere credunt. cunctis sapienciores se
existimant esse quia vident se ceteris amplius posse. Cum lau-
dantur extolluntur. et tales se esse credunt quales se foris audiunt.

Sed quilibʒ bon᷒ plat᷒. suā fragilitatē debet aspicē. et
se in suo corde hūiliare. ac p hūile cōu̅sacōm suis sū
bus studeat se cōformare. et tamē ex zelo dei pecca
tib᷒. p cēsurā iusticie debet obuiare. De talib᷒ platis
btē Greg. in xxvj°. li°. moꝝ. sup illo v̄bo. ds potētes
nō abicit. cū ipē sit potēs. sic ait. In vsu vite morta
lis. queda ex semetipis sūt noxia. quedā v̄o ex hijs
q̄ circa ipa v̄santᵃ. Ex semetipis quedā sūt noxia. sicᵗ
pcca atqʒ flagicia. Quedā v̄o nōnuq̄ nobis. ex hijs q̄
circa ipa sūt nocēt. sicut tpalis potēcia. Magna est
eñ potēcia tpalis. que habet apud deū meritū suū
de bona āministracōe regiminis nōnuq̄ cū q̄s p̄eminet
cetis. elacōe cogitacōis intumescat. et dū ad vsum
cuncta subiacēt. dū ad votū velocit᷒ iussa cōplentᵃ.
dū omēs sbditi si qua bona gesta sūt laudib᷒ efferūt
male gest᷒ aut̄ nlla auctē cōtdicūt. dū plerūqʒ laudāt
eciā q̄d obiurgare debuerūt. seduct᷒ ab hijs que infra
subdūtᵃ. sup se anim᷒ attollitᵃ. et dū forīs īmēso fauōe
circūdatᵃ. intus veritate vacuatᵃ. atqʒ oblit᷒ sui. ī voces
se spargit alienas. talē se credit. q̄lē foris audit. nō
qualē interi᷒ discnē debuit. Subiectos despicit. eosqʒ
eq̄les sibi nate ordiē nō agnoscit. et q̄s forte ptatē
excesserit. trāscēdisse se eciā vite meritis credit. cū se esti
mat ampli᷒ sape. quib᷒ se videt āplius posse. plerūqʒ
dū subiectoꝝ affluēcia anim᷒ inflatᵃ. in fluxū supbie
ipō potēcie fastigio lenocināte corrūpitᵃ. Oīs ei ptas
cauta regētᵉ indiget vita. Igitᵉ bn̄ hāc exercet ille. qui
scit p illā sup culpas erigi. scit eciā cū cetis eq̄litate
cōponi. Hūana etem̄ mēs plerūqʒ extollitᵃ. eciā cum
nulla ptāte fulcitᵃ. Quāto magis in altū se erigit. cū
se ei eciā ptās adiungit. Cū g° potēcie tpalis ministerīū
suscipitᵃ. sūma cura vigilādū est. ut sciat v̄n᷒ q̄sq̄ʒ. et
sumere ex illa q̄d adiuuat. et pugnare q̄d tēptat. et eq̄
lē se cū cetis tenēᵉ illa et tn̄ se peccātib᷒ zelo vlcōis pfte
Quā discrecōm agnoscim᷒. si paulū inuitem̄ᵃ. Paulus

bonis agentibus fratribus prelatum se esse nesciebat cum diceret. Non
quia dominamur fidei vestre. sed adiutores sumus gaudii vestri
atque illico adiunxit. fide enim statis. ac si diceret. Ideo non
dominamur fidei vestre. quia fide statis. equales enim vobis su-
mus ubi vos stare cognoscimus. Quasi se prelatum fratribus esse ne-
sciebat cum diceret. Facti sumus parvuli in medio vestrum. Nos autem
servos vestros per Ihesum Christum. Sed cum quod corrigi debuisset inveniret
illico magistrum se esse recoluit. dicens. Quid vultis in virga veniam
ad vos. hec Gregorius. De subditis etiam sciendum. quod sunt nonnulli
fratres conventuales qui prelatos suos in factis suis diiudicant
ac etiam super eos murmurant. et mores eorum probra indecen-
tia corrigunt. semetipsos vero incorrectos relinquunt. nec
aliquam diligentiam adhibent. ut proprium statum ordinent ad
perfectum virtutis. Numquam etiam cogitant si in tali dignitate aut
officio esset. melius vellet quam illi hec disponere ac ordina-
re. suum autem statum in quo sunt. nec sollicite discuciunt. nec
emendant. Sed quilibet devotus ac religiosus subditus suam
conscientiam respiciat. et prelatorum suorum facta non reprehendat
et quamvis forte sint in eorum vita. que iure reprehendi possint.
ipsi tamen propter hoc suo superiori reverenciam exhibere non obmit-
tant. opera tamen eorum si que reprehensibilia sunt. a subditis imitan-
da non sunt. Attendere etiam debet subditus. quod potestas regiminis
sine prelatura non potest administrari sine studio cure temporalis
Unde quod ipsi vexantur in exterioribus occupacionibus. inde sub-
diti sine omni sollicitudine melius vacare possunt in dei
laudibus. Et tunc subditus ac religiosus in suo claustro
ac ambitu existens bonis moribus et virtutibus rutilat. sui
superiorem qui curam exteriorem gerit non accuset. De hoc trac-
tat beatus Gregorius in xxv° libro moralium sic dicens. Subditorum mens ad
custodiam humilitatis edomatur. si infirmitas propria incessanter
attenditur. Sed tunc vires nostras veraciter examinare negli-
gimus. cum de nobis fortia credimus. et idcirco eos qui nobis
prelati sunt districte iudicamus. Quo enim nos minus agnos-
cimus. eo illos quos reprehendere nitimur plus videmus. Communia
hec mala sunt. que sepe a subditis in prelatis. sepe a prelatis

in subditis committunt. Quia et omnes subditos quibus praesunt
minus quam ipsi sunt sapientes arbitrantur. et rursum qui sub-
iecti sunt. rectorum suorum actiones iudicant. et si ipsos regimen
tenere contingeret. se potuisse agere melius putant. Unde ple-
rumque fit. ut rectores minus prudenter ea que agenda sunt vide-
ant. quia eorum oculos ipsa nebula elationis obscurat. Et non-
numquam is qui subiectus est. hoc cum prelatus fuerit faci-
at. quod dudum fieri subiectus arguebat. et pro eo quod illa
que iudicaverat perpetrat. saltem quia iudicavit erubes-
cat. Igitur sicut prelatis timendum est. ne eorum corda estima-
tione singularis sapientie locus superior extollat. ita subiectis
providendum est. ne sibi rectorum facta displiceant. Si autem
magistrorum vita iure reprehenditur. oportet ut eos subditi
etiam dum displicet venerentur. Sed hoc solerter intuendum
ne aut que venerari necesse est. imitari appetas. aut
que imitari despicias venerari contempnas. Subtilis et-
enim via tenenda est rectitudinis et humilitatis. ut sic repre-
hensibilia magistrorum facta displiceant. quatenus subditorum mentes
a servanda magistri reverentia non recedat. Sunt vero nonnulli
qui si parum quid de spiritali conversatione inchoant. cum rectores
suos temporalia agere et terrena considerant. mox ordinem superne
dispensationis accusant. quod nequaquam ad regendum boni prelati sunt
per quos conversationis infime exempla monstrantur. Sed hii nimi-
rum dum temperare se a seniorum suorum reprehensione negligunt. cul-
pe sue exigentibus meritis usque ad reprehensionem conditoris exce-
dunt. cuius profecto dispositio. inde ab humilibus rector agnoscitur.
unde ab elatis non recta iudicatur. Quia enim potestas regiminis
ministrari non potest. sine studio cure temporalis. aliquando omnipotens
deus mira dispensatione pietatis. ut tenere spiritalium mentes
a terrena cura disiuncte sint. omnis regiminis curas ac la-
boriosis cordibus iniungit. ut tanto illi ab hoc mundo securius
lateant. quanto hii exterius sollicitudinibus libenter elaborant.
In exhibitione quippe suscepti oneris. propriis quoque utilitati-
bus subditorum. dure vie tollerande sunt humane servitutis
et sepe ut dictum est misericordes deus. quos tenere diligit.

eos sollicitate ab exterioribus actibus abscondit. Unde et plerumque paterfamilias ad eum laborem servos dirigit, a quo subtiles filios suspendit. et inde filii sine vexatione decori sunt, unde servi in pulvere fedantur. Quod quam recte in ecclesia divinitus agatur, ipsa tabernaculi constructio signat. Ad moysen quippe divina voce precipitur ut ad tegenda sancta sanctorum ex bisso cocco atque iacincto vela texantur. Iussum quoque est ut ad protegendum tabernaculum vela cilicina et pelles extenderentur, que nimirum vel pluvias vel ventos vel pulverem tollerarent. Quid ergo per pelles et cilicia, quibus tabernaculum tegitur, nisi grossas hominum mentes accipimus, que aliquando in ecclesia occulto dei iudicio quamvis duriores sint perferuntur. Que quia ferire curis temporalibus non renituntur, oportet ut temptacionum ventos et pluvias de huius mundi contrarietatibus portent. Quid vero per tinctum coccum bissumque signatur, nisi sanctorum vita tenera vel clara, que dum caute in tabernaculo sub ciliciis et pellibus absconditur, sua integra pulchritudo servatur. Ut enim interiora tabernaculi bissus fulgeat, coccus choruscet, iacinctus ceruleo colore resplendeat, desuper pelles et cilicia ymbres et ventos et pulverem portant. Qui igitur et magnis virtutibus in sancte ecclesie sinu proficiunt, prepositorum suorum vitam despicere non debent, cum vacare rebus exterioribus videant, quia hoc quod ipsi secreti intima penetrant, ex illorum adiumento est qui contra procellas huius seculi exterius laborant. Quam enim candoris sui gratiam retinerent, si bissum pluvia tangeret, aut quid fulgoris atque claritatis coccus vel iacinctus ostenderet, si hec susceptus pulvis fedaret. Sit ergo desuper textura cilicii fortis ad pulverem, sit interius color iacincti aptus ad decorem. ornet ecclesiam qui solis rebus spiritualibus vacat, tegat ecclesiam quos et labor rerum temporalium non gravat. Nequaquam vero qui contra curam exteriora agentem murmuret is qui intra sanctam ecclesiam iam spiritaliter fulget. Si cum tu securus interius ut coccus rutilas, cilicium quod te protegit cur accusas. hec gg. Contra hoc etiam nondum quod sunt nonnulli subditi qui cum conspiciunt prelatos et superiores suos.

vite inordinate et voluptatibus deservire. ac negociis secula-
ribus nimis intendere. eo audacius ad lascivias. et ad alia
inconveniencia. eciam ipsi solent frena laxare. quia tanto
minus timent excedere. et inordinate vivere. quanto magis con-
siderant illos. qui eis debent preesse. veritatis ac discipline
declinare. De hoc beatus Gregorius in libro moralium sic dicit. Sciendum est. quod
quod a minoribus voluptuose agitur. maiorum disciplina cohibetur.
Cum vero maiores ipsi voluptati deserviunt. minoribus lascivie
frena laxantur. Quis enim sub discipline se constrictione retineat
quando ipsi qui iura districtionis accipiunt. sese voluptatibus relaxant.
Antiqua contra nos hostis tunc vehemencius vires accipit. quando et
ipsos qui pro custodia discipline prelati sunt. lenitati servire cognos-
cit. Tanto enim liberius ad feriendum occupatur. quanto et hii qui
intercedere pro culpa poterunt. voluptati vacant. Sic eciam dum pro
utilitatibus subditorum rectores nimie temporalibus curis inserviunt. ple-
rique eorum exemplo deterrescunt. Quod vero valde esse quis abne-
get. cum curam a pastoribus terrena quam celestia sollicitius
videt. Hec Gregorius. Movere eciam potest forsitan aliquos. cur omnipo-
tens deus nonnullos. qui videbantur esse bone et sancte vite errare
permittat et in peccatum cadere. De hoc sciendum est quod sunt plures
cause propter quas hoc accidere solet. Nam sunt nonnulli qui aliam
virtutem. vel eciam plures habent per quas innotescunt hominibus. et
ideo eos venerantur. sed in quibus viciis sive peccatis occulte
involuti sunt. que a proximis ignorantur. et ideo dominus qui
inspector est cordium. nonnumquam tales in aperta vicia cadere
permittit. ut cognoscantur ab aliis manifeste. quales sunt qui
prius in occulto viciosi fuerunt. Est et alia causa propter
quam aliqui permittuntur in peccatum cadere. videlicet superbia et
elacio. Sunt namque nonnulli qui castitatis virtute preeminent
sed humilitatem cordis non habent. et cum occulte per superbiam eri-
guntur. manifeste in carnis facinora cadere permittuntur. Sed
notandum quod nonnumquam casus istorum est cautela electorum. Nam
electi cum conspiciunt tales in quodam religioso statu esse.
et tamen propter occulta aliqua vicia. aut superbiam in carnis lu-
bricum. vel alia peccata cadere. Talia nonnumquam considerantes incipiunt

derum magis timere et in cunctis que agunt student cautiores esse, ac in humilitate mentis perseverare. Ista tangit beatus Gregorius in xxxiiii libro moralium exponens illud dictum quod dominus dixit ad Job de vehemoth. Et sternet sibi aurum quasi lutum. Sic dicit. Movet fortasse aliquem cur misericors deus fieri ista permittat ut leviathan iste mentes per suggestiones validas aurum, id est viros sanctitatis claritate fulgentes, quasi lutum sibi viarum inquinandarum substernat. Sed citius respondebimus quia aurum prius eius persuasionibus quasi lutum sterni potuit, aurum ante dei oculos numquam fuit. Sepe namque homo multis occulte peccatis involvitur et in una aliqua virtute magnus videtur. Que ipsa quoque virtus innotescens deficit, quia dum innotescat hominibus procul dubio laudatur, eiusque laus in ypocrisi appetitur. Unde fit ut ipsa virtus ante dei oculos virtus non sit, dum abscondit quod displicet, prodit quod placet. Que itaque esse merita apud deum possunt, quando et mala occulta sunt et bona publicata. Plerumque enim ut diximus latet superbia et castitas innotescit, atque ideo diu ostensa castitas circa finem vite perditur, quia cooperta superbia usque ad finem incorrecta retinetur. Alius elemosinis vacat, propria distribuit, sed tamen multis iniusticiis premitur. Vel fortasse linguam in detractionibus exercet. Et fit plerumque ut is qui misericors fuerat, iuxta finem vite sue et rapacitatis et crudelitatis stimulis inardescat. Quod valde iusto iudicio agitur, ut perdat et ante homines unde hominibus placuit, qui hoc unde deo displicuit corrigere numquam curavit. Alius paciencie studet, sed invidere aliis et servare in corde maliciam non cavet. Fit quoque impaciens, quia latebat dolens. Hii itaque pro aliquo aurum sunt et pro aliquo lutum. Atque hoc aurum quasi lutum sternitur, quando occultis exigentibus meritis etiam virtus que publice claruerat dissipatur. Sepe enim omnipotens deus occulta quorundam mala diu tolerat, et aperta eorum bona electorum suorum usibus profutura dispensat. Nam nonnulli mundum nequaquam fundit deserentes non perseverantes angustum iter arripiunt, sed ad quemdam angustam viam exemplo suo eos qui perseveraturi sunt accendunt. Unde plerumque contingit ut ipsum ho

quod bonum videtur omnibus non sibi sed potius solis electis viuant. Dum
exemplis suis ad bene viuendi studia perseuerantiores alios
non perseueraturi prouocant. Sepe quosdam videmus viam ingredi
ad locum propositum festinare. quos alii qui euntes conspiciunt sequuntur
eundemque pariter locum petunt. Sed fit plerumque ut irruente aliquo
implicationis articulo post remaneant qui preibant. et hii ad lo-
cum veniant qui sequebantur. Ideo enim quidam virtutis iter non perseue-
raturi inchoant. ut eis qui peruenturi sunt qua gradiantur
ostendant. Quorum videlicet casus vtiliter non modica electorum profec-
tibus fuit. quia illorum lapsum dum conspiciunt. de suo statu
contremiscunt. et ruina que illos dampnat istos humiliat
Discunt enim in superni adiutorii protectione confidere. dum plerosque
conspiciunt de suis viribus cecidisse. Cum ergo bene agere viden-
tur reprobi qui planum iter electis sequentibus monstrant. Cum
vero in lapsum nequitie corruunt. electis post se pergentibus
quam cauenda superbie fouea ostendunt. Hec gregorius. De hoc etiam
habetur in xxvi. libro moralium. vbi idem beatus gregorius citatis illud
verbum. Qui docet nos super iumenta et super volucres celi
erudit nos. sic dicit. Iumenta terre sunt qui vsu vite carnalis
yma appetunt. Volucres vero celi sunt qui superbie curiositatis
studio sublimia perscrutantur. Illi viuendo se deponunt infra
quam sunt. Isti inquirendo se eleuant vltra quam possunt. Illos
in infimis voluptas deicit carnis. Istos qui in superioribus
erigit libido curiositatis. Illis per sacra eloquia dicitur. No-
lite fieri sicut equus et mulus quibus non est intellectus. Istorum
superbus labor increpatur. cum dicitur. Altiora te ne quesieris. et
fortiora te ne scrutatus fueris. Docet ergo nos deus super iu-
menta terre et volucres celi. quia dum hoc quod sumus agnosci-
mus. nec carnis nos infirmitas deicit. nec superbie spiritus
eleuat. ne defluendo in ymis subicimur. nec superbiendo de
sublimibus inflammamur. Qui enim labitur carne iumentorum
appetitu consternitur. Qui vero extollitur mente more volucrum
quasi leuitatis penna subleuatur. Sed si vigilanter attenditur
vt et mentis humilitas et carnis castimonia teneatur.
cito cognoscimus quia alterum custoditur ab altero. Nam

sepe multis supbia luxurie seminariū fuit. quia dū
eos spūs. qui in altū erexit. caro in infimis mersit. hij
em̄ prius secreto eleuātur. sed postmodū publice corru
unt. Quia dū occultis intumescūt motibus cordis.
apertis cadūt lapsibus corporis. Sic sic elati iusta fue
rūt retribucōe feriendi. vt quia supbiēdo se hoībus
ptulerūt. luxuriādo vsque ad iumētorū silitudinē deuol
uātur. Homo quippe cū in honore esset nō intellexit. cōparatus
est iumētis insipiētibus. et silis factus est illis. Qui sic em̄
illos in altū pēna sublevauerat. De quibus paulus dicebat. Quia
cū cognouissent deū. nō sicut deū glificauerūt. aut
gras egerūt. Quo aūt in iumētorū aut plusquam iume
torū voluptatē ceciderūt subdit dicens. Tradidit illos
deus in desideria cordis eorū in inmūdiciā. Ecce caro
mersit. quo supbia sciā sublevauit. et volatu volup
taltra appetitū lapsi sūt iumētorū. atque inde subse
substrati sūt. vnde super nē videbātur. Custodiū itaque
est. et omi custodia mens a supbie timore suada
Nō em̄ aū oclos dei vacue cūsuolāt cogitacōes mē
et nulla momēta tpis p aūn transeūt sine statu re
tribucōis. Intus ergo videt deus qd mētē eleuat. et
ideo foris pmittit in valescē quod deponat. Intus
prius extollitur. qd foris postmodum luxurie corrupcōne
feriatur. Occulta videlicet culpa sequitur aperta pcussio.
vt malis exterioribus inferiora puniātur. et cor publice
corruat. qd latenter tumebat. Et inde p humilitatis
custodiā suada est mūdicia castitatis. Si em̄ pie
spūs sub deo pmitur. caro illicite nō sup spm̄ eleuatur.
Habet quippe spūs cōmissū sibi dominiū carnis. si tū
sub dno recognoscat iura legitīe suitutis. Nā si auctorē
supbiēdo cōtēpnit iure et a subiecta carne pmū
suscepit. Vnde et ille pimus inobediēs. mox ut supbi
endo peccauit. pudenda cōtexit. Quia em̄ cōtumeli
am spūs deo intulit. mox cōtumeliā carnis inuenit.
Et qui auctori suo esse subditus noluit. ius carnis

subdite qua regebat amisit. Ut et in seipso videlicet inobe-
dientie sue confusio redundaret. et superatus disceret. quid elatus
admisisset. Sic enim plerumque rivus libidinis de radice
nascitur elationis. quia tunc caro vincit. cum spiritus latenter
intumuit. Hinc enim est. quod longa continentia repente sol-
vitur. Hinc est. quod plerumque et usque ad senium virginitas
servata viciatur. Quia igitur negligitur humilitas cordis.
rectus iudex despiciat etiam integritatem corporis. et quosque
per apertum malum reprobos annunciat. quos dudum reprobos in
occulto tollerabat. Nam qui diu servatum bonum subito
perdidit. aput semetipsum intus aliud malum tenuit
ex quo ad aliud subito erupit. per quod ab omnipotenti deo
etiam tunc alienus extitit. quando se ei per munditiam cordis in-
herere monstravit. Quia igitur mentis elatio ad pollucionem
pertrahit carnis. reproborum cor a volatu volucrum. ad
petulantiam labitur iumentorum. Sancti autem viri ne appe-
titu bestiali. ad luxurie voragine devolvantur. sollicite
te cogitationes mentis a superbie volatu custodiunt. ac ne
in infima despiciendo corruant. omne quod sublimiter sa-
piunt. humiliter premunt. Recte itaque dicitur. Qui docet nos
super iumenta terre etc. Sancti enim viri super iumenta terre edocti
sunt. quia quidquid in imis per ambitum despiciunt. quia
nichil in hac vita quod pretereat querunt. Super volucres quoque
celi eruditi sunt. quia omnes immundorum spirituum insidi-
as comprehendunt. et potestates aereas. quas adhuc per carnis
infirmitatem tollerant. etiam vite meritis calcant. Mentes
quippe sanctorum transitoria cuncta despiciunt. et sub se labi
quidquid superbit. quidquid preterit contemplantur. et quasi in quodam
vertice constituto. tanto sibi omnia subesse conspiciunt. quan-
to semetipsas auctori omnium subdunt. atque inde cuncta trans-
cendunt. unde creatori omnium vera se humilitate substernunt. Hec Gregorius.
Ex hiis igitur dictis colligere possumus. quam cautos et humiles
oporteat nos esse. si in vita religiosa aut virtuosa volu-
mus usque ad finem perseverare. Sed quia de statu inordinato
qui heu modo per quosdam exercetur in ordine nostro incepi

ut illa iterum prosequamur. Unde considerandum ut supra dictum est
quod monastica disciplina valde modernis temporibus deficit.
et a sua perfectione languescit. Omnes enim que sua sunt que-
runt. et spreto celesti desiderio terrena avide concupiscunt.
Cur igitur ad illa que pro divino contempsimus amore. per
malum desiderium iterum redimus. ita quod et vovimus et promi-
simus deo per inordinatam vitam violamus. De hoc per petrum
damiani sic dicitur. Ad tantam quippe fecem cottidie semet
ipso deterior mundus iste devolvitur. ut non solum quilibet
sive secularis sive ecclesiastice conditionis ordo a statu suo
collapsus iaceat. sed etiam ipsa monastica disciplina solo
tenus ut ita dixerim redinata. ab assueta illa celsitu-
dinis sue perfectione languescat. Periit pudor. honestas
evanuit. religio cecidit. et velut facto agmine omnium sanctarum
virtutum turba procul abscessit. Omnes enim que sua sunt querunt
et contempto celesti desiderio terram insatiabiliter concupiscunt.
Et quia sub ipso mundi fine post mundum inhiare non
desinunt. qui post alta pelagi in littus evecti terram remi-
gio inaniter pulsant. Nos igitur qui mundo abrenuncia-
tores dum quasi terreni fluctus naufragium evasisse gloriam-
ur ad ea que pro divino amore contempsimus. retrogradis
incestos gressibus male estuanti desiderio recalemus. Et
dum cautionem quam cum christo pepigimus frangimus. violate fi-
dei pocius tormenta metuendum. quam premia possimus de mea
conversione sperare. Hec petrus damiani. Quicumque ergo
religiosus violat fidem agendo contra votum quod suo spo-
pondit creatori. merito apostata debet censeri. Nam sicut
duobus modis receditur a deo. fide vel opere. Sic duobus
modis efficiuntur apostate. relinquentes fidem. aut prava
opera agentes. Unde si monachus agit contra suam professi-
onem mortaliter peccando. merito apostata debet nuncu-
pari. etiam si habitum deserat religionis. De hoc beatus
gregorius super ezechielem sic dicit. Ezech. quod sicut duobus modis a deo
receditur. sic duobus modis a deo apostate homines fiunt.
Nam unusquisque a creatore suo aut fide recedit aut opere.

Sicut ergo qui a fide recedit apostata est. ita qui ad
versum opus quod deseruerat redit. ab omnipotenti deo a
postata absque ulla dubietate deputabitur. etsi fidem
tenere videatur. hec Gregorius. Nondum etiam quod sunt nonnulli in
sancta religione qui solum gloriantur de eo quod plures annos
habeant in ordine. quod vero ipsi raro vel nunquam religiose
vixerunt modicum pendunt. Hii tales qui in virtutibus
nondum profecerunt. novicios se esse recognoscant non mo
nachos. De hoc dicit beatus Bernhardus. Si in ordine xl annos
egisti et virtutibus non profecisti. sed in primo gradu stas quo
intrasti ego novicium te iudico. hec Bernhardus. Est et aliud
in ordine multum reprehensibile videlicet vicium murmuracionis
quod beatus Benedictus in regula districtissime prohibet dicens.
Ante omnia ut absque murmuracione sint fratres. quod mandatum
regule a subditis minime observatur. Ita propter modica occa
sione nonnulli fratres prorumpunt in murmuracionem. Iniuriam cau
santes de cibo et potu et aliis rebus minus discrete in
super diiudicantes superiores suos prelatos. et alios officia
les asserentes eos inordinatos vel minus providos aut negli
gentes esse. Sed timere debent monachi tales. ne propter vicium
murmuracionis provocent iram dei. aut etiam separentur de numero
filiorum eius. hoc dicit beatus Basilius. Non erit de numero fra
trum Christi. qui murmurare meditatur ob exiguum victum suum. Vehe
mentissima enim plaga anime murmur fore ostendit. et sus
surracio hominis vite. hec Basilius. Et quicumque delectatur in mur
muracione. privat se divina consolacione. Testatur hoc beatus Isidorus.
Et sicut subditi peccant murmurando. sic etiam prelati ac ce
teri superiores laborare debent. ut non dent illis occasio
nem murmurandi. ne forte et ipsi incurrant propter hoc peccatum
et iram dei. Sciendum etiam est. quod sicut proficientes in ordine
efficiuntur valde virtuosi. sic econverso deficientes in bonis
moribus fiunt multum viciosi. quia tales postposito omni
timore dei faciunt ea que non expediunt scelera multa
et enormia committendo. De huiusmodi religiosis dicit beatus Augustinus.
Sicut non vidi meliores quam qui profecerunt in ordine

Dic nō vidi deteriores ꝙ̄ q̄ defecerūt. Et nōndū ꝗ omēs
qui in statu religionis in ordinate vivūt. miserabi-
liores sūt omibꝰ hominibꝰ. quia nec deū hn̄t nec mū-
dū. Nam si expleant suas voluptates occulte peccā-
do semꝑ tamē timēt deprehendi. et ideo freq̄nt in q̄da
cordis angustia sūt cōstituti. et ideo sclm̄ nō hn̄t
quia libē peccare nō ꝑsumunt. deū eciā nō hn̄t. quia
ꝑuaricādo eius indignacōm incurūt. De hoc dicit btūs Jo.
No. de mūdi cōtēptoribꝰ. s. mōchis et alijs habitu reli-
gios. si ꝓpositū suū religiose vivēdo impleuerīt. cū dn̄o
iudices erūt. Si aūt. miserabiliores sūt oībꝰ hoībꝰ
quia nec deū hn̄t nec sclm̄. hec Jeo. Non solū at tales
sūt in hoc mūdo miserabiles. verum etiā eterna dampnacio
apphēdet eos in futuro. Teste btō brnh. q̄ dicit. Qui in loco
ordinis sine ordine vivūt. ad illū ordinē deuenient
vbi nullus ordo. sed sempiternꝰ horror inhitat. hec Brnh.
Vnusq̄sqꝫ ergo mōchꝰ ac religiosus ꝑpendat. aut ꝑtimes-
cat ꝑiclm̄ anime sue. et abstrahat se a cōcupiscēcijs
carnalibꝰ et a vanitatibꝰ hmꝰ sclī. nō solū mēte sed eciā
corpe. Quia cōuersari in mūdo. et int̄ seculares homīes
mōchis minime expedit. maxime tn̄ illis qui nō dum
in bono ꝓposito. et in vita religiosa sūt firmati. Nam
videndo et audiēdo. que in seculo gerūt. debilis animꝰ
facilit̄ ad temptacōm trahit̄. Et ideo mūdꝰ et eiꝰ occu-
pacōes sūt fugiēde. De hoc ysaac abbas sirus dicit sic
Expedit mōcho nullatenꝰ cōmisceri obpugnantibꝰ eū
sed ab eorūdem aspectibꝰ abstinē. et elongarē se a ꝓpin-
quitate ipsorꝰ. et hoc dico nō solū ꝑ ventre. sed eciā
ꝑ omibꝰ in quibꝰ examinat̄ mōchorꝰ libertas. Cū eni
homo accedit ad deū. fedus inijt cū dn̄o de hijs absti-
nē que sūt hec. nō vidē faciē mulieris. nō respicere
formosorꝰ aspectꝰ. nō cōcupiscē quidq̄. vl̄ epulari. orna-
tū vestiū nō vidē. nō vidē homīꝰ secularium dignitatē
etc. Quia multas vires acq̄rūt vicia de ꝓpinquitate corꝑ
laxanciū et altricaciū athlete sapiam et ꝓpositū eiꝰ.

Et sicut aspectus bonoꝝ monet arbitriu hu[m]anis zelu
ut inclinet[ur] ad operacione[m] ipoꝝ · manifestu est · q[uod] ipoꝝ co-
traria potencia h[abe]nt captiva[n]di a[n]i[m]am · et si nichil plus
faciat solitario · infestacio[n]em tn plurioꝝ adducat illum
et infructuosam faciat mentis p[er]turbacio[n]em · Ad unu[m] q[uo]dq[ue]
namq[ue] corporis membroꝝ habet ho[mo] pugna[m] · et debet custo-
dire se ipm · et diminuere pugna[m] sua[m] in ipis · Quamvis
enim homo sibi faciat violencia[m] ad bonu[m] periclitat[ur] · tn
ex eis videndo semp[er] atq[ue] co[n]cupiscendo · hec Ysaac abbas ·
Ecce q[uo]m piculosu est mochō conversari in s[e]c[u]lo · Monachi
enim officiu esse debet · fuge[re] turba[m] · amare silenciu · fletib[us]
insistere · simplicitati stude[re] · innocencia[m] vite ac s[an]c[t]imonia[m]
amare · Si vero oppositu fecerit · a culpa liber no[n] erit
hoc tangit hugo de s[an]c[t]o victore · sic d[icens] · liber a culpa non
est · qui alienu usurpat officiu · Si mochus es · quid
facis in urba · Si amas silenciu · cur declamatib[us] assidue
interesse delectaris · Tu semp[er] ieiunijs et fletib[us] debes insiste[re]
et tu philozophari q[ue]ris · Simplicitas mochi philosophia
eius est · Sed doce[re] inquit alios volo · no[n] est tuu doce[re] sed
plange[re] · Si tu doctor esse desideras · audi quid facias · vili-
tas habit[us] tui · et simplicitas vult[us] · innocencia vite · et
sanctitas co[n]versacio[n]is tue doce[re] debet homines · Melius ergo
fugiendo mu[n]du[m] doces q[uo]m seque[n]do · hec hugo et b[ea]t[u]s Bn[ar]d[us]
Monachus no[n] habet docent[is] sed plangent[is] officiu q[ui]pp[e]
cui oppidu[m] carcer esse debet · et solitudo paradis[us] · hec Bn[ar]d[us]
Unde q[ui]libet devot[us] mochus fugiat mu[n]du[m] · et ea que
in eo su[n]t · et religiose vivat · et q[uo]d foris ostendit ho[m]i-
nib[us] · p[er] habitu[m] intus studeat s[er]vare cora[m] deo p[er] bonam
vita[m] · Ad hoc hortat[ur] b[ea]t[u]s G[regorius] · sic d[icens] · Monach[us] reveren-
ciam sui habit[us] · in actu · in locucio[n]e in cogitacio[n]e semp[er]
circu[m]spiciat · et ea que mu[n]di su[n]t p[er]fecte deserat · et quod
ostendit hu[m]anis oculis habitu · hec ante dei oculos mo-
ribus p[re]tendat · hec G[regorius] · Laboret igit[ur] mochus ut a vi-
cijs abstineat · et in v[ir]tutib[us] se exerceat · sit humilis ma-
suet[us] et caritatiuus · et timore[m] s[em]p[er] p[re] oculis habeat ·

Nam de monachis ordinatis et inordinatis. dicit abbas
pastor sic. Qui gulosus est. monachus non est. Qui ma-
lum pro malo reddit. monachus non est. Qui maliciam
in corde suo tenuerit. monachus non est. Qui iracundus est. mo-
nachus non est. Qui elatus et verbosus est. monachus non est.
Qui vere est monachus semper est mansuetus. humilis
caritate plenus. et timorem dei semper et ubique pre
oculis habet. ut non peccet. hec pastor abbas. De sta-
tu eciam monachi veri et qualis debeat esse monachus. dicit
Johannes abbas. in tractatu de propriis gradibus. Monachus est qui
solum que dei sunt agit. cogitat et loquitur. proposito unitus
in omni tempore loco et negocio. Monachus est violencia
nature indesinens. et custodia sensuum indeficiens. Mo-
nachus est sanctificatum corpus. expurgatum os. et illuminata
mens. Monachus est merens et dolens anima. in indesinenti
mortis memoria se exercens. vigilans et dormiens. Et quis
putas fidelis et prudens monachus. qui sub obediencia.
subieccione. et labore et dolore. calorem suum custodivit in-
extinguibilem. usque ad suum exitum. ignem igni. et fervorem
fervori. et amorem amori. et desiderium desiderio. et sollici-
tudinem sollicitudini cottidie addens non cessavit. hec Johannes abbas
De condicione eciam ac virtute devotorum monachorum beatus Bernhardus
dicit sic. Ille vere est monachus qui devocionem tenet in choro
pacienciam in capitulo. disciplinam in labore. meditacionem
in leccione. fervorem in oracione. castitatem in temptacione. toleran-
ciam in adversitate. humilitatem in prosperitate. hec Bernhardus. Si
vero tanta perfeccio monachorum. que modo per sanctos patres pro-
missa est. et alibi scripta legitur. propter nostram fragilitatem
servare nequimus. suppleat hoc in nobis humilitate consciencie
devocio. conpungamur cottidie fletibus. quamdiu peregrinamur a
domino meo deo. et a luce vultus eius. accusemus et confiteamur
imperfectum nostrum et defectus nostros. agnoscentes paupertatem
nostram. et dominus liberabit nos. Ad hoc faciendum hortatur
nos beatus Bernhardus dicens. Magnam iacturam professionis mee
suppleat pietatis ac devocio consciencie humilitate. Sint nobis
lacrime mee panes die ac nocte. quamdiu dicitur anime mee.

Ubi est deus tuus. hoc est quomodo diu pugnat. a dño
deo suo. et anime voltus eius. Unum quidem erat necessa-
rium. sed qui nec in uno figimur. nec in multis operando
et laborando exercemur. in quo ordine computabimur. Uti-
nã cũ illo. De quo apls dicit. Et qui nõ operatur credenti
aut in eũ qui iustificat impium. reputatur fides eius
ad iusticiã scdm propositũ gre dei. Ut michi cũ peccatrice cui
multũ dimissũ est. quia dilexit multũ. Nam in diligendo
deũ retribucio est. Sicque fres obsecro. nõ excusemus nos
sed accusemus et cõfiteamur ~~dei~~ Et qui magni nois umbrã
et psonale quodã figmentũ pfectionis apud hoies induim⁹
apud deũ cõsciencie nre cognoscentes paupertatẽ. nõ usquequaque
a veritate recedamus. et veritas liberabit nos. hec Bnh⁹. Et
quamvis propter fragilitatẽ nram ac defectus nõ valeamus
pvenire ad pfectũ statũ monachorum. Tamẽ prout possimus
cũ adiutorio dei in bono ope nos exercere debemus. Men-
surã etiã viriũ nrarum ppendamus. et scdm quod suppetunt
vires ad extirpanda vicia. et ad virtutes ascendas labo-
remus. Qui igitur ad scm ordinẽ nos venisse gaudemus. tota
nra intencio ita hoc versari debet. ut mens nra virtutũ ar-
mis accincta. in spiritali examine se sp exerceat. et viciorum
impetus debellare cõtendat. De hijs et alijs statu religi-
osorum tangentibus. petrus damiani sic dicit. Plerosque eni vidimus
iam dudũ in sacro ordine cõstitutos. qui necdũ nove-
rint. quid i ieiunijs. quid in vigilijs. quid in religis celestis
disciplime studijs ferre potuisset. Et cum scriptura dicat. Qui
ignorat ignorabitur. Quo pacto vel a deo cognosci. vel
deũ meatur cognoscere. qui semetipm in eius obsequio
cõuincitur ignorare. Quis ergo semetipm volt vincere
mensurã suarum viriũ turpe est noticiã nõ habere. Quia
quis in milicie spũalis agone pficit. in hoc pbacio est. si
iam debiliorẽ cõtra se viciorum cõtinnaciã senciat. si surge-
tes in se motus carnis fruale repmit. si tumultuancium co-
gitacõnum strepitũ. minori iam labore cõpescat. Si nas-
centes carnalis illecebre spinas. mox ut oriri ceperint.

reseccat. si tunc etiam superbie luxurie ceterorumque viciorum colla
gladio pertinus divini timoris obtruncat. Ceterorum quid prodest
diu quempiam sacro interesse milicie. quem velud sub ipsa
primi tirocinij rudimenta remissis manibus et tenens ad
huc poplite videas claudicare. A qua nimirum neglige
ncie dissolucione predicator egregius discipulos suos prohibens
d. Remissas inquit manus et dissoluta genua erigite
et gressus rectos facite pedibus vestris. nec claudicans quis
erret. Docta manus ad prelium. facile venit ad triumphum. cor
pus attactum lorica promptum fertur in pugnam. Monacho
nempe cui adhuc impossibile est superbiam premere. ava=
riciam cohibere. invidie faces extinguere. mundam mentem ab omni
petulancia custodire. qui iniurias malicie adversus offendentem
nequit expellere. cum perseveranda certamina instancie similiter
sustinere. Quid aliud dicendum est. nisi quia quantum ad professi
onem quidem iam in sacra milicia nomen dedit. Sed quid
sit spirituale certamen penitus non agnovit. ymmo ad perfectionem
tendentibus hoc totis viribus innitendum. ut salubriter ri
gidi. magis distat ista nescire quam vincere. Pudeat quoque hos
qui se mortuos profitentur esse cum Christo. rebelles motus carnis
et passiones animorum adhuc in se portare vince. Discat
ergo miles Christi dum adhuc novus est manus conserere.
Discat emergentibus quibusque viciis. prout res dictaverit
obviare. hunc illuc se circumducens. vivaciter experiencie oculis
providus vertat. et singulis quibusque iaculis que mittuntur con=
gruum defensionis tegmen opponat. ut superbiam humilitate
deiciat. gulam sobrietate restringat. mansuetudine iracundi
am calcet. avariciam largitate refrenet. ardorem libidinis
terrore perpetui ignis extinguat. odij trabem. flamma
suavissime caritatis comburat. delectatur certe deus isto certamine
qui subtiliter ac profunde considerat totum. quidquid est illud
quod versatur in mente. Gratulantur angeli ad tale spectacu=
lum videntes quod humana natura in eo quod contra semetipsam
pugnat ad corporis se consorcium. Unde fugata erecta reformat
et sibi iungendo. ad veram procul dubio pacem tendit. Qua

olim sibimet male consenciendo qui non repugnauit a-
misit. nec cogitamus fratres mei si ad votum mox cuncta non
vincimus. sed in hiis conflictacione certaminis extra pugnas labores
angustias. et grauissimum sepe fluctuantis anime tedium
sustinemus. In hoc enim nobis diuina dispensacione prospi-
citur. ne repentina victoria in arrogancia noster animus
extollatur. et de altitudine sua profundius corruat. si non
auctori deo. sed victorie sue vires ascribat. Unde fratres karissimi
qui ad sanctum ordinem nos venisse gaudemus. hic tota mentis
intencio versari debet. videlicet ut mens nostra virtutum armis ac-
cincta in spirituali certamine semper se exerceat. et viciorum por-
tenta que contra nos intestine nascuntur feruido spiritu debellare
contendat. Parati simus semper inuictos viciorum cuneos. ac
frementes bestias de agro nostri cordis eicere. nullum eis intra
que nostri interius sunt permittamus locum per usum dominacionis habere
hec petrus damiani. Audiuimus igitur nunc expressius
condicionem et dissolutam vitam quorundam fratrum in habitu
quidem religionis existencium. sed peruerse viuencium. Audiuimus
etiam conuersacionem sanctam et ordinatam. deuotorum ac religio-
sorum monachorum. Quicunque ergo in proposito bono et in statu
religioso se esse deprehenderit in eodem sancto proposito a conuer-
sacione bona seu virtuosa studeat proficere ac perseuerare. ut
cum sanctis religiosis monachis premium et gloriam post hanc
vitam valeat obtinere. Quicunque vero in dissoluta et inor-
dinata ac peruersa vita se positum esse conspexerit. timorem
mortis et penam iehenne ante mentis oculos reducat. et
penitenciam pro suis prauis actibus agere non obmittat. Quicunque
igitur peruerse viuendo contra deum commisisse se sensit. hoc
totum per opera penitencie superius premissa videlicet per contricionem confes-
sionem et satisfactionem delere studeat. Puniat itaque se ipsum
per cordis contricionem lacrimas fundendo. Per oris confessionem
ruborem sustinendo. Et per satisfactionem opera virtuosa peragendo
et de cetero a similibus malis cauendo. Qui autem sic se punit
veniam suorum scelerum a domino consequetur. De tali penitente
dicit beatus Augustinus. Quid est homo penitens. nisi homo irascens sibi ipsi

Qui ut adeo accipiat veniam suo iudicio de se ipso exigit penam. hec augustinus. Non solum autem tales penitentes veniam peccatorum, verum etiam gloriam in futuro a christo domino consequentur. Sed et statum pristinum religiosorum monachorum propter mala et prava opera perditum per humilem penitentiam in se domino cooperante reformabunt. Sic igitur habemus de statu incipientium qui consistit ut supra dictum est in vera penitentia et eius partibus videlicet contritione confessione et satisfactione et quibusdam auctoritatibus tangentes easdem penitentie partes de quibus omnibus prout deus donavit tractando hanc materiam dicta quedam et auctoritates sanctorum patrum in unum collegi ut codicis sive status penitentium seu incipientium aliqualiter ista legentibus pateat. omnibus clare est expositum humilium mare in eo natantes distat evadere flentes. Explicit primus liber Malagranati. Incipit secundus.

Incipit liber sive titulus secundus qui est de statu proficientium. filius interrogat

Percepta igitur informatione a te o pater ac salubri doctrina de statu penitentium sive incipientium. Nunc desidero instrui de statu proficientium. et primo in quibus consistat status eorundem proficientium. de hoc per te cupio edoceri. In quibus consistat status proficientium. Capitulum primum. pater dicit filio.

Scire debes quod status incipientium prout supra dictum est consistit in tribus videlicet in peccatorum sive viciorum detestatione. In virtutum operatione. et in temptationum oppressione. Postquam igitur peccator post multa flagicia et crimina est conversus ad deum per penitentiam et in eadem studet deo cooperante cum omni sollicitudine perseverare. hic talis statum incipientium est aggressus. Sed necesse est ut quilibet penitens seu deo servire incipiens peccata prima vel adhuc in actu prime existens peccata perpetrata aut quecumque alia scelera nondum commissa ex totis viribus et cum summa diligentia conetur vitare omne peccatum mortale

detestando. si desiderat statu͞ p̄fiaetu͞ ingredi. Que
co͞sistit vt p̄dc͞m est. p̄mo in vicio͞r detestacione.

Quid sit pctm

Quid est pctm. q͞d vitare primo seu detestari debet p̄fiaetes. Pctm
a doctoribus diffinit͞ diu͞sis modis. p̄mo
sic a bt͞o Aug͞. qui dicit. pctm est voluntas retinendi
vel co͞sequendi. q͞d iusticia vetat. Scd͞o sic. ab eod͞ bt͞o
Aug͞. qui dicit. Pctm est dictu͞ vl factu͞. vl co͞cupitu͞
contra legem dei. Tercio a bt͞o Amb͞o sic diffinit͞.
Pctm est p̄uaricacio legis diuine. et celestiu͞ inobe
diencia ma͞datorum. Quarto a bt͞o Aug͞ de hoc sic dr͞. pctm est
spreto inco͞mutabili bono. mutabilib͞ rebus adhere
In qua vltima diffinicio͞e bti Augusti. no͞ndu͞. q͞ duo
in pcc͞o su͞t. scilz au͞sio a creatore. et co͞u͞sio ad creatura͞
q͞d pt esse pctm mortale. et no͞nu͞q͞ eciā veniale
Veniale est qn͞ quis in creatu͞ delectat͞ plus debito
sed tn͞ citra deu͞. Quandoq͞ eciā pt quis delectari in crea
tura sine omi͞ pcc͞o. vt cu͞ delectacio natalis est tm͞. Sicut
q͞ visus delectatur in viridi. gustus in dulci. et sic
de alijs. Interdu͞ eciā pt quis delectari in creatā me
ritorie. qn͞ scilz ad deu͞ refert͞. Vn͞ ps͞. dicit. Delec
tasti me dn͞e in factura tua. Sed cu͞ creatā dili
git͞ vltra creatore͞. tu͞c mortalit͞ peccat͞. qm͞ pctm
mortale est auersio talis. ab inco͞mutabili bono.
et co͞u͞sio totalis ad co͞mutabile bonu͞. Peccatu͞
aut͞ mortale ab omnibus est vitandu͞. et detestādu͞.
quia multa mala infert peccatib͞. Primo obligat
ho͞iem ad duo videlz ad culpā. et ad penā eternā. De hoc
dr͞. Richard͞ de sc͞o vic. p̄pt͞ pctm obligat͞ homo ad
duo. ad culpā et ad penam. In vno obligat͞ vicio
captiuitat͞. In altero v͞o obligat͞. debito da͞pnacois
Cum em͞ ho͞ in aliq͞d graue pctm ceciderit. Iam no͞
est in eius ptāte vt p se metipm resurge͞ possit.
P se metipm pt a dn͞o recede͞. sed p se metipm. non
pt ad ipm redire. hinc est q͞ obligacio culpe dicit͞

mors anime. Quia sicut per mortem exteriorem corporis restrin-
guntur que sunt ad vitam istam. Sic anima per obligacionem culpe
mortificatur ad opera que sunt ad vitam eternam. Hec
Richardus. Omnia namque opera quantumcumque bona prodesse non
possunt. nec sunt meritoria. nisi prius a peccatis abstineatur
Teste beato Augustino qui dicit. Sicut omnia medicamenta non
valent ad sanandum vulnus. quamdiu fuerit ferrum infixum
nisi ferrum extrahatur. Ita omnia bona facta non proderunt tibi
nisi peccatum prius relinquatur. Nichil enim prodest ieiunare et orare
et alia religionis opera facere. nisi mens ab iniquitate re-
vocetur. Hec Augustinus. Ipsa enim peccata sive vicia. seu amor
terrenorum hominem tenebrosum reddunt. affectum spiritualem
a mente repellunt. et delectacionem celestium bonorum in corde
extinguunt. De hoc beatus Augustinus sic dicit. Peccatum est tenebra
qua intellectus obtunditur. et totus homo interior obtene-
bratur. Unde necesse est ut tanto sollicicius mentales oculi
a peccati tenebris per compunctionis lacrimas continue ex-
pergentur. quanto amplius per hanc contemplacionis radius
obnubilatur. Hec Augustinus. Et Anshelmus qui conquerulando de
hoc dicit. Affectus carnalis infatuavit in me saporem
spiritualium. Intencio infirmorum inclinavit animam meam
ab intuitu supernorum. Amor terrestrium extinxit in me
delectacionem celestium. Usus viciorum enervavit in me sensus
verorum bonorum. Hec Anshelmus. Non solum autem peccatores
propter sua malefacta. huiusmodi bonis spiritualibus et eternis privantur.
verum eciam filii dyaboli efficiuntur. Teste domino. qui pharise-
is sic dicit. Vos ex patre dyabolo estis. et subiungit causam. quare
dicens. Et desideria patris vestri vultis facere. desiderium eius
maligni spiritus est. ut mortaliter peccando a deo rece-
damus. et eius membra sive filii efficiamur. Quia tociens
quisque nascitur ex dyabolo sive regeneratur. vel eciam adoptatur
eum. quociens peccat. Hoc affirmat beatus Leo sic dicens.
Tociens ex dyabolo nascimur. quociens mortaliter pec-
camus. Item dicit. Tociens dyabolo genuflectimus. quociens
peccamus. Hec Leo in [...]. ¶ Et nondum quod omnis qui

v'tuose vivit. est equus dei in quo sedet regit ac
ad se p'ducat. Sic omnis p'u'sus et viciosus est equus
dyaboli. cui p'sidet. que etiam ad p'dicionem adducat. De q°
dicit b'tus gg. sup. Can. exponens illud. Equitatui
meo in curribus pharaonis. assimilavi te amica mea
.i. dum tu esses in curribus pharaonis. dum adhuc opibus
demoniacis deservires. p'destinacione ego te equitatui
meo assimilavi. Omnis enim q' luxurie avaricie mundi fallacie
deservivit adhuc sub curru pharaonis st'. equus q'dam sub curru pharao
nis est. idest sub regimine dyaboli. Omnis vero qui in humilitate in
castitate. in doctrina. in caritate ferulet. iam equus
effectus est creatoris sui. Iam in curru dei positus
est. iam habet possessorem deum. unde cuidam cui p'
sidebat dns dicit. Durum est tibi contra stimulum calcitrare
non potes. iam tibi ego p'sideo. hec gg. Et sicut anime
v'tuose p'pt' vite sanctimoniam. sunt habitacio sive locus dei
in quibus libenter pausat. Sic corda peccancium. et
male vivencium. sunt locus dyaboli in quibus requiescat
Quod p'bat b'tus gg. sup ezechielem tractans illud verbum
Benedicta gloria dni. de loco suo. sic d. Ibi enim inhitat
deus. ubi vera pax queritur. et interne contemplacionis
gloria amatur. Nam qui ad p'u'sitatem defluunt. locus dei
esse contempnunt. locus glorie dei sunt. vel sancte anime vel unus
quisque in celestibus p'manens angelicus spiritus. Et gloria
dni de loco suo benedicitur. vel ab electis hominibus. vel a sanctis
angelis auctori omnium laus eterna cantatur. Locus autem
maligni spiritus sunt corda peccancium. Sed cum sibimet
ipsis nati p' p'niam redeunt ad vitam. glorie dni locus
fiunt. Iam enim se contra se erigunt. Iam p'me lacrimis
insequuntur mala que commiserunt unde corda penitencium
fiunt iam dno locus suus. que prius in peccatis posita
fuerant locus alienus. Ipsi autem qui a peccatis suis ad do
minum convertuntur. non solum delent lacrimis p'u'sa que fecerunt
sed eciam iuvenes operibus ad alta p'ficiunt. ut habitaculum dei omnipotentis
fiat. hec gg. De hoc eciam hugo de sancto victore. sic dicit. In illis metribus

dyabl9 pausat. que mt9 a calore diuini amoris frigi
de. foris nu͂c influxa carnaliu͂ voluptatu͂ delc͂acone
gaudent. et que p̱inde amaritudo secutura sit no͂ p̱ui-
dent. hec hugo. Et nondu͂ qꝫ antiq9 host9 dyabl9 etia͂
me͂tes bonoꝝ no͂nu͂q͂ ingredit͂. illicita suggerendo. et
diu͂sis temptacoib9 fatigando. sed in eoꝝ cordib9 morari
no͂ p̱mittit͂. quia in mu͂dis cogitacoib9 iustoꝝ anim9 viri
lit͂ reluctat͂. In reproboꝝ vo͂ cordib9 malign9 sp͂us ingre
dit͂ et moratur. quia p̱uas cogitacoes quas ille suggit
libent͂ suscipiu͂t. et sic t͂les ad co͂sensum pc͂i. ac etia͂ ad
opus p̱uersu͂ p̱trahunt͂. Et ideo ꝓpter hoc in eoꝝ cordib9
dyabol9 ingrediendo dn͂at͂. hoc tangit bt͂s gg͂. in xxvij li°
moꝝ. exponens illud dc͂m. Ingredit͂ bestia latibl͂m suum
et in antro suo morabit͂. sic d. Cuius alius noi͂e bestie ni
si host9 antiquus accipit͂. Sed nondu͂ magnop̱e est. qꝫ hec
bestia. no͂ solum antru͂ suu͂ ingredi. sed in eo etia͂ morari
p̱hibet͂. Aliqn͂ eni͂ etia͂ bonoꝝ me͂tes ingredit͂. illicita sug-
gerit. temptacoibus fatigat. rc͂titudine͂ sp͂us ad delc͂acoem
carnis deflecte͂ conat͂. delc͂acoem quoqꝫ ad consensu͂ p̱duce͂
nititur. sed ta͂ resistente sup̱no adiutorio p̱uale͂ p̱hibet͂.
Aliqn͂ ergo intrare in me͂tes bonoꝝ pt͂. sed in eis mora
ri non pt͂. quia cor iusti hui9 bestie antru͂ non est. Qs
eni͂ qi ꝓpriu͂ antru͂ possidet. eoꝝ me͂tes p̱culdubio in-
morans tenet. Quia in eis cogitacoes ad iniqua deside-
ria. et desideria vsqꝫ ad nequissima op̱a p̱ducit. Neqꝫ
eni͂ student rep̱bi suggestiones eius recta iudicij manu
repellere. cui9 voluptati appetit͂ subdita delc͂acoe͂ s͂ui
re. Cumqꝫ in eoꝝ cordibus prauu͂ qd orit͂. mox p̱stu
diu͂ delc͂acois enutrit͂. Et cu͂ sibi minime resistit͂. p̱ tm͂9
ad co͂sensum roborat͂. Statimqꝫ co͂sensus ad opus du
citur. opus vero co͂suetudie͂ grauat͂. Recte ergo in ant°
suo morari hec bestia dr͂. quia tam diu cogitacoes rep̱boꝝ
tenet. quousqꝫ eoꝝ vitam etia͂ aculeo praui op̱is p̱foret
Vnde bn͂ ad iudeam p̱ ꝓphetam dn͂s dicit. Quo vsqꝫ in te mora-
bu͂t͂ cogitacoes noxie. Neqꝫ eni͂ rep̱hendit cur veniant

sedtur morantur. Et in bonorum cordibus cogitationes illicite veniunt. sed
non tamen moram perhibent. Electi quoque ne captiva
dam domum constare perhibeant. ab ipso cordis limine hostem
fugant. Quia et si quando repentinis suggestionibus usque
ad primum vestibulum subrepit. ad consensus tamen iamiam
non pertingit. hec gregorius. Sunt etiam et alia propter que
mortalia peccata sunt vitanda. videlicet propter correptionem. propter
reprobationem. et propter eternam dampnationem. Solet namque dominus
propter peccata admissa etiam suos electos in hac vita multiplicater pu
nire. eis multas tribulationes immittendo. ut per hoc pungentur
a suis delictis. Item nonnullos omnipotens deus propter suas
pravitates et iniquitates. quia ab hiis cessare noluerunt
solet dare in reprobum sensum. ac in obstinatione cor
dis irrevocabiliter tradere. Item multi propter perversam vitam
suam quam ducunt. et carnalia delectamenta. que cito pertran
seunt eterna tormenta et dampnationem merentur. que finem habere
non possunt. Ista tangit Richardus de sancto victore sic dicens. Quis enim est
tam effrenatus. qui non studeat concupiscentias suas temperare.
si diligenter attendat. menteque retineat. quod soleat dominus
in quibusdam electis suis. malas delectationes in hac vita
in septuplum punire. et quis non pertimescat perversis
consuetudinibus pertinaciter insistere. Quis vero non festinet. pro
viribus suis actus corrigere. cum audiat quosdam etiam in hac
vita in reprobum sensum dari. et in multis obstinationum
obligationi quoque peccati irremediabiliter tradi. Quis etiam tam
insensate. tam obstinate mentis homo. quispiam poterit
inveniri. qui non expavescat. et omnino abhorreat transito
ria carnis oblectamenta tormentis eternis mercari. si
diligenter inspiciat. in deque semetipsum attendat. quam sint modi
ca. seu etiam momentanea illa omnia carnis delectamenta. que
pertranseunt. et quam sint immania. quam vero atrocia tormenta
illa eterna. que non habent finem nec habere possunt. hec Richardus
Ecce ad quanta mala perducunt peccata mortalia. Privant
quippe hominem consortio filiorum dei. Efficiunt etiam eum filium
dyaboli. et habitaculum spiritus maligni. et ad extremum conducunt

xpm eternis penis inferni. O quanta stulticia et miseria
est. propter voluptates carnis et terrena desideria perpetua
gaudia perdere et eterna tormenta mereri. De hoc Rich. de sancto
vic. dicit sic. Quis digne comprehendat. quis explicare suf-
ficiat. quanta sit stulticia. quam infinita miseria. summa bona
sponte deserere. Infima bona avide querere. eterna gaudia
fastidire. transitoria ardenter concupiscere. et pro preteritis premia
infinita perdere. et mala eterna incurrere. Filius interrogat

Heu quanta mala ut ex predictis audio ipsa peccata et
carnales voluptates inferunt hominibus. Unde desidero
ut de predictis capitalibus sive mortalibus et eorum circumstanciis
ac quo vel per quem modum primo oriantur ipsa peccata velis me
informare. Unde oriuntur peccata. capitulum tercium. pater videt filio

Debes scire quod peccatum primo oritur sive perpetratur iiij^or
modis in corde. videlicet suggestione. delectatione.
consensu. et defensionis audacia. Fit autem
suggestio per dyabolum. delectatio per carnem. consensus per spiritum
defensionis audacia per elacionem. Eisdem et quatuor modis
peccatum consummatur in opere. Primo enim peccatum latenter agitur. Post-
modum sine confusione ante oculos hominum reatus aperitur.
Deinde ad consuetudinem vicium ducitur. Ultimo obstinatione
misere desperationis emittitur. Et quanto diucius quis in bi-
tiis per malam consuetudinem immoratus fuerit. tanto debili-
or ad resistendum eius animus etiam si voluerit existit. Quia
quot vitiis prave actionis astringitur. quasi tot vinculis in
mente ligatur. Ista commemorat beatus Gregorius in iiij libro moralium sic
dicens. Quatuor quippe modis peccatum perpetratur in corde. quatuor
consummatur in opere. In corde namque suggestione. delectatione.
consensu. et defensionis audacia perpetratur. Fit enim sug-
gestio per adversarium. delectatio per carnem. consensus per spiritum
defensionis audacia per elacionem. Culpa enim que terrere
mentem debuit extollit. et deiciendo elevat. sed gravius
elevando supplantat. Unde et illam primi hominis recti-
tudinem antiquus hostis hiis iiij^or ictibus fregit. Nam
serpens suasit. Eva delectata est. Adam consensit. qui etiam

requisit⁹ cōfiteri culpam per audaciā noluit. Hoc vero
in humano genere cottidie agit᷑. qd actū in pmo pute
nri generis non ignorat᷑. Serpens suasit. quia occult⁹
hostis mala cordib⁹ hoim latent᷑ suggerit. Eua delec-
ta est. quia carnalis sensus. ad vba ꝑuent⁹ mox se de-
lectacōe substernit. Assensum vō adam mlieri ꝑposit⁹
pbuit. quia dum caro in delectacōne rapit᷑. etiā a sua
rc̄titudine spus infirmat⁹ inclinat᷑. et requisit⁹ adam
culpā cōfiteri noluit. quia videlz spus. quo peccando
a veritate disiungit᷑. eo in ruine sue audacia nequius
obdurat᷑. Eisdem etiam qtuor modis pccm cōsumat᷑
in ope. Prius namqz latens culpa agit᷑. post modū
vō etiam ante oculos hoim sine cōfusione reat⁹ aperit᷑.
Dehinc ad cōsuetudinē ducit᷑. Ad extremū quoqz. vl
false spei seductoribus. vl obstinacōe misē desperacōis
enutrit᷑. Hos itaqz modos pccā q vel in corde latent fuit
vl patet in ope ꝑpetrant᷑. Btūs Iob cōsiderās ait. Quare
nō in vulua mortuus sū ⁊c. Vulua quippe pccī est hoīs
culpa latens. que occulte pctorē cōcipit. et tractū suum
adhuc in tenebris abscondit. Egressus ex vtero nō sta-
tim perij. A vulua exit᷑ ex vtō. cū pctor que in occulto
cōmiserit. hec etiā in aptō cōmittē nō erubescat. Cur
exceptus genibus. Quia minimꝰ pctor cū iam de ini-
quitate sua nō cōfundit᷑. In iniqtate eadem etiā ani-
miculis pessime cōsuetudinis roborat᷑. Cui genibus
pctor fouetur vt crescat. dū culpa cōsuetudib⁹ firma-
tur vt viuat. Cur lactat⁹ vberib⁹. Quia dū pdicte cul-
pa in vsum cepit. mimmꝰ se vl falsa spe diuine mīe vl
apta miseria desperacōis pascat. vt eo nequaqꝫ ad correccōz
redeat. quo vl factorē suū piū sibi inordinate simulat
vel hoc quod fecit inordinate formidat. et nondū q
cum culpa in vsum venit. et anim⁹ etiā si appetat debi-
lis resistit. Quia quot viribus praue suggestacōis astrin-
git. qi tot vinclis ad mentem ligat᷑. Tercium quoqz est
q illi tres modi peccancium facili⁹ corrigunt᷑. Quartus

vero difficilius emendatur. Unde et redemptor noster puellam in domo. iuvenem extra portam. de sepulchro autem lazarum suscitavit. Adhuc quippe in domo mortuus iacet qui latet in peccato. Iam quasi extra portam educitur cuius iniquitas usque ad inverecundiam publice perpetrationis aperitur. Sepulture vero aggere premitur. qui in perpetratione nequicie etiam usu consuetudinis gravatur. Sed hos miseratus ad vitam revocat. quia plerumque divina gratia. non solum in occultis. sed etiam in apertis iniquitatibus mortuos et mole prave consuetudinis pressos. respectus sui lumine illustrat. Tertium vero mortuum. redemptor noster mittente discipulo agnoscit. nec tamen suscitat. quia difficile est valde. ut is quem post usum male consuetudinis etiam adulantium lingue excipiunt. a mentis sue morte revocetur. De quo et bene dicitur. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Mortuum enim mortuum sepeliunt cum peccatores. peccatores favoribus premunt. Quid enim aliud est peccare quam occumbere. Sed qui peccantem laudibus prosequuntur. extinctum sub verborum suorum aggere abscondunt. Difficile enim emendatur peccatum quod linguis pravorum enutritur. Hec gregorius. Unde vigilandum est ut sensus exterior maxime visus. ab inordinato intuitu custodiatur. et cogitationes illicite primo cordi advenientes. valde necessarium est ut restringantur. quia ex hiis duobus. videlicet inordinato visu et maligno cogitatu omne peccatum ortum habet. Nam cum visus inordinatus non refrenatur. oritur exinde carnalis et illicita cogitatio. Ex cogitatione vero cum ei non resistitur. generatur delectatio. ex delectatione consensus. ex consensu perversum opus. Deinde sequitur mala consuetudo peccandi et obstinatio in operibus pravis. que perducit hominem ultimo ad desperationem et perditionem. Hoc probat beatus gregorius tractans illud verbum oculus meus depredatus est animam meam. sic dicens. Visum sequitur cogitatio. cogitationem delectatio. delectationem consensus. consensum operatio. operationem consuetudo. consuetudinem necessitas. necessitatem obstinatio. obstinationem desperatio. desperationem

etna dampnato hec gg. Periculosu ergo multu est. no
refrenare in principio temptacois sensus suos abullia
et cor a cogitacoib noxijs. Sed nequissimu est pec=
care mortalit. Sup hec aut omnia peius est cosue
tudinem peccandi facere. quia valde difficult puie cosue
tudini repugnat. De hoc dicit ysidor. Cogitacio pua
delectacone parit. delectacio consensu. consensio accone. accio
consuetudine. consuetudo necessitate. Sic qz hijs vinclis
homo implicat. quada cathena vicior tenet. Ita ut
ab ea avelli nequaq valeat. nisi divina gra manu
iacentis apphendat. Unde nequissimu est peccare. sed peius
est consuetudine peccandi facere. ab illo surgere. ab hoc
cum labore resurgit. dum male consuetudini no repug
nat. hec ysidor. Hec igit ex iam dictis. quib modis
oritur. aut perpetrat pccm. De pctis mortalib i gene. cap. iiij.

Nunc aut videndu est de pctis capitalibus
seu mortalib et eciam de statu eor. Pcca siqde
mortalia sive capitalia sut septe. videlicz
Superbia. Invidia. Ira. Accidia. avaricia. gula. luxuria
que infinita mala inferut committentib ea. De hoc hu=
go de sco Vic. sic dicit. Septe capitalia sut vicia. videlz
Superbia. etc. Ex hijs tria hominem exspoliant. Nam
superbia aufert hoi deu. Invidia proximu. Ira seipm
Quartu vo spoliatu flagellat. Quintu flagellatu eicit
Sextu eiectu seducit. Septimu seductu servituti subi
cit. Anima enim racionalis in sanitate sua vas est so=
lidu et integru. nulla hns corrupcoem. qua vicia ve
niencia in eam. hoc modo viciant et corrupunt. Per
Superbia inflatur. p invidia arescit. p iram crepat
p accidia frangit. p avariciam dispargit. Per gulam
inficit. p luxuria conculcat. et in lutum redigitur
hec hugo. Et nonnd q unu pccm nascit ex alio. qd sic ap=
paret. Superbia quia vult omnes precellere. dolet si ei aliqs
equat. et sic ex ea nascit Invidia. Invidus vero quia
de facili irascit ei cui invidet. ideo ex ea nascitur Ira.

Sed ira cum non potest se vindicare, tristatur. Ideo ex ira nasc-
citur accidia. Accidia vero consolacionem querens facit avariciam.
Avaricia autem quia in temporalibus habundat, potest magis exer-
cere gulam. Gula vero propter ventris repletionem de facili
spumat in libidinem. Et ita generat luxuriam. Et ita
quodvis unum peccatum mortale nascitur ab alio. Sed nonnulli doc-
tores dicunt quod ex superbia primo nascitur vana gloria, et ex vana
gloria invidia, et sic cetera vicia subsequencia, prout supra notum
est. Unde per quendam sic dicitur: Ex superbia namque nascitur in-
anis gloria. superbus enim vult ab omnibus laudari ut possit ab omnibus honorari.
Ex hac autem invidia, quia dum laudes appetit, eandem aliis
invidet. Ex hac iterum ira, quia dum mens ex aliena feli-
citate torquetur, necesse est ut occultis mentis per iracundiam
turbetur. Ex ira autem accidia, quia dum mens inordinate
turbatur, omne bonum in fastidium ei vertitur. Ex accidia
vero avaricia, quia dum turbata mens et tristis illam
interius consolacionem sentit, foris eam per avariciam inve-
nire querit. Ex avaricia quoque gula, quia quod avari-
cia congregaverit, gula depascit. Unde divites solent esse
gulosi, sicut ille qui epulabatur cottidie splendide. Ex
gula autem luxuria, quia venter et genitalia vicina sunt,
et per vicinitatem membrorum sequitur confederacio viciorum. Ex
hiis itaque viciis sibi invicem connexis quasi cathena efficitur,
qua peccator ligatur et ad infernum trahitur. Hec ille. Beatus
eciam Gregorius faciens mencionem de eisdem mortalibus peccatis similia
sentit ad insurgens quasdam decepciones quas vicia pre-
dicta suggerunt menti ad seducendam eam ac puniendam.
Unde de hoc in xxxi libro moralium exponens illud dictum Ex-
hortacionem ducum et ululatum exercitus, sic dicit: Temptancia
quippe vicia que pro invisibile contra nos prelium regnanti
super se superbie militant, alia more ducum precedunt, alia
more exercitus subsequuntur. Neque enim culpe omnes pariter ac-
cessu cor occupant, sed dum maiores et pauce neglec-
tam mentem preveniunt, minores et innumere ad illam se
catervatim fundunt. Ipsa namque viciorum regina superbia

dum devictum cor plene ceperit. mox illud septem principa-
libus vitiis quasi quibusdam suis ducibus devastandum tradit
Quos videlicet duces exercitus sequitur. quia ex eis procul-
dubio importune vitiorum multitudines oriuntur. Quod
melius ostendimus. si ipsos duces specialiter ut possumus
enumerando proferamus. Radix quippe cuncti mali superbia
est. de qua scriptura testante dicitur. Initium omnis peccati superbia.
Prime autem eius soboles. septem nimirum principalia
vitia. de hac virulenta radice proferuntur. scilicet Inanis gloria
Invidia. Ira. Tristicia. Avaricia. ventris ingluvies.
et luxuria. Nam quia hys septem superbie vitiis nos
captos doluit. Idcirco redemptor noster ad spiritale liberationis
prelium spiritu septiformis gratie plenus venit. ex quibus videlicet
septem. quinque spiritualia. duo quoque carnalia sunt. Sed unum
quodque eorum tanta sibi cognatione iungitur. ut non nisi
unum de altero proferatur. Prima namque superbie soboles.
Inanis est gloria. quia nimirum dum vani nominis pote-
ntiam appetit. ne quis hanc alius adipisci valeat tabes-
cit. Invidia quoque iram parit. quia quanto interno
livoris vulnere animus sauciatur. tanto etiam mansuetudo
tranquillitatis amittitur. Ex ira quoque tristicia oritur. quia
turbata mens. quo ~~iam~~ inordinate se iam concutit
se ad addictionem confundit. et cum dulcedinem tranquillitatis
amiserit. nichil hanc nisi ex perturbatione subsequens meror
pascit. Tristicia quoque ad avariciam derivatur. quia
dum confusum cor bonum leticie in semetipso intus amiserit
unde consolari debeat foras querit. et tanto magis ex-
teriora bona adipisci desiderat. quanto gaudium non habet
ad quod intrinsecus recurrat. Post hec vero duo carnalia
vitia. id est ventris ingluvies. et luxuria supersunt. Sed
cunctis liquet quod de ventris ingluvie luxuria nascatur.
dum in ipsa distributione membrorum ventri genitalia sub-
nixa videantur. Unde dum unum inordinate reficitur.
aliud procul dubio ad contumelias excitatur. Bene autem
duces exhortari dicti sunt. exercitus ululatus. quia

prima vicia decepte menti quasi sub quadam racione se inserunt
sed innumera que sequuntur dum hanc ad omnem insaniam
pertrahunt quasi bestiali clamore confundunt. Inanis enim gloria
devictum cor quasi ex racione solet exhortari cum dicat. Debes
maiora appetere ut quo potestate valueris multos excedere
eo etiam valeas et pluribus prodesse. Invidia quoque devictum
cor quasi ex racione solet exhortari cum dicat. In quo illo vel
illo minor es. Cur ergo eis vel equalis vel superior non es
Quanta vales que ipsi non valent. Non ergo tibi aut superio-
res esse aut etiam equales debent. Ira etiam devictum cor quasi
ex racione solet exhortari cum dicit. Que erga te aguntur equani-
miter fieri non possunt. Hec ymmo pacienter tollerare peccatum est quia
et si non eis cum magna exasperacione resistitur contra
te deinceps sine mensura cumulantur. Tristicia quoque devictum
cor quasi ex racione solet exortari cum dicit. Quid habes unde
gaudeas cum tanta mala de proximis portas. Perpende
cum quo merore omnes intuendi sunt qui in tantum contra te
amaritudinis felle vertuntur. Avaricia quoque devictum cor
quasi ex racione solet exhortari cum dicit. Valde sine culpa est
quod quedam habenda concupiscis quia multiplicari non appetis
sed egere pertimescis. Et quod male alius retinet ipse melius
expendis. Ventris quoque ingluvies devictum cor quasi ex racione
exhortari solet cum dicit. Ad esum deus munda omnia condidit
et qui saturari cibo respuit quid aliud quam munerei con-
cesso contradicit. Luxuria vero devictum cor quasi ex racione solet
exhortari cum dicit. Cur te in voluptate tua modo non di-
latas cum quid te sequatur ignoras. Acceptum tempus in desideriis
expendere debes quia quam citius pertranseat nescis. Si enim
misceri deus homines in voluptate coitus nollet in ipso
humani generis exordio masculum et feminam non creasset.
Hec est ducum exhortacio que dum incaute ad secretum
cordis admittitur familiarius iniqua persuadet. Quam videlicet
exhortacionem exercitus ullulans sequitur quia infelix anima
semel principalibus viciis capta dum multis iniquitatibus
in insaniam vertitur ferali iam immanitate vastatur. Hec que

Postquam vero dictum est. De peccato superbie. capitulum quintum.
de peccatis capitalibus sive mortalibus in genere. Nunc
videndum est de unoquoque vicio. seu peccato in specie.
Et primo de superbia. que est regina omnium viciorum. videndum
est quid sit. Est autem superbia ut ait Augustinus perverse celsitudinis
appetitus. Nam sicut dicit idem Augustinus. Superbia invidet omnibus scilicet
superioribus quia illis non equatur. Inferioribus ne ei equentur
paribus quia ei equantur. Unde elacio animi est vicium
quo quis non vult pati priorem vel parem. Dicitur autem superbia
inicium omnis peccati triplici racione. Primo propter contemptum. que inve-
nitur in omni peccato. quia in omni peccato invenitur contemptus dei. qui
est quedam causa peccati. Iste autem contemptus est aversio a creato-
re. qui in omni peccato est. ubi preponitur bonum commutabile
bono incommutabili. Quia sicut sine caritate alie virtutes
nichil sunt. Ita sine superbia alia vicia nichil sunt. Abstra-
he superbiam et habebis graciam. Quia deus superbis resis-
tit. humilibus autem dat graciam. Secundo quia principium fuit peccatorum
hoc enim genere peccavit dyabolus in celo. et primus homo in
paradiso. Tercio quia nascuntur ex ea alia vicia. sicut supra dictum
est. Sciendum est autem quod quadruplex sit superbia. videlicet. cordis. oris.
operis. et habitus. de qua beatus Bernhardus adiungens quedam remedia
sic dicit. Est superbia cordis. superbia oris. superbia operis. et
superbia habitus. Superbia cordis est. quando homo in oculis suis mag-
nus est. Contra quam Sapiens orat. dicens. Extollenciam oculorum me-
orum ne dederis michi. Superbia oris vel lingue. que et iactan-
cia dicitur. est quando homo non solum magna de se sentit. sed eciam
loquitur. Unde psalmista dicit. Disperdat dominus omnia labia dolosa et lin-
guam magniloquam. Superbia operis est quando homo quadam
superbia ut magnus appareat agit. De qua idem psalmista ait
Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam. Superbia
habitus est quando homo ut gloriosus videatur preciosis se ornat ves-
tibus. Unde Petrus dicit. Non in veste preciosa. Sunt autem quinque
que ad remedium tam mortifere pestis a domino [illegible]
sunt proposita. locus. corpus. temptacio dyaboli. predicacio Christi.
et eius consuetudo. Locus quia exilium. Corpus quia onerosum.

Temptacio quia inquietat. predicacio christi quia edificat.
et eius conversacio quia informat. Hiis qui quinque sensibus deus
humilitatem operatur in anima. Sicut enim anima vita est corporis
Ita deus vita est anime. Et sicut corpus mortuum est. quod per
quinque sensus non vegetatur ab anima. Ita anima mortua est
que per hec dona non humiliatur. hec Bernhardus. Et quia vita anime
est deus. et sine gracia dei ac bonis operibus anima vivere non
potest. Ideo valde superbia fugienda et detestanda est. quia ipsa
est que privat hominem gracia dei. et effectum boni operis viciat
impedit et inficit. De hoc beatus Bernhardus dicit sic. Superbia in-
victa est in me. et declinavit dominus in ira a servo suo. Ergo
argumentum superbie privacio est gracie. Subtrahitur ergo gracia
interdum. non pro superbia que iam est. sed que futura est.
Illam superbo oculo veritas non videtur. que sinceo patet
Ibi enim requiem invenit mansuetus et simplex. Ubi dolosus
opprimitur et elatus. hec Bernhardus. De hoc eciam dicit Remigius
Iusto dei iudicio omnibus ei aufertur gracia divini muneris. qui
motibus execrabilis superbie obruitur et tumoris. hec Re-
migius. Quod autem opus bonum ac virtuosum sit infructuosum
et infectivum propter vicium elacionis ac superbie. probat hoc beatus
Bernhardus sic dicens. Elatum enim cor et durum expers est pietatis
ignarum compunctionis. siccum ab omni rore gracie spiritualis. Por-
ro elacionem fugere super omnia necesse est. Quisquis enim altum
sapit et opus eius et pacia vanum sapit. Superbia enim
impaciencia comitatur. hec Bernhardus. Dicit eciam de hoc Damascenus
Nulla virtus. nulla accio poterit elucere. cui eciam quantu-
lacumque minima scintilla superbie commoratur inherere. hec Dama-
scenus. Vigilandum ergo est contra vicium superbie. quia omnem
statum et condicionem hominis solet invadere et temptare. Secula-
res videlicet novicios conversos. et eciam iustos. De hoc per Hugonem
in libro de claustro anime sic dicitur. Superbia est que seculares possi-
det et retinet. novicios conversos vexat et renovat. Iustos
vero temptat et illudit. In secularibus apparet. In noviciis conversis
notatur. et in religiosis quoque latet. Insidiatur secularibus
ut in pravo comprehendat opere. Religiosis vero insidiatur.

p gliam laudis huane. hec hugo. Sunt nanq3 nonnulli
qui p cordis elatom alios quadam supba cogitatoe despi-
ciunt. et si aliqn aliqd exterius venerant. intus tn in cordis
secreto in sua cogitatoe se eisdem pferunt. Et si hunc in se
aliqd bonum etiā minimū. statim oclos mētis a malis q
prius gesserunt avertunt. et solū prius bonum qd fecerunt
tota intencoe aspiciunt. et ppt hoc qui sctos se existimant
mala vel multa. in quib' dimersi sunt nō agnoscunt
De talib' btus gg. in xxxiiij° li. more sup illo vbo. Omne
sublime videt. sic dr. Omes iniqui p tumore cordis ela-
ti. cunctos quos cernunt. supbie fastu despiciunt. et si qn
venerant exterius. Intus tn in secreto cordis. ubi apud se
sua estimatoe magni sunt. cunctorz sibi vitā meritumq3
postponunt. eosq3 infra se esse respiciunt. quia p elatam
cogitatom cordis. in quadam se altitudis arce posuerunt.
Quib' bn p pphām dr. Ve qui sapientes estis in oclis vris
hinc etiā ait paul'. Nolite prudentes esse apud vosmet-
ipos. hinc ad Saule diuina increpatoe dr. Nonne cum
puulus esses in oculis tuis. caput te constitui in trib-
bus isrl. puulus quippe in oculis suis est. qui in eo q
semetipm considerat. impare se alienis meritis pensat
Nam qui grandē se conspicit. quisqs se sup aliena meri-
ta elatone cogitatois extendit. Dauid aut scdm diuina
gra. saule repbato. ad regni gubernacla possidenda
pparabat. et tn psequti aduersario. mēte se humili subster-
nebat. Cui diuino iudicio se platū esse nouerat. illi se
humilit postponebat. cui p elatoie q̄tum incopabilit
se nouerat meliorē. Dictat ergo quo humiliata pximis
debeat. qui adhuc quo loco apud deum habeantur nesci-
unt. Si sic se etiā elati humiliant illis quib' iā se p mēna
iudicia anpositos dephendunt. hoc aut ppriū esse sp elec-
torz solet. qd dese sp sentiunt infra qm sunt. hinc nanq3
p eundē dauid dr. Si nō humilit senciebā etc. hinc magr
gencium suos amonens discipulos dicit. Superiores sibi
inuicē arbitrantes. Nam quia inmo' quisq3 inferiorem
se omem quē cogitat putat. eo diuiso inst' studeat

Ut superiorem quemlibet proximum attendat. at ne dum se
alii alteri humiliat. iterum alter in elationem. Unde utramque partem
admonuit dicens. Superiores sibi invicem arbitrantes. ut in
cogitationibus cordis. et ego michi illum preferam. et vicis-
sim me ille sibi. Et cum ab utraque parte cor inferius premitur.
nullus ex impenso honore sublevetur. Sed hanc humilitatis
formam. reprobi cognoscere vel tenere contempnunt. quia et si
quando se humiles superius ostendunt. humilitatis vim servare
intrinsecus negligunt. Quibus sepe accidit. ut si quando
unum quodlibet bonum. vel minimum faciant. a malis suis
omnibus respectu mentis pertinacius avertant. Atque hoc quod
vel extremum bonum fecerint. tota intencione spiritus inspi-
ciant. et ex eo iam se quasi sanctos aspiciant. obliti malorum
omnium que commiserunt. unius sui tantummodo boni memores. quod
fortassis facere nec perfecte potuerunt. Sicut electis eve-
nire solet. ut cum multarum virtutum gratia polleat. unum
eos vel tenuissimum vicium valde defatigatos pulset
quatenus dum ex quadam parte se infirmari considerant
de hiis virtutibus in quibus prevalent se minime extollant. dum
quod de infirmitate trepidant. hoc quoque ubi fortes sunt
humilius servant. Sepe ergo reprobi. pro hoc quod unum vel minimum
bonum suum intuentes conspiciunt. mala multa et gravia
in quibus demersi sunt non agnoscunt. Et sepe electi pro hoc
quod tenuissimum malum suum infirmari trepidant. mira
dispensacione aguntur. ut magna bona ad que perfecti sunt
non amittant. Iusta itaque et occulta examinis mensura
disponit. ut et iniustos mala adiuvent. et illos bona ag-
gravent. Dum et isti ad profectum boni utuntur levibus ma-
lis. et illi ad augmentum mali intumescunt bonis minimis
Isti quippe inde perfectius in bono proficiunt. unde malo tem-
ptantur. Illi autem ad maius malum deficiunt. unde de bono
gloriantur. Sic itaque male bono utitur impius. et bene
malo utitur probus. Sicut sepe contingit. ut alius ex cibo
salutifero. in ordinate sumpto. pestem languoris incurrat
alius veneno ꝑpentur in medicamine ordinate confectionis.

adhibito. languoris molestiā vitat. Ille ergo quia
cibo salutifero uti recte noluit. Inde periculose moritur.
unde alii salubriter vivunt. Iste autem quia veneno serpē
tis caute uti studuit. Inde salubriter vivit. unde alii
periculose moriuntur. Venenum vero serpentis nō ipsam neq̄
tiam. sed suggestionē nequitie dicimus. quia nolētes
sepe remitētes q temptamur. Et tūc in medicamē
vtitur. cū mens virtutibus erecta. conspectis contra se temptatio
nibus humiliatur. Iniqui igitur atq reprobi. quibus opa faci
unt. in quibuslibet virtutibus eminēt. humilitatis sensū
penitus ignorāt. quia inimici leviathan mēbra sūt
de quo superna voce dicitur. omē sublime videt. hec. greg.
Sciendū quoq est. quod alia vicia illas solū in virtutes
impetūt. quibus ipse virtutes destruūtur. ut videlicet ira pa
ciētiā. gula abstinēciā. libido cōtinēciā expugnet.
Superbia vero nequaquam unius virtutis intemptione contenta
est. sed contra cunctas virtutes se erigit. ut quidquid illa
inbadente agitur. deo placere nō potest. quia per hoc solum
vane glorie servitur. Cuius etiā mentē hec pestis cepit. clau
so cordis oculo. iudicii equitatē perdit. Nam cuncta que
ab aliis bn̄ fiunt displicēt. et sola que ipse egerit. etiā
prava placēt. Aliena opa semper despiciat. miratur sp
que per se facit. Ipsa etiā superbia. alios in rebus secularibus
alios in spiritualibus constitutos possidet. Aliter enim intu
mescit in infimis et terrenis rebus. Aliter summis celeste
que virtutibus. Aliter hoc vicium temptat prelatos. aliter subdi
tos. Prelato namque in cogitacionibus suggerit. quod solus
vite merito super ceteros excrevit. eius que mentē erigit
viles atq inutiles eos qui subiecti sunt ostendit. Ita
ut nullum iam quasi dignum respiciat. cui estimimit loquatur.
At contra subditorum corda superbia instigat. ut sua acta
considerare funditus negligat. et semper tractatus cogitacioni
bus rectoris iudices fiant. Quia dum in illo quod reprehendere
debeāt. importune respiciūt. in semetipsis quod corrigant
nunquam vident. Ista tangit beatus gregorius. ad iungēs etiā quēdā

remedia contra hec. in xxxiiii° li° moral. exponens illud
dictum. Ipse est rex super omnes filios superbie sic dicit. Scrip
tum est. Initium omnis peccati superbia. Per hanc enim ipse levia
than i. dyabolus occubuit. Per hanc sequentem hominem
stravit. Eo etenim telo salutem nostre immortalitatis
impetiit. quo vitam sue beatitudinis extinxit. Unde
bene superbia radix peccatorum esse monstratur. Sicut enim in secreto
radix tegitur. sed ab illa rami expanduntur exterius. Ita se
superbia intrinsecus celat. sed ab illa protinus vitia pullu
lant. Intus namque prius ebulit in elatione quod foris
postmodum spumet in opere. Sed quia occasio de superbie
discussione se prebuit. debemus hanc sollicitius subtiliusque
discutere. atque ad humanas mentes quanta vel qualis veniat
et quibus qualiter subripiat demonstrare. Alia quippe
vitia eas solummodo virtutes impetunt. quibus ipsa destru
untur. Ut videlicet ira patientiam. castrimargia abstinentiam
libido continentiam expugnet. Superbia autem quam radicem
diximus vitiorum esse. nequaquam unius virtutis extinctione con
tenta. contra cuncta anime membra se erigit. et quasi genera
lis ac pestifer morbus. corpus omne corrumpit. Ut quicquid
illa invadente agitur. etiam si esse virtus ostenditur. ut per hoc
non deo. sed soli vane glorie serviat. Quasi enim tirannus quidam
obsessam civitatem intercipit. tam mentem superbia intercipit
Et quo ditiorem quemque ceperit. eo in dominio durior exsur
git. Quia quo ampliores virtutes sine humilitate agit. eo la
tius ista dominatur. Quisquis vero eius in se tirannidem capti
va mente susceperit. hoc primum dampnum patitur. quod clauso
cordis oculo. iudicii equitatem perdit. Nam cuncta que
ab aliis vel bene geruntur displicent. et sola ei que ipse
vel prave egerit placent. Semper aliena opera despicit.
semper miratur quod facit. quia et quicquid egerit. egisse se si
gulariter credit. Et cum se in cunctis transcendere ceteros estimat. per
lata cogitationum spatia secum deambulans laudes suas
tacitus clamat. Nonnumquam vero ad tantam elationem mens du
citur. ut in eo quod tumet. etiam ostentatione locutionis effrenetur.

Sed tanto fatalius ruina sequitur quanto apud se quisque
impudentius exaltatur. Sciendum quoque est quod ipsa hec de qua
loquimur elatio alios ex rebus secularibus alios vero ex spiritua
libus possidet. Alter namque intumescit auro. alter eloquio
Alter infimis et terrenis rebus. Alter summis celestibus que virtutibus
una eademque ante dei oculos agit. quamvis ad humana corda
veniens in eorum obtutibus diverso amictu palliet. Ita
tamen is qui prius de terrena facultate superbiebat. post
modum de sanctitate extollitur. nequaquam cor eius elatio
deseruit. Sed ad eum consueta veniens ut cognosci pos
sit neque vestem mutavit. Sciendum quoque est quod aliter
hec prepositos atque aliter subditos temptat. Prelato namque
in cogitationibus suggerit. quia solus vite merito super
ceteros excreverit. Et si qua ab eo bene aliquando gesta sunt. hec
importune eius animo obiciat. Et tam hunc singulariter deo
placuisse insinuat ut facile suggesta persuadeat. ipsa ad
testimonium potestatis tradite retributionem vocat dicens. Quia
nisi omnipotens deus te his omnibus meliorem cerneret. omnes
hos sub tuo regimine non dedisset. Eiusque mentem mox
erigit. viles atque inutiles eos qui subiecti sunt ostendit
Ita ut nullum iam quasi dignum respiciat. cui exanimiter lo
quatur. Unde mox mentis tranquillitas in iram vertitur.
Quia dum cunctos despiciat. dum eorum sensum vitamque omnium sine
moderamine reprehendit. tanto se minus frenat in iracundiam
dilatat. quanto eos qui sibi commissi sunt. esse sibimet pu
tat indignos. At contra cum subditorum cor superbia insti
gat. hoc summopere agere nititur. ut ut sua acta considerare
funditus negligat. et semper tacitus cogitationibus rectoris
sui iudices fiat. Quia dum in illo quod reprehendere debeat im
portune respiciunt. in semetipsis quod corrigat nunquam
vident. Unde et tanto acrius pereunt. quanto a se oculos avertunt
Quia in huius vite itinere offendentes ruunt. dum alibi in
tendunt. Et quidem peccatores se esse asserunt. nec tamen tam ut
tam noxie in regimine personae tradantur. et dum eius facta
despiciunt. dum precepta contempnunt. ad tantam usque insaniam

deuoluunt. ut dum res humanas curare nō estiment
quia ei que q̄i iure rep̄hendunt. esse se commissos dolent
Sic qz dum contra rectorē sup̄biunt. etiā contra iudicia
conditoris intumescunt. Et dum pastoris vitā diiudi
cant. ipsam quoqz sapientiam omnia disponentē impug
nant. Sepe aūt rectoris sui dictis ꝓterue obuiant. et eā
dem vocis sup̄biam libertatē vocant. Sic quippe elatō
se q̄i p rectitudinē libertatis obicit. sicut se timor p hu
militate supponit. Nam sicut plerumqz reticet ex timo
re. et tn̄ tacere se existimant ex humilitate. Ita nonnulli lo
quuntur p impacientiā elationis. et tn̄ loqui se credunt. per
libertatē rectitudinis. Aliqn̄ etiā subditi ꝓterua q
senciunt. nequaqm̄ ꝓdunt. et hij quorum loquacitas vix
compescitur. nonnumquam ex sola amaritudine intimi rancoris
obticescunt. Qui p rancorē mentis. ꝓtacitate sue verba
subtrahentes. dum male loqui soleant peius tacent
Quia cum peccantes aliquid de correctione audiunt. indig
nantes etiā responsionis vba suspendunt. Cum hijs
quā aspere agitur. sepe ad querula vocē. de hac ipsa asperitate
ꝓsiliunt. Cum vō eos magistri sui blande preueniunt. de hac
ipsa humilitate qua preuenti sunt grauius indignantur. Et tanto
eorum mens vastius accenditur. quanto considerantius infirma
iudicatur. Hij nimirum quia humilitatē que virtutum mater
est nesciunt. vsum sui laboris ꝑdunt. etiā si qua bona
sint que operari videantur. Quia surgentis edificij robusta
celsitudo non figitur. que nequaqm̄ p fundamenti fortitu
dinē in petra solidatur. Soli ergo ruine crescat quod edifi
cant. qui ante molem fabrice humilitatis fundamenta
nō parant. Quos bn̄ ab intimis ꝓdimus. si pauca in
exterioribus ostendamus. Cunctis namqz aput se sup̄bis
cogitationibus tumentibus inest clamor in locutione. amari
tudo in silencio. dissolucio in hilaritate. furor in tristicia
Inhonestas in actione. honestas in ymagine. erectio
in sensu. rancor in responsione. horum mens semper est ad
irrogandas contumelias valida. ad tollerandas infirma

ad obediendu͂ pigra. ad lacessandu͂ v̄o alios impor
tuna. ad ea que facere et debet et p̄ualet ignaua.
Ad ea aut̄ que nec debet nec p̄ualet parata. et in eo
q̄ sponte nō appetit. nullis exhortatōibus flectitur.
Ad hoc aut̄ q̄d latent̄ desiderat. querit ut cogatur.
cessaria. Scđa debita. Tertia pfecta. Scdm gº. qđ sabtm
dicat. requies siue vacacō ad deū. Sic dies dnica pt
dici dies sabti. et quelibz dies statuta ad diuinā ve-
neracōm. quibꝰ cessandū est ab ope suili. i. a pctō
et ab ope impediēte vacatōnē ad deū. Opa enī suī-
lia determināt ab eccia opa mechanica. agricul-
tura. mercata. placitū. ¶ Quartū est. Honora pa-
trē tuū et matrē tuā. Huic p̄cepto addit pmissio.
s. vt sis longeuus sup terram. quia cōgruū est vt cō-
suacō vite aliene mēat cōsuacōm vite pprie. Pr
dr in hoc mandato homo. qui est pncipiū p gnacōm
quo ad esse nate. vt pr carnalis. vel qui est pncipiū
p ministeriū regnacōis. quo ad esse gre. vt platꝰ spualis.

honor intelligit̃ hic dupliciter .s. exhibic̄o corporalis in
sustētac̄o̅e . et spūalis in reuerencia et obediēcia. Sed obediēcia
diuersificatur secundum diuersificac̄o̅nē patrum . quia patri spūali
debemus obedire tm̄ in spūalibus . prelato seculari .s. regi in
temporalibus reipublice . patri carnali in disposic̄o̅e rei familia
ris. ¶ Quintū est Non occides . hic explicite ꝑhibet homicidiū
Sed implicite omnis motus ire contra proximū . siue ille sit
cordis tm̄ ut ira . siue oris ut contumelia . siue operis . ut per
cussio citra mortē uel depilac̄o . distinguitur homicidiū ger
dupliciter .s. verum quod dicitur corporale et interpretatiuū quod dicitur spūale
homicidiū spūale duobus modis fit . Vno modo obmittendo ut
cū quis videt aliū in extrema necessitate et nō subuenit ei
interpretatiue dicitur eū occidisse . Alio modo fit committendo et hoc
quandoque .s. corde odiendo Johis . Qui odit fratrem suū homicida
est . Quandoque ore .s. detrahendo . quia ille cui detrahitur occiditur .
in consciencia illius qui audit detractorem . in qua prius viuebat
pro bona famā . Quandoque opere .s. malo exemplo alicui occa
sionē ruine prestando . et tunc interpretatiue dicitur illū occidere
¶ Sextū est . Non mechaberis . In hoc precepto sicut dicit
Aug. ꝑhibetur omnis illicitus concubitus . et illorum membrorum
omnis illegittimus vsus . ¶ Septimū est Non furtū facies
hic sc̄dm Aug. ꝑhibet omnis contrectac̄o rei aliene ex cu
piditate ¶ Octauū est . Non loqueris contra proximū tuū falsū
testimoniū . hic ꝑhibetur omne genus mendacij . sicut dicit Aug. quod
determinatur per tres differencias . Est enim mendaciū perniciosū . quia
nocet . officiosū quia prodest . Iocosū quod delectat . Includitur
etiā in hoc precepto taciturnitas veritatis tempore necessitatis . cū
causa . et oportunitas faciat ipsam taciturnitatē esse licitā
¶ Nonū et decimū preceptū hoc est Nō concupisces domū
proximi tui . nec desiderabis vxorē eius . nec seruū nec
ancillā . nec bouē nec asinum . nec omnia que illius sunt
duo ꝑhibentur hic .s. concupiscencia carnis in vxorē proximi
et concupiscencia oculorum in re aliena . Nam ad hec duo
maxime inclinatur natura corrupta ad vnū propter conseruac̄o̅nē
sui in esse speciei . ad aliud propter conseruac̄o̅nem sui in esse individui .

hic nō phibet appetit(us) qui est ex corrupcōe fomitis vel
a sensualitatis delectacōe. quia impossibile est. q(uod) ille cō=
cupiscencie nō sint in nobis. sed phibet appetit(us) qui est
ex cōsensu racōis. Omnis ad duo detinet(ur) tm̄. tū dr̄
ibi phiberi vniu(er)salit(er) omnis cōcupiscencia male volū(ntatis)
Sic igi(tur) habem(us) de decem p(re)ceptis. Item queda(m) pcc̄a enumerant(ur)
ab aplō ad rom̄. i.° s(cilicet). ydolatria. vicium cōtra na(tu)r(am). iniqui=
tas. malicia. fornicacō. auaricia. nequicia. inuidia
hōicidiu(m). cōtencō. dolus. malignitas. susurracō. de=
traccō. cōtumelia. supbia. elacio. inuēcō maloru(m). ino=
bediā. insipiencia. et incōposicō. quibus adiungit illos
qui sunt sine affectōe. absq(ue) federe et sine mīa. post
hec omnia subiungit aplus. q(uod) qui talia agūt. dig=
ni sunt morte s(cilicet) eterna. Item idem apls in epla ad
Gal. v.° de quib(us)da(m) facinorib(us) sic ait. Manifesta aut(em)
sunt opa carnis. que sunt fornicacō. īmundicia. impu=
dicicia. luxuria. auaricia. q(uo)d est idolor(um) s(er)uit(us). venefi=
cia. inimicicie. cōtencōes. emulacōes. ire. rixe. dissen=
siones. secte. inuidie. hōicidia. ebrietates. cōmessa=
cōnes. et hijs similia. que p(re)dico vobis sicut p(re)dixi.
q(uonia)m qui talia agūt. regnu(m) dei nō cōsequnt(ur). Ex hijs
dict(is) apli colligere possimus p(re)missa pcc̄a ee mortalia
cum dicit agentes siue p(er)petrantes huiusmodi scelera esse dig=
nos morte et(er)na. nec posse tales cōsequi regnu(m) dei. et
vt intelligencia p(re)dictoru(m) vicioru(m) melius habeat(ur). Sciendum
q(uod) malicia est qn̄ aliquis dampnu(m) molit(ur) alicui. Nequi=
cia est temeritas qn̄ quis audet q(uo)d nequit. Vel nequi=
cia est impaciencia sui. Susurratores sunt qui int(er) ami=
cos discordias seminant. Inuētores maloru(m) sunt. qui no=
uu(m) genus mali cuiuscumq(ue) inueniunt v(er)bo vel ope(re). Insi=
pientes s(cilicet) nō discernentes int(er) bonu(m) et malu(m). Incōposi=
tos habitu et incessu. quia incōposicō corporis indi=
cat qualitate(m) mentis. Sine affectōe. i. sine dilectōe
proximi. Absq(ue) federe. i. sine societate et pace. Sine
mīa quia nō cōpaciunt(ur) miseris. Inuidia est que

est cotta nam. Impudicicia est impudice viue. Rixe
sunt qn exorta se inuicem puocant. Dissensiones sunt qn
aliqui partes faciunt in ecclia. Secte que grece dicunt
hereses. Ebrietates assidue. Comessaciones superflue. Ve
neficia sunt incantaciones. Cetera vero vicia paulum premissa
superius sunt exposita. qn de peccatis mortalibus et eorundem
cum filiabus est tractatum. Beatus eciam Aug. plurima peccata
mortalia enumerat cum dicit. Mortalia sunt. Sacrilegium.
homicidium adulterium. fornicacio. falsum testimonium. rapina
furtum superbia inuidia. auaricia. et si longo tempore te
neatur iracundia. et ebrietas si assidua sit computatur in eorum
numero. Quicumque aliquod de istis peccatis in se dominari permiserit. si
digne peniteat. in eterno igne cruciabitur. Hec Aug.
Sic patet de peccatis mortalibus. De peccatis venialibus cap. xv.

De peccatis vero venialibus tacendum. que sunt diuersa et lon
gum esset omnia replicare. De quibus beatus
Aug. facit mencionem de illis. quedam commemorans
sic dicit. Que autem sunt minuta peccata. licet omnibus nota
sint. tamen quia longum est ut omnia replicentur. opus est
ex eis aliqua nominemus. Quociens aliquis in cibo et potu plus
accipit quam necesse est. ad minuta peccata nouit pertinere.
Quociens plus loquitur quam oportet. plus tacet quam expe
dit. quociens pauperem importune petentem exasperat. Quociens
cum sit corpore sanus aliis ieiunantibus prandere voluerit. aut
sompno deditus tardius ad ecclesiam surgit. quociens ex
cepto filiorum desiderio vxorem suam cognouit. quociens in
carcere positum tardius requisierit. infirmos tardius visi
tauit. si discordes ad concordiam reuocare neglexit. Si
plus aut proximum aut vxorem aut filium. aut seruum exaspa
uerit quam oportet. Si amplius fuit blanditus quam opor
tet. Si cuicumque maiori persone ex voluntate aut ex necessitate
adulari voluerit. si se aut in ecclia. aut extra ecclesiam fabu
lis ociosis. de quibus in die iudicii racio reddenda est occu
pauit. Si dum iocantes incaute iurauerimus. et cum hoc
per aliquam necessitatem implere non poterimus vtique periuramus.

et cū omī fatali^{ter} maledicim⁹. hec Aug⁹. In quib⁹ iā
memorat^{is} pc̄cis minut^{is} siue venialib⁹ possim⁹ collige͞r
etiā alia similia esse pc̄ta venialia. q̄ nimis longū esset vt
p̄dc̄m est singla explicare. Et nondū q̄ omnis culpa
sepat a deo. hec aūt sepacō pfecte quidē fit p pc̄m
mortale. impfecte vō p pc̄m veniale. Per pc̄m em̄
mortale omīo mēs auertit^{ur} a deo. p pc̄m aūt veniale retardat^{ur}
affectus hoīs. ne ita prompte ferat^{ur} in deū. sed vtrūq pc̄m p
pn̄iam delet^{ur}. Et sicut mortale pc̄m remitti nō pt
q̄ndiu volūtas pc̄cō inheret. Ita etiā nec pc̄m veniale
Sed ad remissionē mortalis pc̄ti pfectior exigit^{ur} pn̄ia
Ad pc̄m aūt veniale requirit^{ur} actualis quedā displicē-
cia. Et sciendū q̄ homo in grā constitut⁹ pt vitare omīa
pc̄ta mortalia et singula. potest etiā vitare singula
pc̄ta venialia. sed nō omīa. Unde pn̄ia de pc̄cis mortalib⁹
requirit. vt homo pponat abstinē ab omīb⁹ et singlis
pc̄cis mortalib⁹. Sed ad pn̄iam venialiū pc̄coꝝ requi-
rit^{ur}. q̄ pponat abstinē a singlis nō tn̄ ab omnibus. Ista
tangit Thomas de aq̄no sic dicens. Nondū q̄ culpa sepat
a deo. sed hec sepacō pfecte quidē fit p pc̄m mortale. imp-
fecte aūt p pc̄m veniale. Nam p pc̄m mortale mēs
omīo a deo auertit^{ur}. vtpote cōtra caritatē agens. P pc̄m
aūt veniale retardat^{ur} affectus hoīs. ne ita prompte in
deum ferat^{ur}. et ideo vtrūq pc̄m p pn̄iam quidem re-
mittit^{ur}. q̄ p vtrūq deordinat^{ur} volūtas hoīs p inor-
dinatā conūsionē ad bonū creatū. Sicut em̄ pc̄m mor-
tale remitti nō pt. q̄ndiu volūtas pc̄cō adheret. Ita et
nec pc̄m veniale. q̄ manēte causa manet effectus
Exigit^{ur} aūt ad remissionē pc̄ti mortalis pfectior pn̄ia
vt scilz homo actualit^{er} pc̄m mortale commissū detestet^{ur}
q̄ntū in ipo est. vt scilz diligētiā adhibeat ad rememorā-
dū singla pc̄ta mortalia vt singula detestet^{ur}. sed hoc
non ad remissionē venialiū pc̄coꝝ requirit^{ur}. cū q̄dā
actualis displicētia. puta cū aliq̄s hoc m^{o} fert^{ur} sc̄dm
affectū in deum et res diuinas vt quidq̄ sibi occurret.

quod enim ab hoc motu retardaret. displiceret ei et doleret
se hoc commisisse etiam si actu de illo non cogitaret. quod
tamen non sufficit ad remissionem peccati mortalis nisi quantum
ad peccata oblita post diligentem inquisitionem. quia de quoli-
bet peccato mortali tenetur homo specialiter conteri. Unde debet
excogitare homo ad inveniendum peccatum. Si autem peccatum
omnino a memoria excidit. tunc ex impotentia faciendi excusa-
tur a debito. et sufficit generalis contritio de omni eo in quo deum
offendit. sed quando impotentia tollitur. sicut cum ad memoriam
revocat peccatum. tunc tenetur homo specialiter conteri. Etiam
sciendum quod homo in gratia constitutus potest vitare omnia peccata
mortalia et singula. potest etiam vitare singula peccata
venialia sed non omnia. et ideo prima de peccatis mortalibus
requirit quod homo proponat abstinere ab omnibus et singulis
peccatis mortalibus. Sed ad primam peccatorum venialium requiritur
quod proponat abstinere a singulis non tamen ab omnibus. quia
hoc infirmitas huius vite non patitur. debet tamen habere propositum
se preparandi ad peccata venialia minuenda. alioquin esset ei
periculum deficiendi. cum desereret appetitum proficiendi. seu tollen-
di impedimenta spiritualis profectus que sunt peccata venialia
hec Thomas. De remissione etiam venialium peccatorum scien-
dum quod peccata venialia tolluntur per diversa remedia. videlicet per
eukaristie dignam sumptionem / per extremam unctionem. per ge-
neralem confessionem. per pectoris tunsionem. per dominicam orationem
per episcopalem benedictionem. per aque benedicte aspersionem
Per hec igitur remittuntur venialia peccata quantum ad culpam
non tamen semper remittuntur totaliter quantum ad penam. quia si sic
esset. omnis immunis a peccato mortali aspersus aqua bene-
dicta statim evolaret. sed reatus pene remittitur secundum
motum fervoris in deum qui per predicta excitatur. secundum ma-
gis et minus. De hoc per Thomam de aquino sic dicitur. Notandum
quod triplici ratione aliquid causat remissionem venialium pec-
catorum. Uno modo inquantum in eis infunditur gratia. quia per infusi-
onem gratie tolluntur peccata venialia. et hoc modo per eukaristiam
et extremam unctionem / et ultimo omnia sacramenta nove legis

in quib[us] cofert g[rati]a. p[ecca]ta venialia remittu[n]t[ur]. Sc[d]o m[od]o in-
g[e]n[er]itu[m] su[n]t cu[m] aliquo motu detestaco[n]is p[e]cc[at]o[rum] / et hoc
mod[o] co[n]fessio ge[n]e[r]alis. tu[n]sio pectoris. et or[ati]o d[omi]nica
opant[ur] ad remissione[m] venialiu[m] p[e]cc[at]o[rum]. Tercio mod[o]
in g[e]n[er]itu[m] su[n]t cu[m] aliq[uo] motu reue[re]ncie ad deu[m]. et ad res
diuinas. et hoc m[odo] b[e]n[e]dictio ep[iscop]alis. aspersio aque b[e]n[e]-
dicte. opant[ur] ad remissione[m] venialiu[m] p[e]cc[at]o[rum]. Et qui-
dem p[er] p[re]dicta. tollu[n]t[ur] p[ecc]ata venialia q[ua]ntu[m] ad culpa[m].
tum v[ir]tute alicui[us] s[an]c[ti]ficaco[n]is. tum eciam v[ir]tute caritat[is]
cui[us] mot[us] p[er] p[re]dicta excitat[ur]. Non au[tem] p[er] q[uo]dlibet p[re]dictor[um]
semp[er] tollit[ur] totus reatus pene. q[uonia]m si sic esset o[mn]i[n]o
inmunis a p[e]cc[at]o mortali. aspersus aqua b[e]n[e]dicta statim
euolaret. sed reatus pene remittit[ur] p[er] p[re]dicta. s[e]c[un]d[u]m mo-
tu[m] feruoris in deum. qui p[er] p[re]dicta excitat[ur]. q[ua]n[do]q[ue] magis
q[ua]n[do]q[ue] au[tem] minus. hec Thomas. Notandu[m] eciam q[uod] p[e]cc[atu]m
cu[m] p[er] p[e]n[itenti]am citius no[n] tergit[ur]. aut p[e]cc[atu]m est. aut causa
p[ecc]ati. aut p[e]cc[atu]m et pena p[ecc]ati. Nam ex vno vicio subse-
quens culpa orit[ur]. quia ip[s]a suo pondere mox in aliud
trahit. ex quo cecata mens ducit[ur]. vt peiiis ex alio liget-
tur. Et cu[m] p[e]cc[atu]m ex p[e]cc[at]o orit[ur]. no[n] iam p[e]cc[atu]m tantu[m]. sed
p[e]cc[atu]m est et pena p[ecc]ati. quia iusto iudicio. omnip[otens] deus
cor p[e]cc[at]oris obnubilat. Vt p[re]cedentis p[ecc]ati merito eciam
in aliud cadat. Nam plerumq[ue] vnu[m] idemq[ue] p[e]cc[atu]m. et
p[e]cc[atu]m est et pena p[ecc]ati. et causa p[ecc]ati. q[uo]d sic ostendi p[ote]st.
Ventris namq[ue] ingluuies. in feruore luxurie plenitu-
dine[m] carnis instigat. P[er]petrata au[tem] luxuria. sepe aut
periurio. aut homicidio tegit[ur]. ne p[ro] humani iudicii p[e]cc[at]o puniat[ur].
Ista co[m]memorat beatus Greg[orius]. in xxv°. li[bro] mor[alium] sic d[icens]. Om[n]e q[ui]ppe
p[e]cc[atu]m. q[uo]d cu[m] citius penitendo no[n] tergit[ur]. aut p[e]cc[atu]m est. aut
causa p[ecc]ati. aut p[e]cc[atu]m et pena p[ecc]ati. P[e]cc[atu]m namq[ue] quod
penitencia no[n] diluit. ip[s]o suo pondere mox in aliud tra-
hit. Vnde fit ut no[n] solu[m] p[e]cc[atu]m sit. sed eciam p[e]cc[atu]m et cau-
sa p[ecc]ati. Ex illo quippe vicio culpa subseque[n]s orit[ur]. ex quo
cecata mens ducat[ur]. vt peius ex alio liget[ur]. Sed cu[m] p[e]cc[atu]m
ex p[e]cc[at]o orit[ur]. no[n] iam p[e]cc[atu]m tantu[m]. sed p[e]cc[atu]m est. et pe[n]a

peccati. quia iusto iudicio omnipotens deus cor peccatoris obnubi-
lat. ut precedentis peccati merito etiam in aliud cadat. que enim
liberare noluit descendendo percussit. Non ergo in merito pena
peccati dicitur. quod iusta desuper irrogata cecitate. ex precedentis peccati
ultione perpetratur. Quod videlicet agitur dispositione superius ordinata
sed inferius in iniquitate confusa. ut et precedens culpa sit
causa subsequentis. et rursum culpa subsequens sit pena
precedentis. Unde de infidelibus et lubricis paulus dicit. Qui-
cum cognovissent deum. non sicut deum glorificaverunt. aut
gratias egerunt. et paulo post. Propter quod tradidit illos
deus in reprobum sensum in desideria cordis eorum in immundi-
ciam. ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. Qui
enim cognoscentes deum peccatum superbie commiserunt. cecantur etiam
ne intelligant quod committunt. Et qui intelligentiam sequi
noluerunt in peccato et causa peccati. etiam ipsum lumen intelligentie
perdunt in peccato et pena peccati. Prioris ergo peccati merito pec-
catorum subsequentium fovea tegitur. ut qui malum sciens perpe-
trat. deinceps iuste in aliis etiam nesciens cadat. Hoc quippe
agitur. ut culpis culpe feriantur. quatenus supplicia fiant peccan-
tium ipsa incrementa viciorum. Nam quia omnipotens deus ad
penitentiam tempus indulget. quod humana malicia ad usum
sue iniquitatis retorquet. Nimirum iusto dei iudicio au-
geri culpa permittitur. ut ad feriendum altius quandoque cumule-
tur. Hinc enim de quibusdam paulus dicit. Pervenit ira dei
super illos ut impleant peccata sua semper. Hinc voce angelica
Iohanni dicitur. Qui nocet noceat adhuc. et qui in sordibus
est. sordescat adhuc. Hinc david dicit. Appone iniquitatem
super iniquitatem eorum. et non intrent in iusticiam tuam. Cor quippe
dominus prioribus meritis aggravatum iuste permittit etiam subse-
quentibus spirituum malignorum persuasionibus falli. quia cum
digne culpa trahitur. reatus eius in pena cumulatur.
Habet iam quidem unde feriri mereantur. sustinet
tamen adhuc peccatum crescere. ut peccantes possit atrocius
pena cruciare. Iam meretur supplicium pena et causa pec-
cati. Expectat adhuc ut augmentum supplicii subroget

pctm et penā pcti. Plerūq3 vō vnū idemq3 pctm. et pctm est et pena pcti et causa pcti. Quod meli9 ostē dim9 si res ipās in mediū deducam9. Effrenata quippe ventris ingluuies. in feruore luxurie p libidine insti gat. perpetrata aut luxuria. sepe aut piurio. aut ho micidio tegit. ne hūana p legū vltōne puniat. Hec gg. Vnde necesse est. si quis lapsus fuit in aliquod graue pctm vt p pmam quātocius ab hoc vicio resurge studeat. ne in grauiora pcta ppt tale factum eum cadere contingat.

De xii abusionib9 claustri et de desiccacōe et de medi

xvi Sciendū etiā scdm btm Cyprianū. q duodecī sūt abusiones scli. videlz sapiens sn bonis opibus. senex sine religione. adolescens sine obediētia diues sine eleōsina. femina sine pudicicia. dñs sine vtute xpianus contenciosus. pauper supbus. rex iniquus. epūs negligens. plebs sine disciplina. populus sine lege. hiis duodecī abusionib9 suffocat iusticia et disciplina hec Cyprian9. Et quia psens tractat9 maxime loquit et tractat de statu religiosorum sine claustraliū. Ideo notandū q etiā sūt duodecī abusiones claustri. quib9 tota religionis summa corrupit. s. platus negligens. discipulus inobediens. iuuenis ociosus. senex obstinat9. monach9 curialis. monach9 causidic9. habit9 preciosus. cibus exquisitus. rumor in claustro. lis in capitulo. dissolucio in choro. irreuerentia circa altare. In maiorem igit in singlis. et de singlis pauca disseram9. Sunt quidam qui sciūt et possūt et volūt pesse. Quidā qui sciūt et possūt sed nolūt. Quidā qui nec sciūt nec possūt sed volūt. Quidā nec sciūt nec possūt nec volūt. Scire et posse et velle est caritatis vl supbie. Scire et posse et nolle est hūilitatis vl inercie. Nec scire nec posse et velle cupiditatis est et stulticie. Nec scire nec posse nec velle discrecōis est et prudentie. Qui enim sciūt et possūt et volūt pesse si velint pdesse caritatis est. alioqn supbie. Qui vō sciūt et pnt sed nolūt. hūilit9

est qui renuunt. In tercio vero cum sciant si omnino desistunt. Qui
autem nec sciunt nec possunt et volunt. cupiditatis esse videtur
quod volunt. stultitie si velint quod nec sciunt nec possunt. Illi
siquidem qui nec sciunt nec possunt nec volunt. prudenter
agunt. Summa enim est discrecio nolle quod non potes. Videndum
autem quod oues pastorem sequuntur ad vitam si diligens. ad mor-
tem si negligens precedat. Debet enim precedere vita et doctri-
na. ut quod docet verbis impleat factis. Tenere eciam debet
vnitatem cum grege. quod fit. quando non diuiditur a subiectis per
preciosiorem habitum vel per delicatiorem cibum. Dum fit vnus per com-
passionem cum infirmis. per dispensacionem cum delicatis. ut cum
apostolo dicere possit. omnibus omnia factus sum. Pastor vero
negligens fugit. Sunt enim quidam prelati. qui onera impor-
tabilia imponunt subditis. et ea digito mouere nolunt.
Fugiunt quod preceperunt. Fugiunt qui remoti a conuentu
sub ocio viuunt. qui praua agunt et reprehendi nolunt.
qui male viuunt. et subiectos bene viuere cogunt. et errantes
reuocant. sed fortes occidunt. reuocant verbis occidunt exem-
plis. operantur ipsi quod aliis operari licitum esse non putant. Sub-
iectos cogunt. et ipsi a nemine cogi volunt. De discipulo inobediente.

De discipulo inobediente. Inobediencie morbus
ex superbie timore procedit. sicut fames ex vul-
nere. hoc morbo primus homo languit. quia bes-
tiis creature prepositus fuit. per inobediencie vero culpam suppositus
eciam muscis et culicibus pro posteris fuit. Hec autem tribus
modis mederi solet. emplastro. scilicet vngento et ferro.
i. exemplo boni operis. verbo commonicionis. disciplina
correccionis. Assumit autem inobediencia quandoque nomen obediencie
precepto facto et loco. leue enim est precipere. sed labor est imple-
re. Locus vero aliquando placet aliquando displicet. placet quibusdam
non quia habundet fructibus sed piscibus. placet quia fa-
mulis habundat et fabulis. et sic fit ut vocetur obediencia
cum non sit. hanc multa desiderant. ut credant obedienciam esse quantum
Multis autem modis hec obediencia queri solet. scilicet parentum
exaccione seu fratris seductoria exhortacione. vel eciam boni

operis simulatoria ostensione. Est et alia spes inobediencie que tamen obediencia vocatur de qua dicitur. quia obedisti voci uxoris tue plus quam mee. Sed de obediencia vera per prophetam dicitur. Audiam quid loquatur in me dominus deus. Nunquid dyabolus caro aut mundus. Vox uxoris vox carnis .i. voluptas. vox mundi vanitas. vox dyaboli iniquitas. vox dei bonitas. Est autem vox creatoris ad subiectos de prelatis dicitur. Que dicunt facite. que autem faciunt facere nolite. Ubi eciam male operantibus obedire iussit. Ut sic ingrediaris et egrediaris cum david sub saule. et eundem honores licet reprobum cum samuele. nec bonis cum obedias in malum. nec prelatis contradicas in bonum.

De iuvene ocioso.

Vacanti stulticiam labor scienciam generat. Labor hominis interioris labor sancte. labor exterioris exercicium operacionis. Et iste labor in tria dividitur. In puericia labor discipline. In iuventute exercicii. In senio doctrine. Ut qui nescit in puericia discat. qui didicit in iuventute ad usum ducat. que ad usum duxerit in senio doceat. Sed cum homo interior iacet in lectulo voluptatis. dum sompno torpescat inercie et sompniis deluditur curiositatis. vocat et hortatur exteriorem hominem. ut inclinet aurem rumoribus loquatur vana. mollibus induatur. mane comedat. tantus galli cane timet latronem euntibus dormitum. surgentibus ad vigilias obviat fratribus. vigilantibus illis dormiat. redeuntibus a vigiliis surgat. Sed melius forsitan esset. si nichil dicerent. quam si subtractis sillabis aut dictionibus oscitando psalmos decantarent. Laboret igitur interior homo et exterior. ne dicatur eis. Quid hic statis tota die ociosi. Audiat tamen prelati tamen ocii. Nemo inquiunt nos conduxit. Non episcopi non presbiteri populum non abbates non priores conventum. Ad hunc laborem divisi venimus et diversis temporibus. mane pueri. meridie iuvenes. vespere senes. Sola tamen iuventus portat pondus diei et estus. Portat materialem pondus laboris et

estum solis. Moraliter pondus carnee fragilitatis et
estum libidinis. Labore igitur manuum annichilatur pon
dus temptacionum. Iuvenis autem mocio qui iumentum sine
iugo. qui dum non tenetur vinculo obediencie, quasi bos lasciviens
discurrit per desideria proprie voluntatis.

De sene obstinato. Inter abusiones sola maior
est senis obstinacio. qui mortis proximus mortis
adventum non abhorret. qui quasi ad hostium mun
di huius positus foras spectat. nec tamen vite presentis egressum
nec ingressum future considerat. Audit nuncios mortis
et credere non vult eis. Casus mortem nunciat latentem. infirmitas
apparentem. senectus presentem. Sed forsitan funiculus triplex
quo ligatur senex difficile rumpitur. Dum enim a puericia in
mente senis per cogitacionem semitam fecit voluptas. in ser
mone vanitas. in opere pravitas. Quid aliud agitur nisi
quod in consuetudinem quasi in funem hec tria torquentur. Est autem
laqueus in fune. dulcedo temporalis in consuetudine. Cruda
funis impedimenta sunt carnis. Dulcedine igitur decipimur
consuetudine ligamur.

De monacho curiali et causidico. Cum autem
dicitur monachus curialis. ex adiuncto designatur
aliquid levitatis. ordo claustri et ordo curie
diversus est. Ibi sedet in insidiis cum divitibus in occultis.
hic audis. Non sedi cum concilio vanitatis etc. Ibi dextera
tua repleta est muneribus. hic lavas inter innocentes ma
nus tuas. Ibi pauperum res violenter auferuntur. hic a
pauperibus sponte offeruntur. Ibi laudatur peccator in desideriis
anime sue. hic autem benedicitur iusto. Contingere enim quandoque
solet. ut monachi qui curias frequentant. causas audiant
iudicia pertractant. amant decreta conciliorum. non secreta mis
teriorum. laudari appetunt. quia pro multis loquuntur. Sed mo
nachus multum loquens multis displicet. Deinceps iudicat
testantur sepissime quod ignorat. Si vero res ad effectum perveni
re non valeat. monachus causidicus iter parat. ut quod
alibi fieri non potuit. rome fiat. Pro principe quoque sclaua

alpium frigus ytalie calore libenter patitur. quam pro magistro
spirituali multo leniora forsitan invitus patitur. Onera-
tus cartulis. auctoritatibus fultus redditur. Ponit dein
cause personas induat. que parte sunt iniuncte. quod est.
Et si velis iterum inuenit quod non est. Quid ergo dicam
Nonne magis amas monachus causidicus esse. de
simul discumbentibus cum herode. quam in vinculis et carcere
tenere cum Johanne.

De vestitu superbo monachorum ait apostolus. Non in
veste preciosa. Qui molliciei mulierum preciosiorem
vestem negat. putas ne monacho preciosiorem
habitum concedit. Plus amat terrenus sponsus sponse
castitatem. quam preciosam vestem. plus simplicitatem quam
tortum crinem. Sic immortalis sponsus christus. plus
amat interiorem habitum quam exteriorem. Molles mollia querunt
elati preciosa. delicati speciosa. exterior enim superfluitas
animi indicat vanitatem. Quia ut dicit beatus Gregorius. Nemo
preciosas vestes nisi ad inanem gloriam querit. Unde peccatum
est querere vestitum preciosum. dicente beato Gregorio. Nullus estimet
in fluxu preciosarum vestium peccatum deesse. Quia si hoc peccatum
non esset. Nullo modo dominus Johannem de vestimenti asperitate
laudasset. Non enim vestis sed puritas mentis ornatum
facit monachum vel clericum. Unde beatus Jeronimus. Non tenera
vestis. sed mundicia mentis ornatum facit clericum. Ipse namque
celestis sponsus christus cum conspexerit animam virtutibus adorna-
tam. eius decorem concupiscit. et in amplexum illius volat
De hoc dicit petrus damianus Invisibilem quippe sponsum
invisibilis oblectat ornatus. et cum statim animam conspi-
cit enitere virtutibus. in eius illico volat amplexus. Cui
dicitur. pulchra es amica mea suavis et decora sicut iherusalem
Sicut iherusalem ait. non sicut babilon. Babilon sane dyabolus
Iherusalem habitat christus. Ille luxuriantibus amictus vanitate recreatur.
Hic asperis et humilibus si cordis non desit humilitas delectatur.
Hec petrus damianus. Unde notandum. quod non solum in veste precio-
sa. sed etiam in vili amictu potest esse iactantia. Teste

beato Augustino qui dicit. Non solum in rerum corporearum nitore
atque pompa. sed etiam in ipsis sordibus esse posse iactantiam
et eo periculosiorem quo sub nomine servitutis dei decipit. Hec Augustinus
Et philosophus dicit. quod et superhabundantia. et defectus inordinatus
ad iactantiam pertinet. Unde et de beato Augustino legitur. quod vestes
nec nimis preciosas. nec nimis abiectas habere volebat
quia in utroque homines gloriam suam querunt. Si autem hoc cum
humilitate aliquis faciat. propter maceracionem carnis vel humilitatem
spiritus ad virtutem pertinet temperancie. Sed medium tenere in habitu
magis salubre est. Unde dicit beatus Bernhardus Nec affectate
sordes. nec exquisite mundicie conveniunt christiano. Et
ideo vestimentum tale nobis eligendum est. quo possit nu-
ditas operiri. et vis frigoris. atque omne quod extrinsecus ledit
arceri. ut in die honestum appareat. et in nocte necessi-
tatem expleat. Sequitur.

De cibo exquisito legas deliquisse yonathan
in gustu mellis. Esau in edulio lentis. So-
domitas in saturitate panis. Putas ne sine
peccato esse tot carnium ferculis. tot piscium generibus. tot fer-
mentorum diversitatibus delectari. Nonne sic differt palacium a
refectorio. sicut egiptus a deserto. Si igitur in deserto sumus
mirandum non est si ollas carnium suspiramus. Isti autem quando
suspirent. qui ollas carnium semper habent. Adhuc magne esce eorum
erant in ore ipsorum. et occidit pingues eorum. Occidit enim pin-
gues quorum deus venter est. Qui nutriebantur in cro-
ceis amplexati sunt stercora. Crocus in oriente nascitur
colorat et saporat. In croceis ergo nutriuntur. qui in inicio
conversionis sue internus sapore virtutum reficiuntur. exterius
vero boni operis exemplo colorantur. Sed hii amplexantur stercora
dum post sobrietatis et continencie vitam. revocat eos ven-
tris cura. Et quandoque ut qui in sua domo. ante conversionem sobrie
vixerant. postmodum in monasterio gulosi fiant. Placatur venter
deus eorum. diversorum hostiis ferculorum. Inclinat aurem rumori-
bus. excitatur saporum generibus. demulcetur confabulacione non
oracione. ocio gaudet. sompnolencia delectatur. Per similitudinem

ergo deus venti assimilatur. dum ei tanta devocione per omnia servitur. Sequitur

De rumoribus in claustro. Affluencia ciborum comitari solet mendacium verborum. Ebrietatem vero sequitur levitas oris et vanitas mentis Sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere. ludere inquit non legere. Sunt enim quidam post delicata ciborum diversa fercula. qui cum in claustro sedeant. non lectioni et silencio. sed rumoribus et curiositati vacant. qui locum et tempus nusquam et nunquam servant. Sed instabiles et curiosi. nunc hos nunc illos ad colloquium vocant. Pone inquit custodiam ori meo et ostium circumstancie labiis meis. ostium dixit non murum. Sed ostium ponitur. quod tempore et loco clauditur et aperitur. Est tempus et locus tacendi et loquendi. Aperitur itaque ostium in claustro hora constituta lectioni. In capitulo confessioni. In ecclesia oracioni. Clauditur iterum in claustro confabulacioni. Hii autem rumores debent esse claustralium. ad quos non pertinent bella principum secularium. sed pugne temptacionum. Delectare igitur karissime hiis rumoribus non exterioribus. Gaudent enim multi claustralium cum de regibus fabulantur. dum casus militum narrant. dum pro illis locuntur a quibus ipsi non agnoscuntur. Multorum partes defendunt pro multis irascuntur. pro multis litigant. ignorant tamen quod negant aut affirmant. Si autem de regibus sermo est. docet lectio claustri. regum certamina. casus eventus bellorum quomodo moriatur Saul. et quis eius mortem nunciavit David. Audire forsitan velles rumores pacis non belli concordie non discordie Regina saba novit rumores huiusmodi que audita sapiencia salomonis a finibus terre venit

De lite in capitulo

Infirmitati mortalium. omnipotens pater benigne providens. in ecclesiis instituit tria. scilicet medicos. loca et remedia. Medici sunt prelati. loca capitula. modi penitencie remedia. Attende igitur in Samaritano prelatum. in stabulo capitulum. In infusione vini et olei consolacionem

et asperitate correctionis. Hec est et piscina compunctionis
in qua sanatus est infirmus post commotionem vere con-
fessionis. nec tamen sanabatur nisi unus. Nisi enim sit uni-
tas deest sanitas. Qui ergo amat litem destruit uni-
tatem. Intollerabilis est igitur hec abusio. ut ibi litiges
ubi teipsum accusare debes. ut ibi augeatur culpa. ubi
deleri potest. ut ibi contempnes Christi vicarium contempnas Christum
Sed forsitan dicet aliquis. Religiosum possum pati ma-
gistrum. sed cum negligentiam prelatorum considero obedire con-
tempno. Cum video fratres me ipso deteriores. accusationes
ipsorum pati nolo. ¶ Cum dicas fratres te ipso deteriores. de-
terior frater es. Quare contempnis magistrum. An nescis Christum
coram pilato iudicatum. Tulit crucem pro peccatis tuis non pro
suis. et tu virga correctionis flagellari. Ille non erubuit
coram ipso. et tu dedignaris spoliari coram magistro. Accu-
satur et tacet. accusaris et tu litigas. Si in hoc perseveras
in deum peccas. Igitur in loco remissionis inducas litem
contradictionis. Hic est locus precibus dyabolo odiosus. hic
amittit quos alias acquisivit. Hic est enim locus
spiritu sancto consecratus. officina spiritus sancti. in
qua filii dei congregantur. ut ei reconcilientur. Noli esse frater
qui sathan inter filios dei. Sathan est qui magistro contra-
dicit. et fratribus adulatur. Noli queso esse in capitulo
sicut sathan in celo. vel sicut adam in paradiso. An
nescis sathan expulsum a templo celi. adam a templo
paradisi. Iudam a templo Christi. In primo culpa superbie.
In secundo inobedientie. In tertio avaricie. Lucifer non at-
tendens dignitatem creationis. casurus quesivit sedem
elationis. Sic quidam claustralium. dum generis nobilitate
preeminet. dum literatura pollet. dum vocis modulatione
placet. dum in qualibet arte ceteros fratres precellit. ela-
tionis sedem petit. et qui ex dono tanti muneris hu-
miliores esse debet. contra debiliores et illiteratos superbit.

De dissolutione in choro. ¶ Et timet

In ecclesia cum ad opus dei ventum fuerit. humilitatis

honestas diligentius observetur. Ne qui in ecclesia ante conspectum dei venimus ibidem deteriores simus. Sunt autem quidam qui mente vagi. attoniti oculis habitu dissoluti. plana parietum perspicientes perlustrant. aliud cantant et aliud cogitant. In choro sunt corpore. sed in foro mente. Sunt etiam alii voce dissoluti. qui vocis sue modulatione gloriantur. non tamen gaudent de dono gratie. sed alios spernunt tumentes elatione. Aliud cantant quam libri habeant. Fortassis ut placeant populo magis quam deo. Qui sic cantant non cantant in choro cum maria sorore moysi. sed in palacio cum herodiade. Ut placeant discumbentibus et herodi. Delectantur enim altitudine vocis. nemo tamen altius cantat eo. quam quem dominus audire consuevit de monte sancto suo. Nemo dulcius quam cui inclinat dominus aurem suam. Voce mea inquit ad dominum clamavi et exaudivit me de monte sancto suo. Esto igitur in valle humilitatis. ut in monte sancto audiri merearis. Sed si sic cantas ut ab aliis laudem queras. vocem tuam vendis. et facis eam non tuam sed alienam. Cave ne monasterium vertas in theatrum. habes in potestate tua vocem tuam. habeto et animum. frangis vocem frange et voluntatem. Servas consonantiam vocum. serva et concordiam morum. ut per exemplum concordes proximo per voluntatem deo. per obedientiam magistro. Hec est concordia morum. Sequitur.

Ultimo de duodecim abusionibus dicitur. Accedo quoniam me solum inter ceteros in hac parte negligentiorem reperio. qui licet ablutis manibus lota facie. albis vestibus indutus. incedam ad altare. tamen prius opere ore pollutus. immundus corde. christi corpus non pertimesco manibus tractare. Accedo elatus ad humilem. iratus ad mitem. crudelis ad misericordem. sed tamen patitur humilis elatum. mitis iratum. crudelem misericors. Accedo primus ad dominum. non amore sed timore. non devotione sed usu. Accedo igitur ad altare vanus et curiosus vanitati subditus. Sunt etiam multi alii

in seculo · qui nō tm̄ vani curiosi et voluptuosi · sed
etiā cū ambicōne · nō cū deuocōe accedūt ad mensam
xpi · qui etiā nō accederēt · nisi se aliqd recepturos spe
rarent · Accessit ad ihm petrus · accessit et judas · Accesse
runt discipuli · accesserunt et milites crucifigentes · Acce
dūt et cottidie ad corpus xpi religiosi · accedunt et
puersi sacerdotes · Ex quibȝ nonnulli terrenis inhyant
terrena sapiūt · assidui in platheis · in ecclia rari ·
Tardi ad investigandū culpā pc̄corum · parati ad inq
renda vestigia leporis · velociores ad cōgregandos ca
nes · qm̄ ad conuocandos pauperes · libencius porrigūt
panē cani qm̄ pauperi · plures sequūt eos ad mensam
ad missam nullus · Hij sūt quorum thalamus ornatior
est ecclia sua · mēsa paratior est altari · ciphus calice
preciosior · equus carior missali · cappa casula pulchri
or · camisia delicatior alba · Ecce quō obscuratū est
aurum fuligine pc̄corum · mutatus est color optimus decoris
et sanctitatis in feditatē viciorum lapides sanctuarij
dispsi sūt in capite om̄ platheaꝝ · quia dū ꝑ vita
munda et orōne intus in cōtemplacōe dei esse debue
rāt · ꝑ vitā reprobam foris passim vacant · Ecce iā pe
ne nulla secularis vite accio · quā sacerdotes xpi non
administrēt · nulla mūdi negocia in quibȝ ministri alta
ris se nō occupēt · Nulla reꝝ improbitas · qua monachalis
ordo se nō implicet · pene nulla illecebris vite blandi
cies · qua se castitas sanctimonialiū nō commaculet · Sanc
tuarij ergo lapides dispsi sūt in platheis · cū religiosi
quiqȝ lata mūdi itinera sectant · et nō solū in plathe
is · sed in capite om̄ platheaꝝ dispgūt · quia et iacet
ꝑ ministeriū opis · et honorem volūt de ymagine sanctitatis
Igit̄ prelati diligent subditos custodiāt · subditi prelatis
benigne obediāt · devoti sint senes laboriosi iuvenes
Sit honestas in habitu · mediocritas in victu · in clau
stro assidui · in curia rari · ut nō sint curiales sed clau
strales · sint intenti psalmis nō cancris · In claustro non

sit rumor sed lectio. In capitulo non lites sed confessio. Sit
in choro serena simplicitas. Circa altare reuerencie hones-
tas. Ex hys obseruacie mandatorum pendet summa totius
religionis. Sic igitur patet de duodecim abusionibus
claustri. Sequitur. De detractione

de detraccione

Sed et hoc sciendum. quod sunt nonnulli fratres in sancta
religione qui valde proni sunt ad detrahendum
et adiudicandum alios. quod multum in religiosis
reprehensibile et periculosum est. Detractio autem secundum quod dicit
hugo. est loquutio ex invidia procedens. bona aliorum
denigrans. Unde ille detrahit. qui bona proximi in-
quantum potest minuit. Unde sunt plurimi. qui propter hoc alijs
detrahunt. ut ex vituperatione aliorum ipsi laudabiles ap-
pareant. Quod prohibet beatus Jeronimus cum dicit. Nulli unquam
omnino detrahas. ut aliorum vituperatione te laudabilem
videri velis. hec Jeronimus. Hoc igitur vicium valde est cauendum.
quia detrahens et libenter detractionem audiens. ambo ma-
lignum spiritum in lingua portant. Teste beato Bernhardo qui dicit.
Detractor et libens auditor. uterque dyabolum portat in lingua
Est enim lingua detractoris. quasi vipera infectiua. et lan-
cea acutissima. tres penetrans ictu uno. videlicet detrahen-
tem. audientem detractorem. et cui detrahitur. De hoc idem
Bernhardus sic ait. Nunquid non vipera est lingua detractoris
ferocissima. plane nimirum que tam letaliter inficiat
flatu uno. Nunquid non lancea est lingua ista profecto
acutissima. que tres penetrat ictu uno. hec Bernhardus. Ta-
les vero detractores multum odit deus. prout apostolus ad Romanos dicit.
Detractores deo odibiles. et ideo ab unoquoque hoc vi-
cium valde est detestandum. Et sicut nostro studio non debe-
mus materiam dare alijs detrahendi. Sic per maliciam contra
nos excitatas debemus pacienter sustinere. ut nobis meritum
crescat. De hoc dicit beatus Gregorius. linguam detrahencium sicut nostro
studio non debemus excitare ne illi pereant. ita per suam
maliciam excitatas debemus equanimiter tollerare ut no-
bis meritum crescat. Per vexsorum namque derogationem vite

nostre approbatio est · quia iam ostenditur aliquis iusticie
nos habere si illis displicere incipimus qui deo non placent.
Hec Gregorius · De iudicio temerario proximorum

De iudicio proximorum

De iudicio vero in tanto proximorum sciendum.
quod dubia mala que dicuntur de proximis sunt
in meliore parte interpretanda · et nullus debet
alium diiudicare contempnere sine rationabili causa · Unde
ubi non apparent manifesta signa de malitia alicuius debemus
eum ut bonum habere in meliore parte · quod dubium est in-
terpretando · Unde dicit quedam glossa super illud apostoli · Qui non
manducat · manducantem non iudicet · Ex hoc namque ipso quod
aliquis malam habeat opinionem de alio absque suffici-
enti causa · iniuriatur ei et contempnit ipsum · Nullus autem
debet alium contempnere vel nocumentum quodcumque inferre
absque causa cogente · et ideo ubi non apparent manifesta
indicia de malitia alicuius debemus eum ut bonum habere
in meliore parte interpretando quod dubium est · et melius est
quod aliquis frequenter fallatur habens bonam opinionem de aliquo
malo homine · quam quod rarius fallatur habens malam opinionem
de aliquo bono · quia ex hoc fit iniuria alicui · non autem ex
primo · Unde cavendum est ne quis sit aliene conscientie
temerarius iudex · et etiam si quid forte reprehensibile depre-
hendat in proximo · non tamen statim iudicet · sed potius excu-
set · et si non potest excusare opus · excuset intentionem
Ad hoc faciendum hortatur beatus Bernhardus sic dicens · Cave alie-
ne conscientie esse aut curiosus explorator · aut teme-
rarius iudex · etiam si in aperto actum quid deprehendas · nec
sic iudices proximum · magis autem excusa · Excusa intentionem
si opus non potes · puta ignorantiam · puta surreptionem
puta casum · quod si omnino dissimulationem rei certitudo re-
cuset · suade nichilominus ipse tibi · et dicito apud te-
metipsum · Vehemens fuit nimis temptatio · Quid de me
illa fecisset · si in me similiter accepisset potestatem · hec Bernhardus
Si vero aliqua suspicio de proximo ex fragilitate nobis
surrepserit · debemus illi resistere · et ad diffinitivam sententiam

huiusmodi iudiciorum nos committere. De hoc dicit Thomas de Aquino
Si suspiciones vitare non possumus quia homines sumus.
iudicia tamen et diffinitivas firmas seu sententias com
mittere debemus. hec Thomas. Et nondum quod qui per semetipsum
reprehensibilis est. non debet iudicare alios. quia per hoc
magis seipsum condempnat. Unde dicit beatus Ambrosius. Cum igitur
sit de altero iudicare. ille de alterius errore iudicet. qui
in seipso non habet quod condempnet. ne dum de alio iudicat
in seipsum sententiam ferat. hec Ambrosius. Unde unusquisque
valde cautus debet sibi esse. in prebendo vel audiendo iudi-
cium de conversacione proximorum. quia sunt nonnulli qui forte
lesi vel offensi sunt per aliquos. cum vero de eisdem fama
non bona exorta fuerit. statim ad diiudicandum tales qui
eos offenderunt prosiliunt. et quod se putant zelo caritatis
agere. hoc nonnumquam faciunt zelo invidie. et ideo peccant
Et sunt nonnulli qui quamvis non sint offensi per aliquos
cum tamen audiunt malam famam de aliquo statim se asserunt
scandalizatos. et quandam molestiam ac displicenciam in
corde contra proximum concipiunt per que caritas leditur. Et sunt
nonnulli. qui cum aliqua mala de proximis audiunt.
non solum dedignantur illis. verum eciam se eisdem in sua cogi
tatione preponunt. eo quod se existimant talia mala non
admisisse. Unde necesse est. ut in talibus cauti simus. et
cum aliquid inconveniens fratrum de proximo audimus. non simus
promi statim ad iudicandum. sed magis ad compaciendum
quia forte in similia vel maiora aliquando lapsi sumus. vel
labi possumus si lapsi non sumus. Et quamvis compassio circa
proximos sit habenda. non tamen vicia eorum propter hoc sunt
nutrienda. sed ex zelo caritatis sine iusticie et non
ex zelo odii vel invidie sunt arguenda. Unde cum aliquis
publice peccat. debet in publico corripi ac emendari
ut ceteri metum habeant. Si autem occultum est peccatum. et
ad noticiam aliorum devenerit. debet proximus suum in occulto sine teste
ammonere. ut ab hoc malo desistat. nec statim eum prodere
ne sua fama ledatur. Si autem noluerit se corrigere. ad

hibeat unum vel duos. et coram illis corripiatur. Et si nec sic se correxit. tunc contempnenda est eius fama. et delicta illius ac vicia sunt in publicum propalanda. et per superiores corrigenda seu punienda. De hoc sic dicit quedam glosa. Notandum quod peccata publica sunt in publico arguenda. ut ceteri metum habeant. Sed que sunt secreta. tunc debet fieri primo in secreto. Debet igitur temptare si possit fratrem emendare. absque detrimento sue fame. quia fama computatur inter maiora bona hominis circa virtutes. et ideo corrigens fratrem debet quantum potest conservare eius famam. Alia causa est. quia amissa fama vel lesa efficitur homo inverecundus. et per consequens minus a peccato retrahitur quam prius. Est ergo debitus processus in correccione caritativa. ut homo corrigat fratrem suum inter se et ipsum solum. Ut sic enim possit salvare cum omnimoda integritate sue fame. Si autem non audierit. adhibeat unum vel duo. quia enim fama est minus bonum quam sit bona vita. Si non possit servari bona vita fratris sine detrimento sue fame. tunc procedendum est ad salutem bone vite cum aliquali lesione sue fame. et ideo adducendus est unus alius vel duo. ad sciendum fratris delictum. et ut coram eis arguatur. et si se non correxerit. tunc simpliciter contempnenda est eius fama. ut conservetur bona vita. vel saltem ordo iusticie ad terrorem aliorum. et tunc testes inducendi sunt ad facti probacionem. qui prius fuerant inducti ad fratris secretam correccionem. hec glosa. Unde cum proximum audimus vel consideramus errare. non debemus eum diiudicare. sed compassionem erga ipsum habere. et pro illius correccione deum exorare. et cum corripiendus est proximus. aut eciam emendandus pro suis excessibus per suum superiorem. hoc prelatus debet ex caritate et zelo ordinato facere. Sic igitur habemus de peccatis mortalibus. et eorum circumstanciis. ac aliis diversis viciis. prout dominus donavit expositum. que omnia a volentibus in statu religioso proficere sunt detestanda. ac fugienda. quia ut predictum est supra. status incipiencium consistit primo in peccatorum sive viciorum detestacione. Necesse ei

valde est omnibus maxime tamen proficere volentibus ut viciis resistant ac peccata detestentur quia peccatum multa mala infert homini de quo dicit beatus Augustinus. Peccatum est privatio glorie corruptio nature obprobrium infamie elongatio dei approximatio dyaboli amissio regni obligatio inferni. Hec Augustinus. Dicit etiam beatus Bernhardus Qui peccato consenserint manebit in eis horror in exitu dolor in transitu pudor in conspectu magni dei. Hec Bernhardus. Et sicut virtutes faciunt hominem filium dei sic peccata filium dyaboli. Teste beato Augustino qui dicit. Omnis nimirum peccator filius est tot demoniorum quot fuerit viciorum. Hec Augustinus. Non solum autem peccatum fugiendum est sed etiam de preteritis facinoribus commissis semper dolendum Nam sunt nonnulli qui non solum non dolent de peccatis aliquando perpetratis verum eciam cum ad memoriam eadem reducunt quandam lascivam exultationem de illis in mente concipiunt quod valde displicet deo et abhominabile est multum hoc coram domino. De hoc dicit beatus Augustinus. Nullum scelus corporis deo tam abhominabile est quam preterita peccata unicuique vitium dimissa remiscendo gaudere et inde exultare. Hec Augustinus. Unde unusquisque metum mortis ante oculos mentis habeat ne in aliqua peccata ruat. Quia secundum quod dicit beatus Jeronimus Audacter peccant qui de morte non cogitant. Maior etiam valet ad resistendum viciis ac peccatis timor gehenne et amor dei. Nam qui perfecte perpendit eterna inferni supplicia que preparata sunt omnibus peccatoribus et iniqua agentibus et eterna gaudia iustorum ac societatem superiorum civium quibus privantur omnes viciose et nequiter viventes. Vix umquam talis presumeret prava agere ac peccare. De hoc prosper sic ait. Nulla res sic nos ab omni peccato faciat immunes sicut timor supplicii et amor dei. Ad penam que peccatis debetur mens antequam peccet aspiciat et nulla eam ad peccandum delectatio carnalis inclinat. Cogitate quale malum sit ab illo gaudio divine contemplacionis excludi.

beatissima sanctorum omnium societate privari. mori vi-
te eterne. et morti vivere sempiterne. profundo ieherne
fluctuanti immergi. edacissimis vermibus interim
dilaniari nec finiri. Hec et similia cogitare nichil
aliud est quam viciis omnibus repudium dare, et omnia
carnalia blandimenta refrenare. Hec ille. Sic igi-
tur patet in quo consistit status proficiencium. videlicet in peccatorum
ac viciorum abstinencia seu detestacione. Filius interrogat

Postquam informatus sum. Cap. xvii.
de peccatis capitalibus sive mortalibus, et
aliis diversis viciis et circumstanciis eorum
a quibus primo debent abstinere proficien-
tes. Nunc de secundo. videlicet de virtutum operacione. quod pertinet
secundo loco ad proficientes. Et primo quid sit virtus de-
hoc capitulo edoceri. De virtute et eius effectibus. Cap. xviii.

Scire debes fili primo quod nequaquam in vita virtuo-
sa poterit quis delectari quamdiu fuerit peccatis
seu viciis involutus. Unde dicit Boecius. Constat quod anima
peccatis obnoxia in nullo eorum que dei sunt aut que ad
beatam vitam pertinent poterit delectari. Et beatus Augustinus
ait non potest habere regnum virtutum. nisi inquinamenta prius
expulserit viciorum. Nec eciam secundum beatum Gregorium bonum meri-
torie agitur. nisi prius malum deseratur. Unde necesse
est volenti in virtutibus proficere ut abstrahat se a quibusli-
bet viciis. statim cum senserit se aliquo eorum interius
pulsari vel exterius occupari. non solum a maioribus
sed etiam a levioribus. i. ab ociosis verbis. a iocis. ab ac-
tionibus infructuosis. et maxime a cogitacionibus
vanis et affectibus viciosis. et carnalibus concupiscenciis
que nec ad horam debemus in corde permittere morari
ne offendamus deum et sanctos angelos nobiscum
presentes et conscienciam sordidemus. et bona que possemus
cogitare et agere interim negligamus. Sic abraham
quondam iubente deo sacrificia offerens. descendentes
super ea volucres ad lacerandum vel fedandum sollicite

abigebat. et nos ne aliquando in conspectu dei appare-
amus vacui. cum sacrificia ei offerimus bone voluntatis
bone actionis. bone loquucionis. sacre meditacionis. et
pie affectionis. Volucres malarum cogitacionum. et affec-
tionum statim abigere debemus. ne ea nobis dissimulan-
tibus. aliquatenus nos maculent. et deo ingrata efficiant
et nobis inefficacia ad meritum et spirituale profectum
fiant. Qui ergo bonum hospitem christum non vult effugare
de hospicio cordis sui. inimicos eius. id est vicia secum non
hospitet. Debet ergo quilibet volens proficere. contra vicia
se armare. et viriliter illis resistere. et ad bonum opus
ad sublimitatē. quia hec est via et nō alia pter ipam
Cui aliter vadit. cadit potius quā ascendit. hec Bnh.
et Cris. Quicūqz desiderat pmatū celestē. sequatur hūi-
litatem terrestrē. Dicit etiā de hoc ysidor. homo descen-
das hūilitate vt exalteris. ne exaltatus humilieris. hūi-
litas aūt casū nescit. lapsū nō nouit. hūilitas nūqꝫ
lapsum passa est. hec ysidor. ¶ Et nōndū quod triplex
est hūilitas. Magna. maior. maxima. Magna hūi-
litas est. qū se homo aput semetipm veraciter cōtep-
nit. Maior vero. qū se contempni. et ab alijs nō despicit.
Maxima aūt qū homo cōtemptū suū ad modū con-
cupiscit. hos tres modos tangit Richar. de sco. vic. sic
d. hūilis namqz est. qui se ipm aput semetipm veraciter
cōtempnit. hūilior aūt qui se cōtepni et ab alijs non
refugit. hūilimus vero qui cōtemptū suū. non solum

non contempnit. sed ad modum concupiscat. hec Rich. De hoc
etiam dicit beatus Bernhardus. Verus humilis vilis vult reputari non
humilis predicari. gaudet de contemptu sui. Sed sunt nonnulli
qui quidem se peccatores esse fatentur. sed peccatores ab aliis
estimari nolunt. Quos redarguit beatus Bernhardus adducens
in exemplum dominum nostrum. sic dicens. Qui peccatum non fecit
non dedignatus est se peccatorem reputari. et nos esse vo-
lumus. sed nolumus estimari. hec Bernhardus. Sed qui veraciter
sunt humiles de sua despectione exultant / et cum se viles in
alienis oculis conspiciunt. de hoc intra semetipsos congratula-
tur. De talibus dicit beatus Gregorius. Qualis enim quisque apud se
lateat. contumelie illate probant. Nam sicut superbi honori-
bus / sic plerumque humiles de sua despectione gratulantur.
Cumque se in alienis oculis viles aspiciunt. ideo gaudent
quia hoc iudicium confirmari intelligunt. quod de se et ipsi
habuerunt. hec Gregorius. Unde sancti viri magna quidem agunt
sed per humilitatem in corde suo infimi sunt. quod multum accep-
tum est deo. Teste beato Ieronimo qui dicit. Nichil est quod nos
deo et hominibus ita gratos faciat. quam si vite merito
magni et humilitate infimi simus. hec Ieronimus. Sed hec virtus
valde rara est. ut magna quidem operantem. se tamen mag-
num non estimare. mirabilem in virtutibus coram aliis
apparere. et tamen se contemptibilem reputare. De hoc dicit beatus
Bernhardus. Magna et rara virtus est. ut magna licet operan-
tem. magnum te nescias. et manifesta omnibus tuam
te solum latere sanctitatem. mirabilem te apparere. et contemptibi-
lem reputare. hec Bernhardus. Perfecti ergo viri et veraciter
humiles semper student in virtutibus proficere. et hanc humilitatem
sibi servant. ut semper et in bono proficiant. et tamen nec perfectionis
initia habere se credant. De hoc Rich. de sancto Victore cum ammi-
ratione quadam sic dicit. O verum profectum. summaque humilitate
fundatum. qui semper proficit. et festinando proficere. et proficien-
do festinare. et hanc sibi semper humilitatem servare. ut et
semper in bono proficiat. et tamen semper nec perfectionis initia
habere se credat. hec Rich. Et nondum quod nemo debet fiducia

hre de aliquo bono ope. sed solum confidere de humilitatis
virtute. Unde dicit Johes abbas montis synay. Noli con
fidere vel fiduciam hre in tempo. etiam si possides mundici
am. sed magis ad humilitatem multam accede. et amplius
fiducialiter ages. Nempe si omnem scalam virtutum scan
deres ascendisti. pro remissione pctorum exora. hec Johes
abbas. Dicit etiam de hoc btus Bernhardus. Insipiens et insanus
est. quicunque in aliis vite meritis quam in sola humilitate con-
fidit. Unde mater dei virgo. hanc solam virtutem in se dno com
placuisse sic commemorat. dicens. Respexit humilitatem
ancille sue etc. Quanto namque una queque anima pro
pter amorem sui creatoris est despectior in oculis suis tan
to est preciosior et acceptior coram oculis summe maiesta
tis. Et econverso quanto preciosior est sibi. tanto vilior
deo. De hoc dicit btus Gregorius. Tanto una queque anima fit
preciosior ante oculos dei. quanto pro amore dei veritatis
despectior fuerit ante oculos suos. Tanto ergo fit quisque vilior deo. quanto
preciosior sibi. Et tanto preciosior deo quanto propter eum vilior sibi. quia humilia
respicit et alta a longe cognoscit. hec Gregorius. Et sciendum prout dicit
Richardus de sco vic. quod est differencia inter humilitatem et humiliacionem.
Humilitas est virtus. qua quisque sibi ipsi vilescit. intus
coram oculis dei. Humiliacio vero est virtutis effectus. quo quis
que seipsum abicit exterius in oculis proximi. Aliud enim
est humilem esse. Aliud est se humiliter habere. Illud pertinet
ad disciplinam mentis. istud ad disciplinam corporis. Illud
est humilitatis. istud est humiliacionis. hec Richardus. Hanc igitur
virtutem vere humilitatis nobis assumere debemus. quia ipsa
est origo ceterarum virtutum. Et illa virtus in nobis veraciter
pullulat. que in radice propria. i. in humilitate perdurat
Sed sunt nonnulli qui etiam in honoribus positi. de se hu
milia senciunt. et se tenere esse perpendunt. sed tamen coram
hominibus viles apparere refugiunt. Et sunt nonnulli qui
quidem viles videri ab hominibus appetunt. sed tamen aput
se intrinsecus quasi ex ipso merito ostense humilitatis intu-
mescunt. Que utraque elacionis genera a quolibet

deuoto homine sunt repellenda. De hoc beatus Gregorius in xxvij
li° moralium exponens illud dictum. Non audebunt eum contemplari
omnes qui sibi videntur esse sapientes. sic ait. Notandum
quod non ait. et non audebunt eum contemplari sapientes. sed
qui sibi videntur esse sapientes. Quibus videlicet verbis peritos
quidem sed arrogantes insinuat. Viri namque arrogantes
et docti. cum recte non vivunt. sed tamen recte dicere doctrine impul
sionibus compelluntur. ipsi dampnationis sue aliquo precones
fiunt. quia dum ea que agere respuunt. predicantes insinuant.
suis que vocibus dampnantes dampnant. Unde summa cura
est providendum. ne accepta sapientia. cum ignorantie tenebras
illuminat. lumen humilitatis tollat. et iam sapientia esse negat
que et si virtute locutionis fulgeat. elationis tamen velamine
cor eloquentis obscurat. Quia enim origo virtutum humilitas
est. Illa in nobis virtus veraciter pullulat. que in radice
propria .i. in humilitate perdurat. a qua nimirum si abscinditur.
arescit. quia vivificantem se intrinsecus humorem caritatis
perdit. Intueri libet. quanta virtutum immensitate david preerat.
atque in hiis omnibus quam fortis humilitati seruiebat. Quem enim
non extolleret. ora leonum frangere. despectis prioribus fratribus eligi
reprobato rege. ad regimen gubernacula ungi. timendum cunctis
uno lapide goliam sternere. et cetera que gessit. Et tamen cum
archam dei in ierusalem reuocat. quasi oblitus se platum omnibus
admixtus populis ante archam saltabat. Et quia coram
archa saltare ut creditur vulgi mos fuerat. rex se in divino
obsequio per saltum rotat. Ecce quem dominus cunctis singulariter
pretulit. sese subdendo. et abiecta exhibendo contempnit.
Non potestas regni ad memoriam reducitur. non subiectorum oculis
saltando vilescere metuit. non se honore platum ceteris. ante
eius archam qui honorem dederat recognoscit. Coram deo
egit debilia et extrema. ut illa ex humilitate solidaret. que
coram hominibus gesserat fortia. Quid de eius factis ab aliis
senciatur ignoro. ego david plus saltantem stupeo quam pug
nantem. Pugnando quippe hostes subdidit. saltando autem coram
domino semetipsum vicit. Quem Micol Saul filia. adhuc ex timore

Regum generis insania. cum humiliatum despiceret. dicens. Quam glo-
riosus fuit hodie rex israel. discoperiens se ante ancillas
servorum suorum. et certamen pertimuit audivit. dixit dominus quia
ludam ante dominum. ludam et vilior fiam. plus quam factus
sum. ero que humilis in oculis meis. Ac si aperte dicat. Vi-
lescere coram hominibus appeto. quia servare michi coram deo
ingenuitatem per humilitatem quero. Sunt vero nonnulli qui
de semetipsis humilia sentiunt. quia in honoribus positi
nichil se esse nisi cinerem favillamque perpendunt. sed tamen coram
hominibus viles apparere refugiunt. Et sunt nonnulli qui
viles ab omnibus videri appetunt. atque omne quod sunt deiec-
tos se exhibendo contempnunt. sed tamen apud se introrsus. qui ex
ipso merito ostense humilitatis intumescunt. et tanto magis
in corde elati sunt. quanto amplius in specie humilitatis elationem
premunt. Que utraque elationis bella. magna conspectione
deprehendit. mira virtute superavit. Quia enim de se ipso intus
humilia sentiens honorem exterius non quereret insinuat dicens.
Ludam et vilior fiam plus quam factus sum. Et quia per hoc
quod vilem se exterius prebuit. nequaquam intus intumescat
adiungit. Ero que humilis in oculis meis. Ac si dicat. Qua-
lem me exterius despiciendum exhibeo. talem me et intus
attendo. Bene ergo dicitur. Non audebunt enim contemplari
omnes. qui sibi videntur esse sapientes. Contemplari enim dei
sapientiam non possunt. qui sibi sapientes videntur. quia tanto
ab eius luce longe sunt. quanto apud se ipsos humiles non
sunt. quia dum in eorum mentibus tumor elationis crescit.
aciem contemplationis claudit. et unde se luce pre ce-
teris estimant. inde se lumine veritatis privant. Si vero
veraciter sapientes esse. atque ipsam sapientiam contemplari
appetimus. stultos nos humiliter cognoscamus. Relin-
quamus noxiam sapientiam. discamus laudabilem fatui-
tatem. hinc quippe scriptum est. Stulta mundi elegit deus
ut confundat sapientes. hinc rursum dicitur. Si quis inter vos
videtur sapiens esse in hoc seculo. stultus fiat ut sit sapi-
ens. hec gregorius. Et nondum conditus humilitatis. valde ne-

cessaria est plat' qm psunt subditis / et tn aliqs temp
tat vicio elationis p humilitate cordis debet reprime
fastu timoris. Unde sancti viri cum psunt ceteris p hoc
no gaudent hominibus pesse sed pdesse. et tn timeri a sub
ditis appetunt. ideo hoc faciunt quia ipos subditos deu
minime timere dephendunt. Ut saltem huana formidine
peccare metuat. qui deu offendere non formidat. Cu
vo deest a subditis viciu quod corrigat. no solu ab
eis metui. sed etiam honorari plus qm necesse est refu
giunt. et qmvis hos hominibus platos gloria ptatis ostendat
intus tamen p merore secretu sacrificium dno contriti
cordis offerunt. De talibus plat' btus Greg. in xxvi. lib°
mor sic dicit. potentibus viris magna est virtus humilitas
considerata equalitas conditionis. Omnes namque homines na
equales sumus. Sed accessit dispensatorio ordine. ut
quibusdam plati videamur. Si igitur hoc a mente deprimi
mus quod temporaliter accessit. invenimus citius quod naliter sumus.
plerumque enim se animo accepta ptas obicit. eumque timi
dis cogitationibus fallit. Manu ergo humilissime conside
rationis deprimendus est timor elationis. Nam omnes hoies
natura equales genuit. Sed variante meritorum ordine alios
aliis dispensatio occulta postponit. Ipa autem diversitas que
accessit ex vicio. recte est divinis iudiciis ordinata. Ut
quia omnis homo iter vite no graditur. alter ab altero re
gatur. Sancti autem viri cu psunt. non in se ptate ordinis
sed equalitate conditionis attendunt. nec pesse gaudent
hominibus sed pdesse. homo quippe animalibus irronabilibus
no autem ceteris hominibus platus est. Unde dicitur. Terror vr
et tremor sit sup cuncta aialia terre. et idcirco ab aialibus
no autem ab hominibus homo timeatur. qa contra naturam supbire est ab equali
velle timeri. Et qmvis plerumque a subditis. et sancti viri timeri appetunt; sed quia ab
eis se subditos deu minime timeri dephendunt. Ut humana
saltem formidine peccare metuat. qui divina iudicia
no formidat. Nequaquam ergo ppositi ex hoc quesito
timore supbiunt. in quo non sua gloriam. sed subditorum

metū

iustiā querūt. In eo em̄ q̄ victū sibi a psse vincēti
bus exigūt. q̄i nō hominibus. sed brut᷒ aīalib᷒ do=
minār. quia videlʒ ex qua pte bestiales sūt. ex ea de
bēt et formidini iacere substrati. Cum vō de est
dictū quod corrigat᷒. nō de excellencia ptātis. sed
de equalitate condicōis gaudēt. et non solum ab
eis metui. sed et plus q̄m necesse est honorari refu
giūt. hec ggᷓ. Item in xxvº. liº morꝫ. pemde btīn ggᷓ.
de hoc iterꝫ sic dt̄. agiro em̄ ordine. vno eodemqʒ tpe.
conuenire in actibus bonorꝫ solet. et foras honor cul
minis. et intus afflicte meror hūilitat᷒. Quia et si hos
platos hoīmb᷒ glīa ptāt᷒ ostendat. interi cū merore
suo secretū sacrificiū dn̄o cōtriti cordis offerūt. Sciūt
em̄ electi quiqʒ. cōsideratōe intima. cōtra exterioris
excellēcie temptamēta pugnare. qui si ad extiorē feli
citatem suam cor apponerēt. iusti pfecto nō essent. Sed
quia cor hūanū. nō pt̄ de ipsis psꝑitatib᷒ rerū. q̄ntula
cūqʒ glīa ī nullo temptari. cōtra ipam psꝑitatē suā
sancti viri intrinsecus dimicant. non dico in elacione
sed in eius saltem amore succūbāt. cui valde succubuisse
est captiuā mētem eius desiderijs sbdidisse. hec Greg.
Sciendū est. q̄ multū valet ad se hūiliandū. pctorꝫ pti
torꝫ recordacō. et qui et suam fragilitatē sollicite
respicit. de donis adeo preceptis se nō extollit. Sed sūt
nōnulli. qui quidē nichil v̄tutis agē student. at tn̄ cū
alios peccare conspiciūt. iustos se in eorꝫ comparacōne
suspicant᷒. Et sunt nōnulli qui quibusdā vicijs videlʒ
supbia aut auaricia depmūt᷒. sed cū alios in luxuria
aut irā cōspiciūt incidisse. se meliores illis deputāt
atqʒ apud semetipos. q̄i de iusticia extollūt᷒. quia
negligūt pensare sua vicia. quibus grauit᷒ tenent᷒.
At cōt᷒ illi qui ad alta v̄tutū conscēdē veracit᷒ appetūt
cum alienas culpas audiūt. mox cor ad ꝓpas redu
cūt. et postpōito iudicō de alienis culpis. suas veracit᷒
deplāgūt. Ista cōmemorat btūs ggᷓ. in tercio libro morali

Exponendo illud verbum. Sedens in sterquilinio sic dicit. In ster-
quilinio quippe sedere est vilia de se quecumque et abiecta
sentire. In sterquilinio nobis sedere est ad ea que illicite
gessimus mentis oculos penitendo reducere. Ut cum ante nos
peccatorum stercora cernimus omne quod in anima de elacione
surgit inclinemus. In sterquilinio sedet qui infirmitatem suam
sollicitus respicit. et sese de bonis que percepit non extollit
An non apud se in sterquilinio Abraham sederat. qui dicebat
Loquar ad dominum meum cum sim pulvis et cinis. Aperte
enim cernimus in quo se apud se loco posuerat. qui pulverem
se ac cinerem etiam quandoque deo loqueretur estimabat. Si igitur
ita se despicit. qui usque ad honorem divine collocucionis
ascendit. sollicita intencione pensandum est qua pena illi feri-
endi sunt. qui et ad summa non proficiunt. et tamen de minimis
extolluntur. Nam sunt nonnulli qui cum prava agunt. de se
magna senciunt. in altum mentem sublevant. et pre ce-
teris se virtutum meritis putant. Hii nimirum apud se intus
humilitatis sterquilinium deserunt. et elacionis fastigia as-
cendunt. illius imitatores. qui primus se apud se extulit. sed
elevando prostravit. qui dixit. In celum conscendam. et super
astra celi exaltabo. etc. Etiam sciendum quod sunt nonnulli qui
nichil quidem virtutis agere student. sed tamen cum alios pecca-
re conspiciunt. iustos se in eorum comparacione suspicantur. Neque
enim corda omnium una vel similis culpa transfigit. Hunc namque
superbia illaqueat. illum forsitan ira supplantat. hunc avari-
cia cruciat. illum luxuria inflammat. et plerumque contingit.
ut is quem superbia deprimit. alium respiciat. qualiter ira
succendat. et quia se ira non acrius instigat. meliorem
se iracundo iam deputat. atque apud semetipsum quasi de
iusticia extollitur. quia pensare negligit vicium quo
gravius tenetur. Plerumque contingit ut is quem avaricia
sauciat. alium luxurie voragine mersum cernat. et
quia se a pollucione carnali alienum respicit. quibus
ipse sordibus spiritualis vicii intrinsecus polluatur non
attendit. Dumque in alio pensat malum quod ipse non habet

in se negligit considerare quod habet. Sicque fit ut dum
aliena diiudicanda mens ducitur. proprii iudicii lumine privetur
et eo durius contra aliena superbiat. quo sua neglige-
rius ignorat. At contra hii qui ad alta virtutum surgere
veraciter appetunt cum alienas culpas audiunt. mox cor
ad proprias reducunt et tanto rectius illas diiudicant. quan-
to verius istas deplorant. Quia igitur electus quisque in
infirmitatis sue consideratione se comprimit. dicatur recte. quod vir
sanctus in sterquilinio dolens sedet. Qui enim vere se humiliat
continue consideracionis oculo. quibus circumseptus sit delictorum
sordibus perfectius pensat. hec Gregorius. Est et aliud quod valet
contra vicium elacionis. videlicet ut bona que agimus facien-
do nesciamus. quatenus ad custodiam humilitatis hec et recta
estimemus et minima. nichil etiam nobis virtutis tribuamus
sed bona que facimus. de munere nostri conditoris esse agnoscamus
De hoc beatus Gregorius in libro moralium sic dicit. Plerumque enim si scimus
bona que agimus. ad elacionem ducimur. nam si nescimus
minime servamus. Quis enim audita virtutis sue conscientia
non quantulumcumque superbiat. Aut quis rursum bonum in se
custodiat quod ignorat. Sed contra utraque quid superest
est nisi ut recta que agimus faciendo nesciamus. ut hec et
recta estimemus et minima. quatenus ad custodiam sui sic sen-
ciat animus scienciam rectitudinis. ut in tumore non elevet
humilitas estimacionis. Et quamvis de se humilia senciat ani-
mus iustorum. ea tamen que agunt. quo sint recta conspiciunt
sed de eorum rectitudine non presumunt. Ille enim verum deo ex-
hibet ordinem. qui semetipsum quia pulvis sit humiliter
videt. qui nil sibi virtutis tribuit. qui bona que agit.
de munere conditoris agnoscit. Est namque magnum animi
turbati solacium. ut pulsatus viciis. cum se quasi nudatum virtu-
tibus conspicit. ad solam misericordie spem recurrat. et eo se
nudatum non sinat. quo se a virtutibus humiliter nudum pu-
tat. Qui et si humiliter fortasse aliqua virtute in temptacione
detegitur. infirmitatem tamen propriam agnoscens. ipse melius hu-
militate vestitur. et valde robustius qui stetit iacet

cum sibi sine adiutorio diuino cessat tribuere quod habet
hec gg. Nondum etiam quod ad humilitatem veram consequendam
maxime valet exemplum nostri redemptoris qui se humiliavit
pro nobis carnem assumendo et in eadem multa obprobria
et passiones sustinendo ut nos doceret suo exemplo qui
pulvis sumus non altum sapere sed timere et humiles esse. De
hoc dicit beatus Bernhardus. O homo intuere humilitatem et mansuetudinis
speculum dominum nostrum Ihesum Christum. Vnius se create factorem
tremebundum iudicem vivorum et mortuorum ante pedes etiam hominis
traditoris sua genua inclinantem. Disce quia mitis est et
humilis corde et confundere in superbia tua et erubesce in impacientia tua. Quid enim magis admirandum quid amplius
detestandum quid gravius puniendum quam quod videns filium
dei summum in regno angelorum novissimum factum in regno
hominum apponat adhuc magnificare se homo super terram
hec Bernhardus. Dicit etiam de hoc beatus Augustinus. Ecce habemus humilitatis exemplum superbie medicamentum. Quid igitur intumescis o homo. pellis morticina quid extenderis. O sanies
fetida quid inflaris. Princeps tuus humilis est et tu superbus. Caput est humile et membrum superbum. hec Augustinus. Videmus igitur quam magna sit virtus humilitas propter quam
edocendam tanta sustinuit dei filius. De qua sic dicit
beatus Bernhardus. Quanta virtus humilitatis propter quam veraciter edocendam is qui sine estimatione est magnus usque ad passionem
factus est parvus. hec Bernhardus. Si vero non possumus sequi exempla nostri redemptoris eo quod ipse sit deus et homo et dominus virtutum sequamur saltem vestigia suorum servorum hoc est precedencium patrum qui fuerunt homines sicut et nos. et tamen extiterunt
in sanctimonia vite perfecti et in virtute humilitatis preclari
quia qui aliorum bona veraciter pensat sua opera magna
humilitatis radio illustrat. De hoc beatus gg. sic dicit. Ille namque
cordis sui oculum a prelacionis sue tenebras extinguit qui
cumque cum recta agit considerare meliorum vitam negligit.
At contra magno humilitatis radio super omnia illustratur
qui aliorum bona subtiliter pensat. quia dum ea que

ipse fecerat facta foris et ab alijs cōspicit eū. qui de si
gularitate intus erūpe nitit. sup̄bie timore p̄mit
Magna quippe que agim̄ qui minima ducim̄. cum
hec p fortia exempla pensam̄. sed tūc aput deum
crescūt p meritū. cū aput nosmetipōs p hūilitate
decrescūt. hec gg. Unde necesse est. qui in v̄tute hūilit.
pfice desiderat. vt exempla sc̄orꝝ vnorꝝ cōspiciat. atq̄
in eorꝝ cōparacōe se pensans. peiorē se esse dep̄hendat
Qui em̄ plene intellige appetit qualis est / tales
nimirꝝ debet cōspice. qualis nō est. vt ex bona et scā
cōu̇sacōne aliorꝝ colligat. quātū ipse a vita v̄tuosa
atq̄ pfcā distat. Iustorꝝ ergo debem̄ cōspice vitam
vt subtilit̄ dep̄hendam̄ nr̄am. q̇d quidē face electi
nō cessant, meliorꝝ nāq̄ vitā cōsiderāt. et īd tanto
se hūiliāt. et si quid p̄uitat̄ in se dep̄hendūt. p scām
cōu̇sacōm mutāt. Ista tangit btūs gg. in xxiiij°. lib°.
morꝝ. expones illud dcm̄. Respiciet hoies et dicet pecca
ui. sic. d. Nullus se peiorē cognoscet si iusticiā nō hēet
Nemo quippe tortitudinē suā nisi cū rectus esse cepit
dep̄hendit. Nam qui oīno pūersus est. neq̄ hoc potest
videre q̇d est. Cum vō peiorē se itelligit. iā ex pte aliq̄ iustus esse
ichoauit. atq̄ illud q̇d nō iust̄ fecerāt. ex eo qp est iust̄ accusat. quia
accusacōe sua deo inherē ichoat. dū rectū cōtra se iudiciū pferens hoc
ī se q̇d illi scit displice cōdēpnat. Recepta ḡ iusticia sua dicat ho iste
Peccaui et nōdū qp p̄uutit. respiciet hoies et tūc demū describit
et dicet peccaui. Ideo em̄ nō nulli peccasse se nesciūt. quia
hoies nō attendūt. Nam si cōsideraret hoies. citius cog-
noscerēt. quātū peccādo infra hoies cecidissent. Sed no-
tādū. qp hij solumō vocant hoies. qui iusticie racōne
suffulti sūt / et irracōnabilia iuncta noiant̄ hij
qui carnali delcācōi deseruiūt. recte de quolibet penitēte
dicit̄. Respiciet hoies et dicet peccaui. Ac si dicatur
Sanctorꝝ virorꝝ exempla conspiat. atq̄ eorꝝ cōpacōe
se pensans. iniquū se esse dep̄hendit. Qui em̄ plenissie
intellige appetit qualis est. tales nimirꝝ debet cōspice

qualis non est. ut ex bonorum forma metiatur quantum ipse
deserto bono deformis est. Ex his quippe quibus plerissime
bona assunt perpendunt. recte que sibi minus sunt. atque in
illorum pulchritudine conspiciat feditatem suam. quam in se
ipso et pati perpeti et sentire non potest. Lucem namque debet con
spicere. qui vult de tenebris meditari. ut in illa videat. quid
de tenebris estimet per quas videre impeditur. Peccator namque
si in cognita vita iustorum. semetipsum conspiciat. pravitate
se nullatenus comprehendit. Videre enim se non potest. quia
fulgorem lucis nesciens. cum semetipsum conspicit. quid
aliud quam tenebras attendit. Iustorum ergo debemus conspi
cere vitam. ut subtiliter deprehendamus nostram. Illorum videlicet
species. quasi quedam nobis forma imitanda proponitur. Una lectio
est vita sanctorum et bonorum. quam non immerito hii idem iusti
in sacro eloquio libri nominantur. Sicut scriptum est. libri
aperti sunt. et alius liber apertus est. qui est vite. et iudicati
sunt mortui. ex his que scripta erant in libris. Liber
namque vite est ipsa visio advenientis iudicis. in quo quasi
scriptum est omne mandatum. quia quisquis eum viderit
mox teste conscientia. quidquid non fecit intelligit. Libri etiam
aperti referuntur. quia iustorum vita tunc conspicitur. in quibus
mandata celestia opere impressa cernuntur. et iudicati sunt
mortui ex his que scripta erant in libris. quia in ostensa
vita iustorum. qui in expansione librorum leguntur bonum. quod
agere ipsi noluerunt. atque ex eorum que fecerunt bonum comparatione
dampnantur. Ne ergo unusquisque tunc videns eos quod non fecit
defleat. nunc in eis quod imitetur attendat. Quod quidem
facere electi non cessant. Meliorum namque vitam considerant
et deteriores usus per conversationem mutant. Electi ergo ut ad
sequentium summa pervaleant. inspecta coruscea et candida vita
iustorum saciantur. Iam quippe videre deum sitiunt. iam de eius
contemplatione saciari caritatis estibus inardescunt. quia
in hac vita positi. nec dum valent. per precedentium sanctorum
viam incedere. interim per patrum exempla pascuntur. Tam
diu quippe refici iustorum exemplis indigemus. donec

presentis vite mortalitatis umbras. et hoc die aspirante transea-
mus. Cum enim huius temporalitatis umbra transacta. ac morta-
litate fuerit inclinata. quia ipsius diei intimi lumen cer-
nimus. nequaquam iam appetimus. ut ad amorem eius per aliorum
exempla flagremus. Nunc autem quia nec deum cum intueri
possumus. summopere necesse est ut eorum qui illum perfecte secu-
ti sunt. conspectis actionibus mentem intueamur. quam pulchra
est agilitas sequentium. et videamus quam turpis sit hebetudo
pigrorum. Statim namque cum bene agentium gesta respicimus
nosmetipsos confusione intima velaciter iudicamus. mox
verecundia mentem concutit. mox iuste semetipsum reatus addicit
et vehementer hoc eum displicet. quod adhuc fortasse temporaliter
libet. Unde bene ad Ezechielem dicitur. Fili hominis ostende domui
israel templum. ut confundantur ab iniquitatibus suis. et me-
tiantur fabricam. et erubescant ex omnibus que fecerunt. Tem-
plum quippe dei filiis israel ad confusionem ostenditur. quando uni-
cuique iusti anima. quam inspirando deus inhabitat. quanta
sanctitate fulgeat ad confusionem suam peccatoribus demonstra-
tur. ut in illa bonum quod negligunt videant. et in semetipsis ma-
lum quod operantur erubescant. Metiri vero est fabricam. pensare
subtiliter iustorum vitam. Sed dum metimur fabricam. necesse
est. ut ex cunctis que fecimus erubescamus. quia bonorum vitam
quanto subtilius pensando discutimus. tanto severius in
nobis omnia iniqua gesta reprobamus. Bene autem propheta
dicitur. ut ostendat templum. quia enim iustorum rectitudinem
peccator considerare dissimulat. saltem hanc ex voce predicatoris
agnoscat. Templum quippe peccatori ostendere est sponte sua
considerare nolentibus opera rectorum narrare. Qui itaque sicut
diximus pdua ad summa desiderat. semper necesse est ut me-
liorum perfectionibus intendat. quatenus tanto districtius in se cul-
pas diiudicet. quanto in illis altius quod admiretur videt.
Sed quid ista de peccatoribus dicimus. cum ipsos quoque opera-
tores iustitie tanta pulchri dispensatione videamus. Alius
namque habet donum scientie. et tamen ad virtutem mire abstinen-
tie non pertingit. Alius magne abstinentie virtutem attingit.

nec tamen summa se contemplatione dilatatur. Alius spiritu
prophetie valet omnia ventura prenoscere. sed tamen per curatio-
nis gratiam non valet presentis molestie mala sublevare.
Alius per curationis gratiam mala presentis molestie sub-
levat. sed tamen quia prophetie spiritum non habet. quid sequatur
ignorat. Alius indigentibus multa iam propria largiri potest.
sed tamen iniuste agentibus obviare libere non potest. Alius
iniuste agentibus audacter pro deo obviat. sed tamen indi-
gentibus que habet tribuere recusat. Alius iam ab
ocioso se sermone restringens. lingue lasciviam superat. sed
tamen adhuc insurgentes ire stimulos perfecte non calcat. Alius
insurgentem iram perfecte edomat. sed tamen adhuc linguam
ad leticiam relaxat. Quid est hoc quod iste eo bono indiget
quo alius pollet. et ille cum multis polleat. habundare aliis
bonum adesse considerat. quod sibi deesse suspirat. nisi quod
mira nobiscum dispensatione agitur. ut per hoc quod alter habet
et iste non habet. unus altero melius ostendatur. quatenus
tanto ardentius ad humilitatem quisque proficiat. quanto ex bo-
nis que non habet inferiorem se hec habentibus pensat. Sic quoque
fit ut dum ille in isto. atque hic in illo respiciat quod admiretur.
distincta bona eos et ab altitudine elationis reprimant
et ad studium provectus accendant. Magna namque sollici-
tudine ad tanta incrementa meliorationis accingimur. quando id virtutum
in aliis cernimus. quod non habemus. Unde et Ezechiel cum
volancia animalia describsisset adiunxit. Et vocem alarum
animalium percucientium alteram ad alteram. Quid namque alas anima-
lium. nisi virtutes debemus sentire sanctorum. qui dum terrena despi-
ciunt. ad celestia volando sublevantur. Volancia itaque animalia
alis suis se vicissim feriunt. quia sanctorum mentes in eo quod su-
perna appetunt. considerantur invicem alterius virtutibus excitantur.
Ala enim sua me percutit. qui exemplo sanctitatis proprie me
ad melius attendit. Et ala mea vicinum animal ferio. si ali-
quando alteri opus bonum quod imitetur ostendo. Sed quia sanctorum
vitam significari istis animalibus diximus. libet in ipso vo-
latu animalium oculos mentis attollere. et quanta vicissim alarum

paussione se excitet. subtili considerare pensare paul9
namqz cu cetorp scorp solliatudine. in pdicacoe robus
tius laborado tuscedet. vt ab elacoe se pmet. et vires
suas in humilitatis gremio nutriret. crudelitatis sue an
tique no immemor. aplorp om innocecia cotemplat ait
Ego enim sum minim aplorp. qui no sum dignus vocari
aplus. quia psequut sum eccliam dei. et tu eorpdem
om aplorp. prim9 qi accepti pncipatus oblit. ac si mi9
ipe aliqd sapet. i paulo ammtaba. sapiam. d. Sicut et
carissim9 fr nr paulus. scdm datam sibi sapiam scp
sit nobis. in quib9 sut quedam difficilia intellectu. Ecce
paulus in aplis mirat innocecia. Ecce aplorp pnceps
mirat in paulo sapiam. Quid est hoc. nisi qd scam viri
dum vtutu considerare. vicissim sibi alias pferut volacia
aialia. alarp paussione se tangut. vt eo ad volatu se
altius excitet. quo humilius alt mallos. qd ammiret videt
Hinc itaqz colligedum est. quanta debem9 solliatudie meliorp
vita cospice. qui in infimis iacemus. si hy. et qui iam
tanta scitate sublimes sut. vt humilitatis gressu ad ma
iora pficiat. adhuc querut in alys qd imitantes ammiret.
Sed hec repbi nesciut. quia metis oculum sp in infimis p
mut. qui et si qn in via dni veniut. no ad meliorp vesti
gia intueda. sed ad pniorp exempla vtut. Neqz enim eorp
vita considerat. quib9 se humiliando postponat. sed quibus
supbiedo se pferat. Deteriores naqz respiciut. quib9 melio
res se esse glorient. et ideo pfice ad meliora no possunt
quia hoc sibi suffice estimat. qd pessimos antecedut
O miseri viam pgunt. et in tergu respiciut. P spem qde
qi an se pedem pferut. sed p consideracone pravorp hoi9
post se oculos tendut. recte videre appetut. sed ad inme
mendos se torta regula sumut. Si enim semetipos qles
sut cognosce appetut. no deteriorp cospice sz meliorp exem
pla debuerat. Ideo ergo peiores. se esse no intelligut
quia hoies no attendut. Nam si hoies attenderent. quantu
peccado distaret a bonis hominib9 inveniret. hec. greg.

Studeamus ergo pre omnibus humilitati insistere. si volumus
ad perfectionem ceterarum virtutum pervenire. Qui enim sine humi-
litate virtutes congregat. quasi in ventum pulverem portat. De
hoc enim beatus Gregorius. perit enim omne quod agitur. si non sollicite
in humilitate custodiatur. Qui enim virtutes sine humilitate congre-
gat. quasi in ventum pulverem portat. De quo dicit beatus Gregorius
Omnis namque labor sine humilitate vanitas est. hec Gregorius.
Dicit eciam de hoc Effrem abbas. Fili pre omnibus humilitati
stude. que est omnium virtutum sublimior. ut ad perfectionis fastigium
possis conscendere. Cuncte enim instituciones non aliter nisi per
humilitatem implentur. et multorum temporum labores per superbiam
in nichilum reputabuntur. Vir humilis deo est similis. et in tem-
plo pectoris sui gestat eum. Superbus autem cum sit deo odi-
bilis. est dyabolo similis. Humilis licet in habitu videatur vilis
simul gloriosus est in virtutibus. Superbus homo. licet decorus
videatur in aspectu et clarus. sed inutilem eum manifes-
tant opera ipsius. et per incessum et motus demonstratur superbia
eius. et ex verbis eius publicabitur superbia ipsius, et ex verbis
eius cognoscitur levitas eius. Cupit se semper laudari ab omnibus
et virtutes quibus alienus est. de se predicare gestit. non se
patitur cuiquam esse subiectum. semper cupit primatum. et ad
maiorem gradum conatur se ingerere. quod ex meritis obtinere
non potest. Humilis econtrario respuit omnem honorem terrenum, et
ultimum se esse iudicat cunctis hominibus. Nam et si me-
diocris in vultu appareat. eminens apud dominum invenitur.
Cum consummaverit omne mandatum. nichil se fecisse testatur
et omnes virtutes anime sue celare festinat. sed divulgat
deus omnia opera eius. et profert in medium magnifica gesta
illius. et exaltabit eum. et clarum efficiet illum, et in tempore
precum suarum quod postulat impetrabit. hec Effrem abbas
Sed et hoc sciendum. quia humilitatis causa mentiuntur. asserentes se
peccatores esse ultra quam sunt. vel hoc se fecisse quod non com-
miserunt. vel necessitate cogente virtutes habitas abscondendo.
vel negando celare. quod est peccatum. et satis reprehensibile. Tes-
te beato Augustino. qui dicit. Cum humilitatis causa mentiris. si non

eras peccator aliquem mentiendo · mentiendo efficieris. Unde
non ita caveat · ut veritas relinquatur. Hec Augustinus. et beatus
Gregorius in xxvi libro moralium idem sentit dicens. Incaute sunt humiles
qui se mendacio illaqueant · dum arrogantiam vitant · immo men-
tiendo superbiunt · qui contra veritatem se erigunt quam relinquunt
Qui enim necessitate cogente · vera bona de se loquuntur · tanto
magis humilitati iunguntur · quanto et veritati sociantur. An paulus
humilis non fuit · qui emulatione veritatis contra falsos apostolos
tot de se discipulis fortia gesta narravit. Qui minime pro ve-
ritatis munere existeret · si abscondendo virtutes proprias predi-
catores corporales premisisset. Hec Gregorius. Notandum etiam quod spiritus
malignus cum sibi humilitatem conspexerit dominari hominem etiam de
aliis facinoribus non cito temptare presumit. Hoc testatur
hylarius sic dicens. Dum hostis noster antiquus humilitatem sibi
dominari conspicit · de aliis viciis hominem temptare non presumit.
Hec hilarius. Sunt etiam tres gradus humilitatis. Primus est quod
homo sciat hoc quod est · id est · vilem infimum · inopem omnis boni
viciosum ac peccatorem fuisse · vel adhuc esse · et si quos alios de-
fectus habet agnoscat et sciat · et non mentiatur se sibi esse
maiorem in quacumque dignitate aut statu sit · et non elevet se
super se · vel super alios insolenter · nec vanas hominum laudes querat
vel honores · et si aliquando delectat eum aliquid istorum semet
ipsum redarguat et castiget quasi deceptum · et in quo veritas
non sit. ¶ Secundus gradus potest dici · ut non solum se ipsum ag-
noscens homo spernat se pro vilitate sua · sed etiam ab aliis · si
propter huiusmodi suos defectus spernatur · patienter hoc sustineat
immo quia veritatem amat · etiam ab aliis desiderat talis repu-
tari · qualem se reputat · videlicet vilem viciosum · et ignobilem
et qualem se novit esse. Honores etiam sibi exhibitos non solum
fastidiat · sed etiam ipsos vilipendat. Iste autem gradus est altior
et satis rari sunt · qui eum ascendunt · etiam inter religiosos.
Unde non est mirum si inopes sumus virtutum · et gratiarum · cum
matrem et custodem virtutum humilitatem · tam alienam a no-
bis sentiamus. Qui ergo cito desiderat culmen virtutis atti-
gere · studeat in humilitatis profundo solidari · quia sicut

deus superbis resistit eos deprimendo. ita humilibus dat gratiam magnis virtutibus attollendo. ¶ Tercius humilitatis gradus est. quando etiam in magnis virtutibus et donis et honoribus homo nichil extollitur. nichil sibi ex hoc blanditur. sed totum illi attribuens. et integrum restituens. a quo fluit omne bonum. Talis fuit beate virginis humilitas. que cum electa se sciret ut mater dei fieret. ancillam se eius humiliter recognovit. dicens Respexit humilitatem ancille sue et cetera. Talis est humilitas angelorum et sanctorum in gloria. qui cum sint pleni summo bono et summo honore sublimati. nullum motum de hoc habent superbie. sed sunt in se humiliores. quo altiores in deo. Propterea est hec humilitas perfectorum. qui quanto maiores sunt. tanto magis humiliant se in omnibus. in sensu. in affectu. in verbo in actione. in habitu. Si enim humiliatur et se despicit. qui non habet unde glorietur. sed multa habet unde confundatur. Licet bona sit humilitas. ista. tamen non est humilitas miranda. Ita si pauper pauperem se reputat. et ab aliis vult pauper agnosci veritati consentit in istis. sed non est in admiratione talis humilitas. Si vero dives se pauperibus conformat. et altus nichil altum sapit. et gloriosus sibi de gloria nichil attribuit. sed totum refundit in eum. a quo habet unde gloriosus videtur. hic est humilis. qui non cogente necessitate. sed veritatis caritate. De hoc dicit beatus Bernhardus. Non est magnum esse humilem in abiectione. Magna prorsus et rara virtus est humilitas honorata. hec Bernhardus. Notandum etiam quod vera humilitas secundum dictum beati Gregorii est. qua quis de se prava estimat. et bona alterius sine invidia et livore commemorat. hec Bernhardus. hanc igitur nobilissimam virtutem et multum necessariam ac fructuosam omni volenti proficere. debet quilibet religiosus valde diligere. et se in illa cum summo studio exercere. quia ipsa humilitas est regina virtutum. sancti spiritus receptaculum. et sancte trinitatis hospicium. De cuius commendatione beatus Bernhardus sic dicit. Humilitas est regina virtutum. mater viciorum. nutrix disciplinae. radix sciencie. religionis vigor. virginitatis decor. spiritus sancti receptaculum.

trinitatis hospicium. hec Bernhardus. Sed et hoc nondum quod sancti
viri quanto magis proficiunt in virtutibus tanto minus se putant
profecisse. quod gracia divina solet in eis ad conservandam humili
tatem operari. Unde dicit beatus Gregorius. Sancti viri quo altius
virtutum dignitate proficiunt. eo subtilius indignos se esse
deprehendunt. hec Gregorius. Dicit eciam beatus Bernhardus. Mirum divina
solet pietas conservande humilitatis gracia ordinare. ut quanto
plus quisque proficiat. tanto minus reputet se profecisse
hec Bernhardus. Quantumcunque eciam quis in virtutibus proficiat. semper
debet tamen se humiliare. et se peccatorem recognoscere ne graciam
et virtutes a deo perceptas perdat. De hoc dicit beatus Augustinus. Qui
cunque hic vivit. quantumlibet iuste vivat. ve illi si cum illo
mecatur iudicium deus. Noli ergo iudicio contendere. da
operam esse iustus. et quantumcunque fueris. confitere te peccatorem
semper. spera misericordiam. hec Augustinus. Sic igitur patet de virtute
humilitatis. Sequitur. De paciencia capitulum xxvj.

cia ·xxvi· ca

Habita informacione de humilitate. nunc que
virtus virtutem humilitatis sequitur. de hoc cupio
edoceri. Scire debes quod de humilitate nascitur
virtus paciencie. hec enim ordinat nos ad fruicionem summe
pacis. Nichil namque pati molestie. est pacem habere. quod
fit duobus modis. scilicet aut nullam molestiam senciendo
quod erit tamen in patria. aut molestias non moleste ferendo
quod est magnanimorum eciam in via. et hoc est paciencia. Mag
nanimus est enim qui ad universa sustinenda paciens est
quia nichil passionibus perturbatur. Paciencia autem est
eterne glorie respectu voluntaria et insuperabilis perpessio la
borum. De qua dicit Tullius. Paciencia est virtus contumeliarum
et omnis adversitatis impetus equanimiter portans. Paciencia
eciam secundum Gregorium est aliena mala equanimiter perpeti. contra eum
quoque qui mala irrogat. nullo dolore morderi. Et no
tandum quod paciencia. alia est necessitatis. alia simulacionis. alia
virtutis. Simulacionis est quando aut propter humanam laudem aliquis
in adversis pacientem se ostendit. aut cum interim dissimulat
iniuriam quam patitur. ut in aliud tempus oportunum diffe

rat vlaone. Vnde gg. Qui mala pximi ita tollerat vt
tn intrinsecus doleat. et tpe retribucois exquirat.
paciam no exhibet. sed ostendit. Pacia necessitatis est
cum aliquis ideo maiusis vlascise no psumit. quia
no pt. uel no audet. timens ex hoc maius sibi imminere
piculu. Vel comodu depire vt serui a dnis verberati
vel paupes a diuitibus obiurgati. Prima viciosa est
et metuit supplicium. Secunda cauta vt euadat tpale dis-
pendiu. Tercia virtuosa. et metuit gram impendi. et gliaz
in futo. Notandu vero est. q sunt nonnulli. qui quidem
diuersis virtutibus sunt adornati. ad virtute tn paciencie min9
idonei. Nam plures videmus castos abstinentes. paupes
se ipos humiliantes. elemosinas facientes. oroibus instantes
fide constantes. sed paucos ad modu in contumelijs et
detraccoibus et despectoibus humilit pacientes. Vnde
qualis quisqz est in moribus p tribulacoes et iniurias
manifestat. De quo p btm Aug9 dr. p facile est vestem
contemptam hre. inclinato capite incedere. velut s oclos
mittere. sed vere humilem paciam ondit iniurie. hec Aug9
Dicat et de hoc btus gg. Sicut vngeta redole latius
nesciunt. nisi commota. Ita sci viri. oe qd de virtutibus
redolent in tribulacoibus innotescunt. et sicut granu sina-
pis nisi conterat. neqq vis virtutis eius agnoscitur.
Sic vnusquisqz vir. cu no pulsat. lenis aspicit. Si q
vo illu tactura psecucois opprimat. mox qualis sit
ostentat. Nam donu qd in tranquillitate a dno percepit. in
tribulacoibus manifestat. Cum igit virtutu mandata p-
ficeret. vnu ei deerat. vt eciam flagellatus age gras sciret.
Notu erat quia siuire deo int dona nouerat. sed dignu
fuit vt districcois seueritas inquireret. vtrum deuotus deo et
int flagella pmaneret. Pena quippe interrogat. si quietus
quis veraciter amat. hec gg. Sed multu dolendu est. q
modernis tpibus no solu seculares. verumeciam religiosi
p modica causa incipiunt ad impaciaz. et modicu p modi-
co conuicio. vel eciam ppter signu vel vbu ita deliquunt tantem

vt p plures dies nec loqui nec amicicia erga proximos
velint hre. De hoc dicit btus Aug. Nimis dolendu q
cu apli. nec horroribz nec tormetis potuerut a caritate
dei separi. Nos modicu ociosis fabulis. et sepe ob pmis
simu comiciu. ymo qnqz xpt signu ita delinquimz
caritate. vt no solu multis diebus. sed etia mesibz nec
loqui nec amiciciam habeamz. hec Aug. Valde aut re
phensibile est in nonullis religiosis. qui post sclı ab
renunciaconem. magis impacietes existut in claustro. q
prius fuerat in sclo. De quibz btus Bnhz sic dicit. Video q
multu doleo post spreta seculi pompa nonullos in
stola humilitatis supbia magis addiscere. ac sub alis mris
humilis qz magri gravius insolescere. et impacietes am
plius fieri in claustro. qm fuisset in sclo. quodqz magis
puersu est. pleriqz in domo dei no paciunt se cotepni. qui
in sua. no nisi cotemptibiles esse potuerut. hec Bnhz. Qui
igitur in virtutibz pfice desiderat. et ad statu pfcm pue
nire. studeat in vtute paciecie se exercere. Quia qui proximorum
mala impaciencius tollerat. ipe sibi p impaciam testis est.
q a vita vtuosa longe distat. De hoc btus Gg. in xx. li
moraliu sic dicit. Nullus quippe pfectus est. qui inter proxi
moru mala paciens no est. Qui enim equanimiter aliena
mala no tolleat. ipe sibi p impaciam testis est. quia
a boni plenitudine longe distat. Abel quippe esse ren
nuit. que Cayn malicia no exercet. Sic in tritura
aree grana paleis premunt. Sic flores inter spinas p
deunt. et rosa que redolet. crescit cum spina q pungit
Quia sic iusto peccator cu malicia iungitur. sicut i fornace
auro palea cu igne sociatur. vt quo ardet palea. pur
getur aurum. Hy ergo veraciter boni sunt qui in bonitate
psistere eciam inter malos possunt. hec Gg. Item in quinto li
moraliu idem btus Gg. de hoc sic dicit. Ille enim vere pfectus est
qui erga imperfeccionem proximi impaciens no est. Nam qui
alienam imperfeccione ferre no valens deserit. ipe sibi testis
est. quod pfecte nondum pficit. Hinc veritas dicit. In paciencia

vra possidebit animas vras. Quid est enim aiam
possidere nisi perfecte in omnibus viuere cunctis mentis mo-
tibus ex virtute arte dominari. Qui igitur patienciam tenet
aiam possidet. quia inde contra adversa omnia fortis
efficitur. Unde sibi et semetipsum vincendo dominatur. et quo se
laudabiliter frangit. infractum se fortius exerit. quia
cum se in suis voluptatibus superat. sese ad contraria in
victum parat. Nam illi veraciter recti sunt. qui amore
superne patrie. ad cuncta presentis vite adversa preparantur.
Nam qui pro eternis bonis. mala hic pati metuunt. vz
recti non sunt. hec Gg. Vera autem patiencia hec est. ut illum
amet quem tolleratur. Si vero odit quem sustinet. non est
virtus paciencie. sed velamen rancoris. Teste beato Gg. qui
dicit. paciencia vera est qui et ipsum amat quem portat.
Nam tollerasse et odisse non est virtus mansuetudinis
sed velamen furoris. hec Gg. Unde mala que patimur.
nisi paciencer sufferamus. celesti mercede privamur. De hoc
dicit origenes. Cuncta quidem mala que homo aliquis
passus fuerit in hac vita. si absque perfecta ferantur paci-
encia. a celesti premio sunt penitus aliena hec origenes.
Beati ergo sunt illi qui presentis vite mala sustinent pa-
ciencer. quia tales celestem gloriam possidebunt in futuro.
Unde dicit hugo. Beatos illos credimus. qui mala que-
libet perferunt. in inpacienciam tamen non prorumpunt. Celestis
namque illos expectabit gloria. in quibus nunc vera
hec iuncta fuit paciencia et perfecta. hec hugo. Et nota
quod si quis perfectam pacienciam in adversis habere non valet. co-
gat tamen quantum valet motus impaciencie refrenando. et mercede
ac merito non privabitur. De hoc Thomas de aquino sic dicit
Quamuis enim flagella non sint omnino in potestate nostra. tamen
quantum ad aliquid sunt. ut scilicet eis paciencer utamur. et sic
homo facit de necessitate virtutem. Unde et meritoria et
satisfactoria esse possunt. hec Thomas. Debemus igitur tribula-
ciones paciencer sustinere. quia ipse adversitates et tribula-
ciones cum paciencer sufferuntur. reddunt hominem membrum xpi.

et celestis regni faciat heredem. De hoc p petru da
miani sic dr. Cum homo faciat bona et mala tolle
rat. tunc se procul dubio inmunerari int membra xpi con
fidat. Quis qs enim rite vnicis flagellis atterit. sicut
xpi nunc in vtroq3 vestigia sequitur. ita postmodum
eius consortio non priuatur. hec petrus. Dicit ecc. De hoc
btus aug. Nequaq ad regnum celorum ptinere se iudicet
qui hic in arca cariture non timdit tribulacoe. nec
membra xpi se iudicet. qui caput suum spinis coro
natum in passionibus non sequitur. Nullus enim fuus
xpi sine tribulacoe est. si putas te non hre psecucoes
nondum cepisti esse xpianus. hec aug. Quis aut omps
deus hereditatem celestis patrie tribulacionem impuita
vita sustinentibus dare disposuit. De hoc dicit btus greg.
Nisi correctis deus hereditate dare disponet. erudire
eos p molestias non curaret. Electorum namq3 est hic
conteri vt ad pmia debeat eterne hereditatis erudire.
Nostrum hic est flagella pcipe. quibus seruat de etni
tate gaudere hec greg. Vnde qui desiderat non excludi
ab hereditate et consorcio filiorum dei. flagella et tribu
lacoes a se non abiciat aut repellat. sed paciencie sustine
at. Ad hoc faciendum hortatur btus aug. sic d. Fili si plo
ras sub patre plora. Nam vbi plagis. medicina est
non pena. castigacio non dampnacio. noli repellere fla
gellum. si non vis repelli ab hereditate. Non attende qua
penam habeas in flagello. sed quem locum in testamento.
Nunquam sunt felices qui aduersis non tanguntur. ymo in
felicissimi sunt. quibus pmittit hic pomia suauitur viue
et omnia desideria p libitu suo implere. si aduersitate
non tanguntur. quia tales in. vt arida ligna ad ignem nu
triuntur. Econtra sunt felicissimi. qui a suis desiderijs ar
centur. et multis aspitatibus exercentur. quia modo ad
regnum ut filij flagellis erudiuntur. vt dr. Deus flagel
lat omnem filium quem recipit. Si igitur exceptus es a pas
sione flagellorum. exceptus es a numero filiorum. Quid

ergo mirū si flagellat pūulos dn̄s. q̄s grandes q̄rit
hēdes. Unde nō timeas flagellari sed exheredari. h̄
aug⁹. Et nōndū q̄ diu̇sa sūt genera passionū et tri-
bulationū. Un̄ dn̄s di. Qui vult venire post me abne-
get semetipm̄ etc. Qd diusimode accipi pt. Vtā pmptū
animū hr̄e paciēdi morte p xp̄o. et mortificatōis viciorum
et paciā hr̄e in sustinēdis adūsis. est tollere crucē suā
et sequi xp̄m. hoc testat Basilius sic d. Appetit⁹ mor-
tis tollerande p xp̄o. et mortifica⁹ mēbrorum que sūt sup
terram. et viriliter disponi. ad omne piclm sustinēdum
p xp̄o. hoc est tollere crucē suā. quā et cottidie tollē
et ea sūpta dn̄m sequi iubem. qui crucē ppriā bain-
lauit. hec Basili⁹. Est etiā scdm btm̄ gg̅. triplex mar-
tiriū sine sāguine. scilz paciēcia in aduersis. Unde di.
Sine ferro martires esse possum⁹. si paciam in animo
veraciter custodim⁹. Item cōpassio afflictorum. Unde dicit
Qui dolorē exhibet in aliena necessitate crucē portat
in mēte. Item dilectio inimicorum. Un̄ di. Ferre cōtumeli-
as et odiēte se diligere martiriū est in occulta cogitatōe
hec gg̅. Si igit tormēta que sci martires ptulerūt pa-
ti nō possim⁹. saltē psecucōem p iusticia paciam. et
vicijs ac cōcupiscēcijs viriliter resistam⁹. et pmio mar-
tirum nō priuabim. De hoc di btus Aug⁹. martir ipe
testis interptat. Quicūqz vo p veritate testio⁹ dederit
et omēs causas cū iusticia iudicauerit. quid q̄ p testio
veritatis vl iusticie ptulerit. totū ei dn̄s p martirio
cōputabit. habet etem pax martires suos. nam iracū-
diam mitigare. libidinē fugere. iusticiā custodire. aua-
riciā cōtempnere. supbiā humiliare. pars magna mar-
tirij est. hec Aug⁹. Dicit etiā de hoc maxim⁹. Si tormē-
ta que sci mres ptulerūt sustinere nō possum⁹. sal-
tem cōtra malas cōcupiscēcias pugnem⁹. et quia
nō desūt pctā cottidiana. nō desint etiā cottidiana
remedia. hec maxim⁹. Possum⁹ ergo ex pdictis colli-
gere. q̄ paciam in aduersis hr̄e. et viriliter vicijs resistere

est magnā ptem martirij possidere. Nam genera
ti delectacionem libidinis dyabolo vendat. Vere enim nimium plan-
genda et miseranda condicio est. Ubi cito preterit quod delectat
et manet sine fine quod cruciat. Sub momento enim libidinis
impetus transit. et obprobrium infelicis anime permanet.

hec Augustinus. Considerantes igitur feditatem ac periculum huius vicii videlicet luxurie ad amorem castitatis nos accingamus. De cuius commendatione sic dicit origenes. Castitas seu virginitas est munimen sanctimonie, infirmitas lascivie, carnis victoria, captivitas criminum, pax virtutum, debellatio ingentium bellorum, culmen puritatis, carcer libidinis, vita spiritus, carnis interitus, status qualitatis angelice. hec origenes. Et notandum quod virtus castitatis tria facit. Primo corpus mundificat, sicut econtrario luxuria inquinat. Ita si non esset alia merces castitatis quam presens mundicia nec aliud luxurie supplicium nisi eius feditas, castitatis honestas esset amplectenda et luxurie turpitudo horrenda. Secundo conscientiam letificat, quia gratum deo prestat obsequium, qui pro christo carnis dulcedinem respuit, quam mundus pro magno concupiscit. Letificat autem quia deo placet, deum placat et deo proximare facit, et premium celeste ac deum meretur, et auctorem mundicie per castitatem imitando sequitur, cum sit gloria magna sequi dominum, qui nos precessit in mundicia castitatis, virgo virginis filius, virginum sponsus. Tertio ipsa castitas tam hominibus quam angelis spectabilem et amabilem facit: hominibus quia boni venerantur eam, angelis quia cum naturaliter omne animal diligat sibi simile, et angeli casti homines castos familiariter diligunt. Sciendum est quod ad castitatis acquisitionem et conservationem maxime valent ista, videlicet alienatio et separatio a feminis et consortium contubernale castorum, quorum exemplo castitas doceatur. Item deliciarum fuga que invitat carnis illecebras. Item exteriorum sensuum custodia ut non videat vel audiat vel tangat unde temptetur. Item ocii devitatio quod est viciorum omnium ianua maxime carnalium. Item custodia interiorum cogitationum et affectionum cordis, per quas coluber primo caput venenatum ingerit. Item orationis frequentia qua obtinetur auxilium adversus omnes impugnationes. Illa aliqualiter tangit Cass. sic dicens. Sex sunt que incorruptam conservant castitatem, scilicet sobrietas, operatio, asperitas cultus, inhibitio sensuum, raritas ser-

monim tu honestate · euitatio oportunitatis et psone et
loci et tpis · hec Cris. Est etiã triplex gradus siue pfec
tus castitatis. Primus est cõtinẽcia ab actu carnali · cum
pposito sit manẽdi · et omnibus illiciatis motibus cõsensũ ne=
gandi. Iste gradus tñ adhuc sit vicinus eterne voluptati · pp ter
nouitatẽ cõuersionis vapor tangit eũ carnalis tep=
tationis · et est adhuc in labore pugne · et in merito victo=
rie · Quum sola voluntas cũ adiutorio gratie dei pug-
nat contra quatuor hostes · scilicet carnis pruritũ · et affec
tionis appetitũ · mũdi puocamẽta ad libidinẽ · et demo=
nis suggestionẽ · sed homo diligens castitatẽ · maneat
in bono pposito et viriliter resistat huiusmodi teptamẽtis
et fiduciã habeat in dño · et adhereat ei qui dixit · In
mundo pssurã habebitis · sed cõfidite ego vici mũdũ · et
cito inimicos eius cõuertet ad pacem · ut subiciat ei ex
actores suos videlicet carnis libidinosũ pruritũ · et affec
tionis illecebrosũ appetitũ. Secundus gradus est cum p
maceratiõem carnis et p alia studia spualia · affectus
mũdatur · et caro ita spiritui subiugatur · ut carni temp
tetur et minus ut prius adhuc nõ plene careat cõcu
piscẽtia p stimulis · qui spinarum p aculeis sedet · tñ eã como=
do et impando magis quam reluctando · insurgẽtes inor
dinatos carnalitatũ motus compescat. Tercius casti=
tatis gradus est · ita edomitas hrẽ cõcupiscẽtias · quod
vix rarissime et tenuissime senciatur · et ex affectu tãtum
induisse castitatis amorẽ ut horreat · et ita detestetur
omẽs carnales motus · quod qui nauseã inde paciatur · nec au=
dire tractari possit de opibus carnis · nisi cũ horrore
cordis et execratiõne. Eciã nõdũ · quod est castitas cõiu=
galis · vidualis · siue post lapsũ se cõtinẽtiũ · et vir=
ginalis. Inter quas virtutes · nulla tñ placet dño
quemadmodũ castitas virginalis · quia in talibus cordibus
dño ihs libenter pausat. Teste bto Bernhardo qui sic dicit
Alius quam dns ihs · tam libenter caput suum inclinat · quam
in virginitatis aureum sinum. Hec Bernhardus. Non solũ at

in castitate virginali delectatur dominus. Verum etiam post lap
sum carnis prima pacta. cum homo continet et caste
vivit. talis inquam castitas etiam placet deo. quia secundum
Cassianum. Longa castitas post peccatum imitatrix est vir
ginitatis. Unde multi peccatores post facinora carnis rever
tentes ad dominum per penitentiam. corpus suum per abstinentiam affli
gunt. vitiis carnalibus resistunt. et caste vivunt. ac per bonam
vitam quam ducunt. proximis exempla salutis ostendunt
In talibus inquam animabus castis. etiam deus inhabitare de
lectatur. De hoc beatus Gregorius super Cantica. exponens illud verbum
Qui pascitur inter lilia sic dicit. Quid per lilium nisi sancte
anime designatur. que dum castitatis candorem retinent. per
bone fame opinionem fortiter proximis quibusque et su
aviter olent. Inter lilia ergo pascitur sponsus. quia procul du
bio animarum castitate delectatur. que ipse carnis mundiciam con
servant. et proximis exempla quasi odoris suavitatem donant
hec Gregorius. Omnis quis etiam virtutem castitatis desiderat possidere
necesse est ut cogitationes carnales sibi advenientes. ac
precipue consensum huius peccati studeat a se amovere. quia ne
quaquam potest corpus per vicium carnalis peccati corrumpi. nisi
mens primo fuit corrupta. Unde cum cogitatio carnalis
delectationis. cum consensu admittitur. procul dubio castitas tam
mentis quam corporis violatur. Unde dicit Fulgencius. Semper
nimirum dum immunda cum consensu cogitatio admittitur.
ipsa tam mentis quam corporis castitas continuo violatur
et secundum quod dicit Ysidorus. Corrumpi non potest corpus. nisi prius
corruptus fuerit animus. Ergo cum consensus carnalis delec
tationis non reprimitur. nonnumquam etiam in prava actione durat
Sciendum etiam quod ad conservationem castitatis. multum valet dis
ciplina exteriorum morum. et pudicicia seu verecundia. Discipli
na namque componit vultum. risum cohibet. frenat linguam
et corporis inordinatos motus cohibet. De qua beatus Bernhardus
sic dicit. Disciplina autem submittit. ponit supercilia.
componit vultum. ligat oculos. cachinnos cohibet. gulam
refrenat. iram sedat. format incessum. Disciplina est

cupiditatis compes. malorum desideriorum carcer. fre-
num luxurie. nam carnis vinculum. que intemperantiam domat.
levitatem ligat. et omnes corporis inordinatos motus
et illicitos suffocat appetitus. Semper maneat in disci-
plina discipulus Christi ut erudiatur ad scientiam. exercitetur ad
timorem. coronetur ad gloriam. Sit sibi racio magister. propria
consciencia virga. et ingenita verecundia lex discipline. Iuge
quippe silencium. et ab omni strepitu secularium perpetua
quies. cogit celestia meditari. Porro continentie labor
et rigor discipline. psalmorum ymnorumque dulcedine
relevantur. Pudor de puritate nove conversacionis. temperat
austeritatem. hec sunt monachorum insignia. hec vitam
solent nobilitare monasticam. hec Bernhardus. Similiter etiam
pudicicia est custos castitatis. verba scurrilia non multi-
plicat. lasciviam reprimit. appetitum turpium cogitacionum
compescit. omnes virtutes nutrit. De cuius commendacione
beatus Augustinus sic ait. Pudicicia namque castitatem habet.
lites devitat. lasciviam castigat. ebrietatem cavet. verba
non multiplicat. gule concupiscencias obpugnat. omnia
vicia reprimit. omnes virtutes nutrit. Pudicicia anime
plus est. propter dei oculos quam hominum. omnia bona facere. ap-
petitus turpium cogitacionum compescere. omnes meliores estimare
se esse. nemini invidere. de semetipso nichil confidere
dei semper auxilio res omnes committere. cepta bona opera
mortis tantum termino finire. Pudicicia est ornamentum no-
bilium. exaltacio humilium. nobilitas ignobilium. augmen-
tum omnis pulchritudinis. decus religionis. multiplicacio
meritorum. et de spe future beatitudinis gaudet. hec Augustinus
dicat etc. De pudicicia beatus Bernhardus. Pudicicia est castitatis
custodia. que nos hominibus reddit venerabiles. hec consci-
enciam emendat. servat affectum. illuminat intellectum. purum
propositum in animo roborat. amicos attrahit. inimicos
reprimit. confundit demones. claudit inferos. celos aperit
ipsi deo cum fiducia assistit. hec Bernhardus. Omni ergo conatu
pudicie et verecundie vt virtute castitatis valeamus in nobis conservare.

Sed sunt nonnulli qui pudorem seu verecundiam habent inordi-
natam. qui magis infamiam timent coram hominibus incurrere
quam peccati culpam coram deo. hij tales satis perversi sunt
quia si peccatum perfecte erubescerent. non tam facile illud per-
petrarent. De hoc Richardus de sancto victore sic dicit. Disce peccatum
prius odisse. et tunc incipies illud veraciter erubescere. Ille
pudor verus esse cognoscitur. quem vitiorum odium precedit.
et comitatur. Alioquin si in peccato deprehenderis et deprehensus
pudore confunderis. non te credo erubescere culpam. sed in-
famiam. Non enim descendit verecundia talis. tam ab
ipso peccato. quam de fame detrimento. Habent et homines vere-
cundiam perversi. sed utinam bonam. utinam ordinatam. Nam si
bonam haberent. perversi non essent. peccatum etenim si perfecte eru-
bescerent. non tam facile committerent. Hec Richardus. Quilibet
ergo religiosus timeat deum et votum castitatis quod deo
spopondit studeat in se conservare. non solum ab omni actu
carnalis vicij abstinendo. verum etiam cor suum ab immundis
et sordidis cogitationibus retrahendo. sed et visum ab aspec-
tu nephando mulierum avertendo. et affectum suum et amorem
ad splendidissimam pulchritudinem yhesu christi convertendo. Qui
sic egerit castitatis virtutem in se illesam conservabit. De
qua effrem Abbas in vij. omelia sua exortando sic dicit
Castum moribus te serva sibi ut videas deum in gloria
consistentem. ab omni pollucione mundum sit cor tuum. et ne des
inimico aditum introeundi ad te. Ab aspectu nephando
averte oculos tuos. et ne delecteris pulchrarum vultibus
feminarum. ne per talem delectationem ultima solvas supplicia
Reseca amorem tuum ab amore mulieris. ne te ab amore
dei eius amor excludat. Unde ne te seducat corporis
pulchritudo. et decorem anime tue amittas. Nec im-
probo oculo tuo intuearis mulierum speciem. ne intret
mors in animam tuam per fenestras tuas. Mulieris car-
nem omnino non velis tangere. ne per tactum eius inflametur
cor tuum. et spiritu tuo labaris in perdicionem. Sicut enim fe-
num proximans igni comburitur. ita qui tangit mulieris carnem

nō euadet sine dampno aīe sue. et licet corpꝰ castū
euaserit. mēte tamē et corde corruptus abscedit. Re-
flecte ergo aīm tuū ab hys obscenis amoribꝰ. et oēm
amorē tuū cōūte ad splendidissimā pulchritudinem
xpi. vt radij fulgoris eius illustrēt cor tuū. et omēs
obscuritas caliginis expellat a te. Hec pulchritudo di-
ligenda est. que letitiā spūalē animabꝰ cōsueuit infū-
dere. Hic decor oīmodis amplectēdus est. Vnde nobis
serenitas trāquillitatis acqrit. Euitemꝰ pniciosas pul-
chritudines. ne omīm malorꝫ genera in nos irrogēt. Mul-
ti enī āmirātes mlieꝝ spēm. a vtutꝰ via naufragaue-
rūt. plurimiqꝫ ornamētis eaꝝ oblectati pniciem aīaꝝ
suaꝝ ꝑpessi sūt. et a pfectōis fastigio in pfūdū inferni
dimersi sūt. Sapiēs enī vir. nō corporis decorē cōsiderat
sed anime. Insipiēs aūt carnalia ornamēta amplectitr.
Sapiēs vir mlierē respuit. stultus aūt cōcupiscit eā
insaciabilitr et implātabilitr. Tu aūt omnibus modis
caue spēs pniōsas et falsas. Decipatr enī aīa tua si deco-
rem eaꝝ attendas. xpūs enī nō corporis. sed aīe pulchrītu-
delectatur. Hec effrem abbas. Et nōndū qꝫ sūt nōnulli
qui in etate iuuenili cōstituti luxuriose viuūt. cum
vō senuerit. tūc pmo caste ac cōtinētr viuē volūt. Sed
tales nequaqꝫ cōtinētes vocandi sūt. nec pmia p huiꝰ di
cōtinētia a dno cōsequētr. quia laboris ctamē in resistē-
do nō habuerūt. De talibus Isidorꝰ sic dicit. Quidā in iuuētute
luxuriose viuētes. in senectute cōtinētes fieri delectant.
tūc eligūt seruire castitati. qn libido eos seruos hrē cōtēpsit.
Nequaqꝫ in senectute cōtinētes vocandi sūt. qui in iu-
uētute luxuriose vixerūt. tales nō hūt pmiū. quia la-
boris certamē nō habuerūt. Eos enī expectat glia
in quibꝰ fuerūt gliosa ctamina. Hec Isidorꝰ. Vnde quilꝫ
xpianꝰ. maxīe tn̄ religiosus qui votū fecit castitatꝭ
debet ab inmūdicia carnalis pcti se cōtinē. et huic vicio
cū adhuc iuuenis est virilitr resistē. vt pmiū future glie
p tanti laboris ctamīs valeat a domino obtinere.

Sic igitur habemus de virtute castitatis. Filius interrogat.
Habita enim informacione de virtute castitatis ac
aliis virtutibus iam premissis. Nunc de quatuor vir-
tutibus cardinalibus. et que sunt virtutes politice et
purgatorie purgati animi ac exemplares. de hiis
flagito edoceri. De quatuor virtutibus cardinalibus. Cap. xxviii.
Scire debes quod quatuor sunt virtutes per quas homo
potest ad honestatem vite pervenire. Unde dicit
Seneca. Quatuor virtutum species multorum sapi-
entum sentenciis diffinite sunt. quibus animus
humanus comptus ad honestatem vite possit accedere.
Harum prima prudencia. Secunda magnanimitas. Tertia
continencia. Quarta Iusticia. Singule igitur honestum
et bene morigeratum efficiunt virum. hec Seneca. Iste eciam
quatuor virtutes. structuram spiritualis edificii. ac bo-
ni operis sustinent. Teste beato Gregorio qui sic dicit. Solidum
mentis nostre edificium. Prudencia. Temperancia. For-
titudo. Iusticia sustinet / Quia in hiis quatuor vir-
tutibus tota boni operis structura consurgit. Unde et
quatuor paradisi flumina terram irrigant. quia dum hiis qua-
tuor virtutibus cor infunditur. ab omni desideriorum carna-
lium estu temperatur. hec Gregorius. Appellantur autem iste quatuor
virtutes cardinales. quia sicut ostium vertitur in cardine
ita in hiis vertitur et regitur vita hominis. Per virtutes namque
cardinales. rectificatur anima in suis viribus. Nam
prudencia rectificat racionale. Fortitudo sive mag-
nanimitas irascibilem. Temperancia seu continencia con-
cupiscibilem. Iusticia vero rectificat omnes vires. Ipsa enim
Iusticia comprehendit omnes virtutes ordinantes ad proximum
ut est equalitas et liberalitas. et ordinantes ad se ipsum
sicut est penitencia et innocencia. et ordinantes ad deum
sicut est latria. pietas et obediencia. Et propter hoc dicitur.
Iusticia continere omnes virtutes. quia non tantum est specialis vir-
tus. sed eciam generalis. comprehendens totius anime rectitudinem.
cum ipsa dicatur rectitudo voluntatis. Et nota quod per virtutes cardinales

homo instruitur in operibus bonis et contra vicia armatur. Primum fit dupliciter quia instruitur quo ad se per prudenciam. et quo ad proximum per iusticiam. Secundum etiam fit dupliciter. quia homo armatur in prosperis per temperanciam. et in adversis per fortitudinem. De hoc beatus Augustinus sic dicit. Prudencia est in precavendis insidiis. Iusticia in subveniendis miseris. Fortitudo in perferendis molestiis. Temperancia in cohercendis delectacionibus pravis. hec Augustinus. Sciendum etiam quod virtutes quedam quandoque dicuntur pollitice. quandoque purgatorie. quandoque purgati animi. quandoque exemplares. Politice namque dicuntur. secundum quod regulant vitam humanam quo ad opera exteriora. et secundum quod pugnant contra vicia. Purgatorie dicuntur. secundum quod sunt in victoria viciorum. et respiciunt partim interiora. et partim exteriora. Purgati animi dicuntur. quando devictis viciis. possessor virtutum quiescit raro in insurgentibus motibus pravis. Exemplares dicuntur que in mente divina consistunt. Nam idee in deo sunt. et ipse omnium rerum est exemplar. Et notandum quod quelibet virtus cardinalis potest coaptari singulis virtutibus iam premissis. Nam prudencia que est prima virtus cardinalis secundum quod est virtus politica ut ait Macrobius. est ad racionis normam que cogitat queque agit universa dirigere. ac nichil preter rectum velle vel facere. Prudencia vero secundum quod est virtus purgatoria. est mundum et omnia que in mundo sunt. de morum contemplacione despicere. Prudencia autem prout est virtus purgati animi. est sola divina noscere. et ea tamquam nichil sit aliud intueri. Exemplaris vero prudencia ut est in deo. est ipsa mens divina. cui omnia nuda sunt et aperta. et disponit universa que in celo sunt. et que in terra. Ex hiis apparere potest quod primus gradus prudencie ut est virtus pollitica facit hominem in omnibus racionabiliter operari. et cum hominibus honeste conversari. Secundus gradus prudencie ut est virtus purgatoria mentem altius erigit. quia cum mundana despicit. etiam sine celestia prudenter appetit. Tercius gradus

prudentie ut est virtus purgati animi. mentem
plenius perficit. divinum eam in eternis figit. quia sola eter
na concupiscit. Exemplaris autem prudentia que in
solo deo est. predictos gradus inchoat. deducit et con
summat. quia omnis vera prudentia a domino deo est
De hac autem virtute videlicet prudentie. Seneca sic dicit. Quis
quis prudentiam sequi desideras. tunc per racionem recte vives
si omnia prius estimes et perpenses. Si prudens esse cu
pis. in futura prospectum intende. et que possint con
tingere. animo tuo cuncta propone. Nichil tibi subitum
sit. sed totum ante prospicies. Nam qui prudens est. nunquam
dicit. Non putavi id fieri. quia non dubitat sed expec
tat. nec suspicatur sed cavet. Si prudentiam amplecteris
ubique idem eris. et prout varietas rerum exigit. ita te ac
comodes ipsi. Sermo tuus non sit inanis. sed aut sua
deat aut moneat. aut consoletur. aut precipiat. lauda parce.
vitupera parcius. Nam similiter reprehensibilis est nimia laudacio
sicut immoderata culpacio. Illa siquidem adulacione. ista
malignitate suspecta est. Si prudens est animus tuus tri
bus temporibus dispensetur. presencia ordina. futura pro
vide. preterita recordare. Nam qui de futuro non premedi
tatur. in omnia incautus incedit. Propone animo tuo
mala futura et bona. ut illa sustinere possis. ista modera
ri. Non semper sis in actu. sed interdum animo tuo re
quiem dato. sed et ipsa requies plena sit sapiencie studiis
et cogitacionibus bonis. Nam prudens nunquam ocio marcet.
animum aliquando remissum. nunquam dissolutum habet. Non
te moveat auctoritas dicentis. nec quis sed quid dicat
intendito. Nec quam multis sed qualibus placeas cogita.
hec Seneca. Et nondum est. quod prudencia est bonorum et
malorum utrorumque discrecio. cum fuga mali et eleccione
boni. de qua procedit circumspeccio. docilitas. et caucio. Cir
cumspeccio est cautela contrariorum viciorum. qua fugimus avari
ciam. et tamen prodigalitatem. Docilitas est potencia
erudiendi hoc ordine. ut prius te postea alios instruas

Cautio est potencia vel prudencia discernendi vicia a vir-
tutibus. Vel aliter dici potest prudencia. que in sex
diuiditur. scilicet in cognicionem presencium. Vnde per sapientem dicitur.
precedant palpebre tue gressus tuos. id est consilia tua
facta tua preueniant. In recordacionem preteritorum. Vnde ezechias.
Recogitabo tibi omnes annos meos etc. In prouidenciam
futurorum. Vnde Boecius Non sufficit intueri quod situm est
ante oculos. prudencia rerum exitus metitur. In circumspec-
cionem contrariorum. Vnde in prouerbiis. est via que videtur homini
recta. nouissima autem illius ducit ad mortem. In cohabi-
tacionem peccatorum. Vnde paulus. Castigo corpus meum et
in seruitutem redigo. In exercitacionem virtutum. Vnde per
sapientem dicitur. Quodcumque manus tua potest facere instanter
operare. ¶ Secunda virtus cardinalis est Temperancia. que
prout est virtus politica. est nichil appetere penitendum. in
nullo legem moderacionis excedere. sub iugo racionis cupidi-
tatem domare. Temperancia prout est virtus purgatoria.
est omnia relinquere. in quantum natura patitur que corporis vsus
requirit. Temperancia prout est virtus purgati animi.
est terrenas cupiditates non reprimere. sed penitus obliuisci.
Temperancia vero exemplaris. que in deo est. sic est quod in
se perpetua intencione conuersa est. Ex hiis patet quod primus gra-
dus temperancie. vt est virtus politica. hominem ab excessu et
defectu custodit. quia ei medium virtutis in omni tempore condit.
Secundus gradus temperancie. vt est virtus purgatoria. mentem
ad eterna perfecte dirigit. quia omnem superfluitatem rerum
grauatiuarum firmiter excludit. Tercius gradus temperancie.
vt est virtus purgati animi. mentem in eternis figit. quia
concupiscenciam omnis inordinati concupiscibilis penitus ex-
tinguit. Exemplaris autem Temperancia que in deo est
predictos gradus temperancie inchoat. deducit et perducit.
et perficit. quia omni creature. numerum pondus et mensuram
tribuit. De hac autem virtute videlicet temperancia seu continen-
cia Seneca sic dicit. Continenciam si diligis circumcide super-
flua. et in artum desideria constringe. Considera tecum.

quantum natura postulat · non quantum cupiditas expetat · Pa-
latum tuum fames excitet · non sapores · nec ad volupta-
tem · sed cibum attendas · nec presentibus deliciis inherebis
nec desiderabis absentes · Si continentiam diligis · turpia
fugito antequam accidant · nec quemquam alium verearis plus
quam te · omnia tollerabilia preter turpitudinem crede · a verbis
quoque turpibus abstineto · quia licentia eorum impuden-
tiam nutrit · Si continens es adulationes evita · Diffici-
limum est opus continentie · assentationes adulatorum repellere
quorum sermones animum quadam voluptate resolvunt · Si
continens es · et animi et corporis tui motus observa · ne
indecori sint · nec ideo contempnas · quia latent · Nam nichil
differt si nemo videat cum ipse illos videas · Cunctis esto
benignus · nemini blandus · et paucis familiaris ·
omnibus equus · Bone fame neque tue seminator · neque in-
vidus aliene · ad iram tardus · ad misericordiam pronus · in ad-
versis firmus · in prosperis cautus et humilis · occultator
virtutum · sicut alii vitiorum · Vani sermonis ipse sis · sed lo-
quentium patiens · Que nosti sine arrogantia postulanti
imparties · que nescis sine occultatione ignorantie tibi pos-
tula impartiri · Hec Seneca · Nondum etiam quod temperantia
est virtus cum potentia resistendi illecebris in nos impe-
tum facientibus · ex qua procedit / continentia · castitas · pu-
dicitia · sobrietas · parcitas · moderantia · honestas · abs-
tinentia · verecundia · modestia · Continentia est virtus absti-
nendi ab illecebris · Castitas est virtus sub iugo rationis
impetum libidinis refrenans · Pudicitia est virtus
non solum impetum libidinis refrenans · verum etiam signa
cohibens · videlicet gestus inordinatos corporis · risum disso-
lutum et similia · Sobrietas est virtus · qua excessum
cibi et potus cohibemus · parcitas est virtus qua reti-
nemus retinenda · sicut largitas est virtus · qua damus
danda · Moderantia est virtus eorum nimium appetitum impetu
rationis revocare · Honestas est · nec lautiora querere fercula
nec circa cultum totius apparatus operam dare · Abstinentia

est statutu prandendi temp9 no pvenire. Verecundia est
feda et supflua verba reprime. Modestia est corporei
habit9 et ecte necessitat9 suppellectilis immoderatum
renotas vsum. Tertia v'tus cardinalis est fortitudo.
que put est v'tus politica. est animi sup' picula metum
erigere. nichilqz nisi turpia timere. Scdo fortitudo
put est v'tus purgatoria. est animo no terreri contra
queqz adversa. Tertio fortitudo. vt est v'tus purgati
animi. est passiones no vincere corpis. sed omo et pe-
tus ignorare. Exemplaris aut fortitudo que in deo est.
est q semp idem est. nec vnqm mutat'. Ex hys pt pate
q p'mus gradus fortitudinis vt est v'tus politica. homo
facit omem metu p vtilitate reipublice postpone et
nisi turpia formidare. Scdus gradus fortitudinis vt
est v'tus purgatoria. mente magis cofortat vt nulla
pena corpalis eam terreat. quia ad sola eterna fortiter an-
helat. Tertius gradus fortitudinis. vt est v'tus pur-
gati animi. mete i etnis figit. quia cu omia cotraria
viceat repugnare omo et cofidenter cotempnit. Ex-
emplaris aut fortitudo. que in deo est pdictos gradus
inchoat. deducit. et cosumat. Ipa em attingit a fine
vsqz ad finem fortiter. et disponit omia suavit. De hac
etia v'tute videlz fortitudie seu magnanimitate Seneca sic
dicit. Magnanimitas que et fortitudo dr. si insit in animo
tuo vives cu magna fiducia. liber. intrepidus alacer.
Magnu huiu animi bonu est. hui vite fine intrepi-
dum expectare. Si magnanim9 fueris. nunqm iudicabis
tibi cotumelia fieri. De inimico dices no michi nocuit
sed nocendi animu habuit. et cu illu in ptate tua videris
vindicta putabis vindicare potuisse. Scito eni mag-
nu et honestu vindicte esse genus ignosce. Eris mag-
nanim9 si picula no appetas ut temerari9 nec formides
ut timidus. Nam timidu no facit animu nisi reprehen-
sibilis vite cosciencia mala. Hec Seneca. Et nondu q
fortitudo est immobilis. int adversa animi labor

et p̄ıculoꝝ susceptio· qui nec adu̾sitatꝭ incursu frā-
git̾· nec p̾speritatꝭ blandimēto eleuat̾. De qua orit̾ᵃ
Magnanimitas· fiducia· securitas· magnificētia· con-
stancia· firmitas· paciēcia· p̾seuerācia· lōganimitas
humilitas· mās̄uetudo· Magnanimitas est v̾tus sponta-
nea difficiliū aggressio· Fiducia est certa lib̄· spes ani-
mi rem inchoatā ad finem ꝑducendi· Securitas est v̾-
tus incomoditates iminētes· et rei inchoate ad finē ꝑdu-
cendi nō formidās· Magnificētia est v̾tus animi ar-
duorꝝ dās cōsumacōem· Cōstancia est stabilitas animi
firmiter in ꝓposito ꝑseuerās· Firmitas est v̾tus animi
omīa eq̄nimit̾ portās· Paciēa est v̾tus et vis animi
cōtumeliarꝝ et omīs adu̾sitatꝭ impetus· cū tranq̄llitate
sustinēs· Perseuerācia est animi firmitas in bono ꝓpo-
sito vsq; ad consumacōem ꝑtinēs· Longanimitas est vir-
tus· qua paciēt̾ vite et̾ne p̾miū expectam᷒· Humilitas
est v̾tus ꝑ quā animus in nullo se efferens· nl̾ sibi boni
ascribēs· et exteri᷒ abiectū defert habitum· Mansuetudo
est v̾tus animi· qua homo se tollerabilē alijs reddit
Quarta v̾tus cardinalis est ipa iusticia· que ut sit
virtus politica· debet mūdū istū despice̾· et debet ser-
uare vnicuiq; q̄d suū est· s̄· sibi ipi· et ꝓximo et deo
Scd̄o vt est virtus purgatoria ipa iusticia· est ad verā
ꝓximi viam cōsentire· et vni᷒ cui᷒q; v̾tutꝭ officium
in suo vigore cōseruare· Tercio iusticia ꝓut est v̾tus
purgati animi· est cū diuina mēte ꝑpetuo federe soci-
ari· Exemplaris v̾o iusticia· que in deo est· est q̄ ꝓhē-
in lege sempit̾na· a sempit̾na opis sui cōtinuacōne
nō flectit̾· Ex hijs patet q̄ p̾mus gradus iusticie
vt est v̾tus politica· ab omi iniquitate hoīez custo-
dit· Et cum hec omibus pacifice cōu̾sari facit· Scd᷒
gradus vt est v̾tus iusticie purgatoria mētem ad
et̾na directe trahit· quia iusto ordini racōis ꝑfecte
cōsentit· Tercius gradus iusticie vt est v̾tus purgati
animi· mētem in et̾nis figit· quia illā cū deo et̾no

perpetuo federe sociat. Exemplaris autem iusticia que in
deo est. predictos gradus inchoat. deducat. et perficit
que omnem creaturam suam perpetua et inflexibili lege iuste
regit. Ex hiis aliqualiter patet. quod per virtutes prout sunt po-
litice homo ordinatur in operacionibus suis quo ad proximum
et per virtutes prout sunt purgatorie aliquis ordinatur ad se
ipsum. Et ut sunt virtutes purgati animi ordinantur ad de-
um. quas virtutes exemplares que in solo deo sunt perfi-
ciunt. secundum magis et minus. prout operantes in fide et cari-
tate opera sua eas perfectius. vel minus perfecte eas partici-
pant. De virtute eciam iusticie Seneca sic dicit. Iusticia
autem quid est. nisi nature tacita convencio in adiutorium
multorum inventa. Iusticia non nostra constitucio. sed divina
lex est. et vinculum societatis humane. Quisquis ergo iusti-
ciam sectari desideras. time prius deum. et ama deum. ut
ameris a deo. Amabilis eris deo. si illum in hoc imiteris.
ut velis omnibus prodesse. nulli nocere. et tunc te virum iustum
appellabunt omnes. sequentur venerabuntur et diligent. Iustus
enim ut sis non solum non nocebis. sed et nocentes prohibebis
hec Seneca. Notandum eciam quod iusticia est ius suum unicuique
tribuens. de qua procedunt videlicet Religio. pietas. severi-
tas. innocencia. reverencia. Misericordia. Religio autem est
virtus quedam superioris nature. quia hac virtute religamur
divino cultui. Pietas est virtus qua parentibus vel peten-
tibus honorem debitum exhibemus. non solum in veneracione
verum eciam in exhibicione necessariorum. Severitas est virtus
qua communi utilitate servata districte agimus in suppliciis
reddendis. ut non relinquamus aliquid de pena debita. In-
nocencia est qualitas mentis. omnis iniurias non formidans
Reverencia est virtus que primis viris vel aliqua prelacione
sublimibus debitum honorificacionis cultum exhibemus. Hec
dividitur in duas partes. In reverenciam que est virtus qua
reverenciam exhibemus maioribus in corporis humiliacione.
gestu. nutu. et verborum emissione. In obedienciam que est
causa iuste iussionis effectus. Misericordia est virtus.

ꝑ q̄nā animꝰ in celam[te] altius mouet. Et sciendū
qꝫ v̄tus ꝓducẽ solet hoīem ad vitā etnā. que v̄tus
maxiē est amor dei. de quo cete ꝓcedūt v̄tutes. et eciā
v̄tutes cardinales. que cū habite fuerint. dilectoẽ
dei ac pximi in mēte custodiūt et cōsuāt. De hoc dic̄
btūs Augꝰ. Virtus ad btām vitā nos ꝓducat. sed vir
tutē nichil esse affirmauerit. nisi sūmū amorem dei
Illam et illud qꝫ v̄tus quadripartita dr̄. ex ipsi amoĕ
vario quodā effcū dr̄. Est em̄ tpancia amor integꝛ
se pbens ei quod amat. Fortitudo amor facile tolle
rans omīa. ꝓpter id qd amatur. Iusticia amor soli
amato s̄uiens et ideo recte dn̄ans. Prudencia amor
ea quibus adiuuat. ab eis quibꝰ impedit. sagaciter
eligens. Sed huc amorē non cuiuslibet. sed dei esse dixi
id est sūmi sūme sapiē. sūme cōcordie. Est em̄ caritas
simplex et pura. que spū sc̄o inspirata ꝓducit ad fi
liū p quē pater cognoscit. Omē aūt officiū tpancie est
exuere vetēm hoīem. et in deo renouari. i. cōtempnē illece
bras omēs corpeas. laudem qꝫ ꝓplarē. totuqꝫ amorem
ad diuina cōferre. ne subiciat se homo p pcā hys rebꝰ
Habet igit̄ vir tpans in hijs rebus mortalibꝰ vite re
gulam. vtroqꝫ testamēto firmatā. vt eorꝫ nichil diligat
nichil p se appetēdū putet. sed ad vite huiꝰ atqꝫ officiorꝫ
necessitatē. quātū satis est vsurpet. vtent̄ modestia no
amātis affcū. Si em̄ deus est sūmū bonū hoīs. nichil
aliud est homini bn̄ viuē. quā toto corde tota aīa. tota
mēte deum diligē. a quo existit. ut incorruptus in eo
amor custodiat̄. qꝫ est tpancie. nullis frangat̄ inco
modis. qꝫ est fortitudinis. nullis alys s̄uiat. qꝫ est
iusticie. vigilet in discernēdis rebus. ne fallacia subre
pat. qꝫ est prudencie. Hec est hoīs vna pfeccō. qua sola
impetrat̄ ut veritate pfruat̄. Non pt̄ aūt seipm̄ non
diligē. qui deū diligit. ymo ille solus se diligit. qui deū
diligit. quia sedule agit. vt sūmo bono pfruat̄. Et āt
magꝰ tecum agēdū est cū pximo. s. ut ad illud bonū

ad quod ipse tendis cum adductas. Illud enim est unum bonum
quod omnibus tecum tendentibus non fit angustum. Ex qua scilicet
dilectione proximi nascuntur officia societatis humane in quibus
non errare difficile est. Duobus enim modis peccat in hominem:
uno si ledatur, alio tamen si potest non adiuvet. Hec Augustinus. Sic
igitur patet de quatuor virtutibus cardinalibus.

De consiliis ad que tenentur religiosi. Cap. xxix.

Vellem carissime aliqua scire de consiliis ad que tenentur religiosi
facta professione anno probationis expirato. ¶
Scire debes quod consilium est persuasio boni melioris ad quod
non tenemur ex precepto. Et nondum quod consilia in multis differunt
a preceptis. Primo quod ad precepta tenemur, ad consilia vero non,
quia precepta servare est necessitatis, consilia vero voluntatis.
Item lex vetus dat precepta videlicet decalogi, hoc est decem
preceptorum. Evangelium vero superaddit consilia. Nam consilium
pertinet ad perfectos, preceptum autem ad proficientes. Precepta sepa-
rant nos ab illicitis, sed consilia a concessis. Per precepta declinamus
peccatum, sed per consilia declinamus occasiones peccandi. Per precep-
ta penam fugimus, sed per consilia premium cumulamus. Item ad
precepta constringimur ex debito, sed ad consilia non nisi ex
voto, quia consilium per votum fit preceptum. Sicut ait Augustinus: Vo-
vere magis est voluntatis, reddere vero necessitatis. Et sciendum
quod consilia quamvis sint plurima, tamen precipue sunt tria, videlicet
castitas, paupertas et obediencia. Primum consilium est casti-
tas, de qua in evangelio dicitur: Sunt eunuchi qui se ipsos cas-
traverunt propter regnum celorum. Secundum consilium est paupertas,
que consistit in abdicatione proprietatis. Unde per dominum in evangelio
dicitur: Qui non renunciaverit omnibus que possidet non potest meus
esse discipulus. Et de monachis proprietatem habentibus dicit beatus
Bernardus: Monachus habens obulum non valet obulum. Tercium
consilium est obediencia, de qua in evangelio sic dicitur: Super cathe-
dram Moysi sederunt ~~sederunt~~ scribe et pharisei. Que dicunt facite,
que autem faciunt facere nolite. Predicta vero tria consilia sunt
substancialia omnis perfecte religionis, quia suos observa-
tores vel sectatores elongant a malo non solum quantum ad

malum culpe. sed etiam quantum ad malum cum Unde religiosi
maxime hec tria solent vovere ac promittunt observare
Omne namque malum oritur ex triplici radice. scilicet ex concupis-
centia carnis. ex concupiscentia oculorum. et superbia vite.
Predicta vero tria consilia perfecte nos elongant ab hac
triplici radice. Nam per castitatem vincimus carnis concu-
piscentia et luxuria. Per paupertatem vero superatur rerum terre-
narum cupiditas seu avaritia. Per obediam autem calcatur
mentis elatio sive superbia. Sed quia de hiis tribus virtu-
tibus videlicet castitate. paupertate et obedientia superius
tractavimus. non est opus ut de illis iterum mentionem faciam
Solum hoc adiciendum. quod omnes homines maxime desiderare
solent tria. hoc est opes voluptates et honores. Ex
quibus tribus tota vicia procedunt et oriuntur. De hoc Innocentius
sic dicit. Tria maxime solent homines affectare. opes volup-
tates honores. De opibus prava. de voluptatibus turpia
de honoribus vana procedunt. Nam opes generant cupidi-
tatem et avariciam. Voluptates pariunt gulam et luxu-
riam. Honores nutriunt superbiam et iactanciam. hec Innocentius
Sed christifideles et maxime religiosi habent remedia contra
predicta scelera. videlicet. Castitatem. paupertatem. et obedientiam
per quas virtutes cum adiutorio dei vincere possunt vicia predicta.

De bona operatione seu actione xxx.

Post informationem diversarum virtutum
superius premissarum. nunc de bona actione seu
operatione cupio edicere. Scire debes quod postquam
homo fuerit predictas virtutes videlicet humilitatem. pacienciam
castitatem. ac ceteras alias superius premissas. interius
et exterius decenter adornatus. debet etiam in aliis bonis
actibus. hoc est in ieiuniis. in vigiliis. et in ceteris bonis
operibus se exercere. ut philosophus dicit sanctas observancias valde
ac deo magis placere. De tribus observanciis spiritualibus dicit
beatus Bernhardus. Sex sunt observancie hominibus dei proposite in quibus
purificari debeant. Sunt autem iste. Silencium. psalmodia
vigilie. ieiunium. opus manuum. et carnis mundicia. In
observatione silencii purificantur a peccatis que verbositate contrayi-

De bona operatione seu actione [illegible]

cuius vicii sunt octo species. Est enim verbum stultum. vanum men-
dax. ociosum. dolosum. impudicum. maledicum. excusatorium
que immundorum pestis nascatur ex loquacitate. et per silencium censuram
aut excutitur funditus. aut certe ne multum noceat reprimitur.
In psalmodia fit duplex confessio. ubi et peccator de culpis
compungitur. et deo laudes super iudicia iusticie sue dicuntur.
In hac ergo observancia quisque qui recte confitetur. purificatur.
ab immundo spiritu blasphemie. cui ante confessionem sub-
iacebat. dum enim seipsum laudaret. ac deum accusaret
quid aliud quam blasphemus erat. conversus ac confessus. tan-
tias quasi divinis instructus. correcta vita corrigit. et verba
seque ipsum accusans. mala sua sibi reputat. deum autem lau-
dans. bonum quod in se videt. non sibi sed illi applicat. et hoc
totum agitur in psalmodia. Per psalmodiam accipe quicquid
deo agitur cum mentis melodia. sive sint psalmi sive ympni
seu ecclesie quecumque cantica. Terciam observanciam posuimus super-
vigilias. has semper debet comitari orationum instancia. Ta-
les vigilie abluunt nos a sordibus quas contraximus per sop-
nolenciam resoluti. dum oblivione quadam a via salutis
intepuimus. ac torpuimus. Quarta observancia est ieiunium
de quo quis dubitet. quin et ipsum purificet. Vera est illa
sententia. contraria contrariis curantur. Si ergo per gulam pec-
cavimus. quid restat nisi ut per abstinenciam reparemur. Non
solum huius vicii piaculum fit purgacio. insuper et virtus ad
expellendos demones comparatur. per segniciem quoque. et
ociositatem que inimica est anime. multas contraximus
sordes contra dei sentenciam. in sudore vultus alieni non modo
pane vescentes. Propter hoc sequitur Quinta observancia. que
dicitur. opus manuum. ut sordes ille in labore manuum
abluantur. Restat ultima cordis mundicia. in hac fit
purificacio. ab illa quinquepartita corporis illecebra. visus
auditus. gustus. odoratus et tactus. Et cetera quidem predicta
id est. Silencium. psalmodia vigilie ieiunium exercicia prout
sunt ista. Sed si lumbi non fuerint precincti. id est. si desit mundicia
cordis. lucerne ardentes quid proderunt. Hinc ergo colligendum est

quam sit necessaria huius sancte observancie purificacio. que sola
omnibus supradictis equipollentem obtinet vim salutis. Et no-
tandum quod in hiis omnibus observanciis primas quatuor debe-
mus nobis. quintam proximo. sextam deo. Nam silencium psal-
modiam ieiunium vigilias quisque debet exercere propter semet
ipsum. hoc est propter suam disciplinam. Opus manuum propter
proximum. ut habeat unde tribuat necessitatem pacienti
Cordis mundiciam propter deum ut placeat illi. et eius volun-
tatem faciat hectenus. Non solum autem in hiis virtutibus.
sed eciam in aliis vir ~~aut~~ religiosus debet se exercere videlicet
in compassione proximi. in compunctione. in oracione. in leccione
in studio. et in meditacione sacre scripture. ac aliis virtuosis
operibus. ut per hoc possit deo placere. et proximis suis bonum
exemplum prebere. Sunt namque nonnulli qui magna in-
tencione tormenta reproborum considerant. et pertimescentes subito
peccata et iniquitates deserunt. et ad vitam virtuosam. et
sanctam operacionem bene vivendo consurgunt. et per bona opera
que agunt secundum magis et minus. proximis suis bona
exempla ostendunt. De talibus beatus Gregorius super cantica ex-
ponens illud dictum. Que est ista que progreditur quasi aurora
etc. sic ait. Sunt enim nonnulli qui magna intencione
que sunt tormenta reproborum aspiciunt. et sua facta propria
sine palpacione examinare contendunt. Cumque se peccasse
cognoscunt. et per hoc ne ad tormenta reproborum pertimescunt
subito tenebras iniquitatis delinquunt. et lucem iusticie
accedere concupiscunt. mox ad sanctam operacionem consurgunt
et per bona que faciunt clarere proximis incipiunt. Hii procul
dubio velut aurora consurgentes progrediuntur. quia su-
bito nocte peccati evacuantes. ad lucem magis ac magis dila-
tantur. Sic anima que prius erat in tenebris. nunc splendens
apparet. et que certe in se obfuscabatur. nunc luce sancte
operacionis resplendet. Pulchra ut luna. Luna quippe
dum noctem illuminat. caligantibus oculis iter per quod homo
gradiatur demonstrat. Sic nimirum queque anima. que
tenebras dimittit. et in sanctam operacionem se extendit.

dum exemplum boni operandi tribuit. quasi lucem tenebrescentibus
oculis spargit. Dum enim peccantes quique boni opus
aspiciunt. et ad idem faciendum se convertunt. quasi errantes in
nocte per lumen lune ad viam redeunt. Hec itaque sancta anima
dum peccatoribus exemplum prebet. quasi luna in nocte lucet. Dum
vero magis ac magis crescit. et de die in diem per consuetudinem
boni operis lumen iusticie perfecte accepit. vt eciam bonis exemplum
imitacionis prebeat. que prius solis peccatoribus imitanda appare
bat. Profecto iam luna sol efficitur. quia que in nocte erran
tibus lucebat. modo in die ambulantibus lumen veritatis mani
festat. Hec gregorius. Tales namque qui post peccata perpetrata ad pe
nitenciam redeunt. et sancte viuunt. non inquam ex dono gracie ce
lestis. eciam verbum doctrine ad alios docendos percipiunt. quorum
predicacio tanto suauius audientibus sapit. quanto eorum actio
verbis que predicant contraria non est. De hoc beatus gregorius super
ezechielem sic dicit. Sepe enim quosdam videmus tota se mente ad
sancte lectionis studium contulisse. atque inter verba dominica re
cognoscentes in quantis deliquerunt. semetipsos in lacrimis mac
tare. merore continuo affici. in nullis huius mundi prosperitatibus
delectari. ita ut eis vita presens oneri. et lux ipsa fastidio
fiet. Vix ad colloquendum comma admitte. atque a rigore
discipline. animum difficile relaxare. pro amore conditoris
luctum solum in. et silencio gaudere. et tales precepta vite que
sensus illorum capere potuit. memoria non amisit. quia collectus
in deo animus legendo semper et recolendo seruauit. Et sic
plerumque vt tales quique ex dono celestis gracie. etiam verbum doctrine
percipiat. atque de veritatis pabulo quod ipsi intus secum dul
citer ruminat. etiam proximos suauiter pascat. De quorum pro
fecto ore predicacio tanto audientibus dulcis est. quanto eorum
actio contraria suis predicacionibus non est. quia de ipsa vita
sumit. quid per linguam proximis conferat. Nam sermo dul
cedinem non habet quem vita reproba intra consciam remor
det. Vnde necesse est vt qui verbum dei loquitur. prius stude
at qualiter viuat. vt post ex vita colligat. que et qualiter
dicat. Ad predicandum namque plus consciencia sancti amoris edificat.

quam exercitacio sermonis. quia amando celestia intra se
metipsum predicator legit quo persuadeat ut despicere debeat
terrena. Qui enim vitam suam exterius pensat et exemplo
suo foris ammonendo alios edificat. quasi in corde ligne tig-
nit. in eo quod manum ubi proximis exterius scribit. hec gregorius
Illam secundum eundem gregorium. Quanto sanctior est vita doctoris. tanto
fit humilior sensus auditoris. et semper semetipsum despiciat
dum predicatoris vitam in magna altitudine surgere
perpendit. Si vero predicator magna predicans per se exempla
ris. non est sermo eius in corde auditorum sapidus esse non
potest. Unde dicit beatus Bernhardus. Si ego qui inter vos videor pasto-
ris gerere curam vobis apposuero moysi mansuetudinem
pacientiam Iob. Samuelis misericordiam. dauid sanctitatem. inmitis
ipse et impaciens. atque immisericors. et nimie sanctus fuero
sermo meus ut vereor minus sapidus veniet. et vos minus
avide capietis. hec Bernhardus. Unde quilibet in quocumque gradu
vel statu existens studere debet. ut per sanctam vitam bonum
exemplum proximis prebeat. quatenus per hoc mercedem eterne vite
assequi a domino valeat. De hoc beatus Leo. Nemo sibi solum
modo vivat. quantoscumque exemplo sancto edificaverit
cum tantis et pro tantis. mercedem beate retribucionis inveniet
et quantiscumque exemplum male conversacionis. etiam si illi eum non
sequuntur prebuerit. pro tantis se malam racionem reddere sciat
hec Leo. Felix ergo est cuius vita virtuosa. alterius vitam viciosam
confundit et emendat. Unde dicit beatus Bernhardus. Undique a domino
anima. cuius humilitas alterius superbiam confundit. cuius man-
suetudo alterius iram extinguit. cuius obediencia alterius pigricia
temeritate increpat. cuius fervor alterius inerciam excitat. quasi
fratris sui in errore oculum turbatum gracia edificacionis et con-
solacionis illuminat. Que enim inter homines sublimior et deo
gracior esse conversacio potest. quam corporum se abdicat viciis. que
virtutum studiis animum subiugat. insuper et alios cottidiano
exercicio ad gloriam auctoris sui studet convertere. et crebra
acquisicione fidelium gaudium semper patrie celestis angelis
hec Bernhardus. Debemus ergo secundum dictum apostoli. sobrie iuste et pie

vite. ut sanctitatem possimus acquirere. et proximis nostris bonum
exemplum prebere. Nam prout dicit beatus Bernhardus. Tria sunt que
hominem faciunt sanctum. Victus sobrius. actus iustus. sensus pius.
Victus sobrius erit. si continenter. si socialiter. si obedienter. i. caste
caritative et humiliter vixerimus. per continentiam enim castitas. per
socialitatem caritas. per obedientiam humilitas acquiritur. Actus
iustus erit. si fuerit rectus discretus fructuosus. Rectus
per bonam intentionem. discretus per mensuram possibilitatis.
fructuosus per utilitatem proximorum. Sensus pius erit si fi-
des nostra deum sentit. summe potentem. summe sapientem. summe
bonum. ut per eius potentiam nostram credamus adiuvari infirmi-
tatem. per eius sapientiam nostram corrigi ignorantiam. per eius bo-
nitatem. nostram credamus ablui iniquitatem. Hec Bernhardus. Studeamus
ergo ordinate vivere nobis. socialiter proximo et humiliter deo. Ad
hoc hortatur idem beatus Bernhardus sic dicens. Vive in congregatione ordi-
nabiliter tibi. sociabiliter proximo. humiliter deo. Debemus ergo
unicuique reddere quod suum est. videlicet obedientiam superiori. auxi-
lium equali. et disciplinam minori. De hoc dicit beatus Bernhardus. Debemus
superiori obedientiam et reverentiam. equali consilium et auxilium.
minori custodiam et disciplinam. Et notandum quod qui in bonis
operibus perficere et permanere desiderat. necesse est ut a mala societate
sibi caveat. quia valde nociva est societas malorum. Sicut
econverso multum salubris est societas bonorum. De hoc dicit beatus
Ieronimus. Nil tam nocet homini quam mala societas. plus quam impos-
sibile puto virum diutius in bonis operibus permanere. qui ma-
lorum assidue conversatione utitur. Et sicut mala conversatio nocet.
ita bona prodest. Qui in bonam invenit societatem. vitam invenit.
Raro homo vel bonus vel malus efficitur. nisi ob societatis
causam. Hec Ieronimus. Unde fugienda est societas malorum. et
maxime illorum qui ad vitia proni sunt. et adherendum est
societati bone que timet deum. ut ex eorum consortio talium
emendationem vite ac morum suorum quisque assequi valeat.
De hoc Isidorus sic dicit. Vita malos. cave iniquos. fuge im-
probos homines. maxime eos qui ad vitia proni sunt. Socios tibi
bonos coniunge. quia si fueris socius conversationis. eris et virtutis.

Periculosum est hijs qui peccare volunt sociari. Celus est enim habere odium pravorum quam consortium. Sicut multa bona habet vita sanctorum, sic plurima mala confert societas malorum. hec ysidorus. Dicit etiam de hoc beatus gg. Vitanda est societas malorum. ne forte si corrigi non valent ad imitacionem trahant. et cum ipsi a sua malicia non mutantur. eos qui sibi coniuncti fuerint pervertunt. hec gg.
non est istius vite. que tota temptacio est. et quam minime
vincatur. qui vinci ab eadem non veretur. Superbum est
enim de non peccandi felicitate presumere. cum hoc ipsum pre-
sumpsisse peccasse sit. dicente Johanne. Si dixerimus quia pec-
catum non habemus. nosipsos seducimus. Nemo ergo se fal-
lat. nemo decipiat. neque ita quisque de cordis sui puritate
confidat. ut putet se nullis temptacionum periculis subiacere
cum pugil ille temptator acrioribus eos pulset insidiis

quos maxime vident abstinere a prauis. Hec leo papa. De hoc etiam beatus Gregorius in viii° libro moralium sic dicit. Nequaquam namque sic in hac vita perfectorum iusticie peragitur ut in eadem iusticia incorrupte maneant. quia et si iam a cordis habitaculo culpam rectitudo eliminat. ipsa tamen culpa que repellitur cogitationis ianue foris assidens vt sibi aperiatur pulsat. Unde per moysen dicitur. Factum est mane atque subinde factum est vespere. Mane quippe ad vesperum ducitur. quia nimirum lucem rectitudinis vmbra sequitur temptationis. Sed quia electorum lux temptatione non extinguitur. nequaquam nox sed vespera fieri perhibetur. quia nimirum sepe temptatio in corde electorum lumen iusticie abscondit. sed non interimit. quia ad pallorem trepidationis pertrahit. sed funditus non extinguit. Electi igitur post somnium resurrectionem appetunt. post resurrectionem vesperam prestolantur. quia de peccato ad iusticie lumen emigrant. et in ipso iusticie lumine positi. semper se contra illecebras temptationum parant. quas nimirum non timent sed expectant. quia humilitatis sue rectitudinem etiam temptamenta presentia non ignorant. Quia talibus autem contra corruptionem suam virtute contendunt. hic integram salutem nequeunt. quousque dies presentis vite finiant. Unde per Iob dicitur. Et replebor doloribus vsque ad vesperam. Modo namque aduersa irruunt. in ipsa quoque prospera callida hilaritate blandiuntur. modo surgentia vicia bellum carnis excitant. modo deuicta animum ad elationem vocant. Bonorum igitur vita doloribus vsque ad vesperam repletur. quia quousque tempus corruptionis agitur interna externaque afflictione concutitur. et salutis securitate non nitescit. nisi cum diem funditus temptationis relinquit. Hec Gregorius. Sancti tamen vtinam vellent et desiderant non moueri illicitis concupiscentiis et delectationibus. sed efficere hoc non possunt. quamdiu in carne viuunt. Unde restat ut ipsis concupiscentiis et delectationibus carnis resistant. quamdiu in hoc corpore corruptibili deo militant. Hec et quedam alia beatus Augustinus in libro de verbis apostoli commemorat sic dicens. Caro enim concupiscit aduersus spiritum. et spiritus aduersus carnem. Hec sibi inuicem

aduersant᷑ ut nō ea que uoltis faciat᷑. Quid est nō
ea que uoltis faciat᷑ ut omo nulle sint concupiscencie
malarum et illiciarum delectacionum. Quod quiuis sciens hic uelit
nō efficiat. quamdiu hic uiuit᷑. hoc nō impletur. Quid ergo
restat. Spiritu ambulate. Et quia nō potestis efficere ut
concupiscencie carnis consumant᷑. concupiscencias carnis ne perficiat᷑.
Consumere quidem illas atque finire et penitus extir-
pare omnino uelle debetis. sed quamdiu sunt in nobis. et est
alia lex in membris uestris. repugnans legi mentis uestre con-
cupiscencias carnis ne perficiatis. sed cum perturbat uos temp-
tacio. Audite per psalmistam dicentem. Miserere mei domine quoniam in-
firmus sum et anima mea turbata est ualde. et tu domine usque
quo. Quid est usque quo. Quousque probes. quia ego subue-
nio. Si enim cito subuenirem. luctamen nō sentires. tamquam
de tuis uiribus superbires. et per ista superbiam nunquam ad uic-
toriam peruenires. Dictum est quidem. Adhuc te loquente dicam.
Ecce assum. Sed deus et cum differt adest. et differendo adest
ne properacionem tuam impleret uoluntatem. perfectam nō imple-
at sanitatem. Non enim fratres mei apostolo paulo nō aderat
quem tam terreret ne extolleret timebat. In magnitudine
inquit reuelacionum mearum ne extollar. Sed uidete me-
dicamentum quod sibi dicit appositum. Ne extollar inquit. datus
est michi stimulus carnis mee angelus sathane ut
me colaphiset. Caput cedebat᷑ ne caput extolleret᷑.
O antidotum quod quasi de serpente conficit᷑. et propterea tiriacum
nuncupat᷑. Sed inquit in temptacione deerat dominus. Deinque
ut sciat᷑ quia aderat. Videte quid ter rogatum respon-
deat. Dixit inquit michi. Sufficit tibi gracia mea. nam
uirtus in infirmitate perficit᷑. Ego inquit nouit medicus
optimus in quem timorem pergat quem uolo sanare. Noscere ad
hibeam quod sciam. Sufficit tibi gracia mea. nō sufficiat tibi
uoluntas tua. Opus ergo nostrum in hac uita esse debet. ac-
ciones carnis spiritu mortificare. cottidie affligere.
minuere frenare interimere. Quam enim multi proficientes
nō iam delectant. que antea delectabant. quando delectabat

et nō ei cōsentiebat mortificabat. quia iā nō delectat
mortificatū est. Calca mortuum transi ad vivum. calca
iacentem. cōflige cum resistente. Mortua est enim vna
delectacio. sed vivit altera. sed illi dum nō cōsentis
mortificas. cū cepit omnino nō delectare mortificasti.
Hec est accio nostra. hec est milicia nostra. in hoc agone
cū cōfligimus deum habemus spectatorem in hoc agone
cum laboramus deum habemus adiutorem. Si enim nos ipse
nō adiuuat. nō dico vincere. sed nec poterimus pugnare
Cum ergo dixisset apostolus. Si autem spiritu acciones carnis
mortificaveritis vivetis. id est illas concupiscencias carnis
quibus nō cōsentire magna laus est. quas nō habere
perfeccio est. hec Augustinus. Et nondum quod sunt nonnulli qui
cum paciuntur aliquas tribulaciones vel temptaciones locum
alium querunt ad manendum. ut per hoc possint quietius
et cum minori impedimento deo servire. Sed homo in hac
vita positus in nullo loco quamvis est secreto potest sine temp-
tacionibus vivere. ymo plerumque ibi maior dolor tempta-
cionis invenitur. vbi mutando locum requies sperabatur.
Hoc autem permittit omnipotens deus. ut homo cognoscat
infirmitatem suam et humilietur. et nō in presenti vita requies
sed in futura querat. De hoc beatus Gregorius in xxxiii°. li°. mora-
liū exponens illud dictum. Increpat quoque per dolorem in lectulo
et omnia ossa eius marcescere facit. sic ait. Cum enim
quisque curis secularibus fatigatus deserere per divinam
graciam huius mundi itinera laboriosa compungitur. cogita-
re solet. quo presentis vite desideria fugiat. et ab eius
laboribus requiescat. sibi quoque mox desiderate quietis
ordinem querit. et velut quendam stratum. sic a cunctis la-
boribus cessacionis locum invenire concupiscit. Sed
quia in hac vita adhuc homo positus in quolibet
ordinis loco. in quolibet secreti recessu sine temptacioni-
bus vivere nullatenus potest plerumque in id quod ad requiem
constituit. maior dolor temptacionis invenitur. Vnde recte
per prophetam dicitur. Vniversum stratum eius versasti in infirmitate eius

Ac si diceret. Omne quod hic sibi parauit ad requiem. hoc ei
immutasti occulto iudicio ad perturbationem. Quod pio quidem
consilio agitur. ut huius peregrinationis tempore electorum vita turbetur.
Via quippe est vita presens qua ad patriam tendimus
et idcirco hic occulto iudicio frequenti perturbatione conteri-
mur. ne viam pro patria diligamus. Solent enim nonnulli
viatores cum amena fortasse prata in itinere con-
spiciunt. et pergendi moras innectere. et accepti itine-
ris rectitudine declinare. corpus quoque gressus tardat pul-
chritudo itineris dum delectat. Electis suis ad se pergentibus
dominus huius mundi iter asperum facit. ne dum quisque vite
presentis requie quasi vie amenitate pascatur. magis eum diu
pergere quam cito peruenire delectet. nec dum oblectatur in
via obliuiscatur quod desiderabat in patria. Quia ergo in hac
vita omnis mentis quam fortasse parumper requies perturbat
recte dicitur. Increpat quoque per dolorem in lectulo. id est in pre-
sentis vite requie vel temptationis nos stimulis. vel
flagelli afflictione conturbat. Nam sepe humanus
animus quolibet breui tempore sine temptatione in bonis
studiis fuerit. mox de eisdem studiis in quibus quies-
cendo se exercuit. de ipsis virtutibus quibus multiplicatur intu-
mescit; dum proficere se sentit elabitur. Unde pio rectoris intimi mo-
deramine impulsu temptationis afficitur. ut in eo ipso pro-
fectus sui elatio comprimatur. Quam nempe postquam dixit. In-
crepat quoque per dolorem in lectulo. apte subiungit. et omnia
ossa eius marcescere facit. Ossa in scriptura sacra virtutes acci-
pimus. sicut scriptum est. Dominus custodit omnia ossa eorum
unum ex his non conteretur. Quod utique non de ossibus cor-
poris. sed de virtutibus dicitur mentis. Cum ergo increpat per
dolorem in lectulo omnia ossa facit marcescere. quia cum
in ea requie quam nobis ab hoc seculo preparamus flagel-
lo temptationis afficimur. qui fortasse ex virtutibus nostris
inflari potuimus. cognito infirmitatis nostre tedio extenu-
amur. Cum enim sic cupimus ad deum proficimus. si profectu

mum temptatio nulla pulsaret. aliquid nos fortitudinis
esse crederemus. Sed quia nobiscum superna dispensatione agitur.
ut infirmitatis nostre qui proficientes obliviscuntur temptati recolant
et in perfecto nostro quod in divino munere et in temptatione cogitemus
quid de propriis viribus presumamus. Que nos perfecto tempta-
tio ad plenum rapere nisi protecto superna fugaret. sed pulsat non
frangit. impellit nec movet. quatitur nec deicit. ut de nostra
infirmitate sentiamus esse quod quatimur et divino munere esse
quod stamus. hec Gregorius. Et quia impossibile est hominem in hac
vita non temptari. Ideo omnes tam iusti quam peccatores cotti-
die orant dicentes. Ne nos inducas in temptationem. Non est enim
orandum ut non temptemur. sed ne in temptationem inducamur.
hoc est temptationi consentiamus. Quod Beda in quadam omelia
tangit sic dicens. Impossibile est hominem quamdiu in hac vita
fuit non temptari. Unde omnes tam iusti quam peccatores cotti-
die in oratione dicunt. Ne nos inducas in temptationem. Non ergo
precepit dominus orandum ut non temptemur. sed ne in temptationem
inducamur. Aliud est enim temptari. et aliud in tempta-
tionem induci. Temptatur quilibet quando vel anima vel corpore in
delectationem alicuius vitii titillatur. inducitur vero in temptationem
si sue delectationi ceperit consentire. hec Beda. Considerans
igitur beatus Iob quod post lapsum primi hominis humanum genus
tot miserias temptationum in hoc mundo sustinet. vitam istam
presentem totam esse temptationem sic denotat dicens. Milicia est
hominis vita super terram. Quod beatus Gregorius in viii° libro moralium
exponens sic ait. hoc in loco translatione veteri. nequaquam
milicia hominis vita. sed temptatio vocatur. Temptatio ita-
que ipsa milicia est. que dum contra malignorum spirituum
insidias vigilat. in bellorum procinctu procul dubio exsu-
dat. Notandum vero quod hec eadem vita hominis non temptatio
nec habere dicitur. sed ipsa temptatio esse perhibetur. Sponte
quippe a statu conditionis lapsa et corruptionis sue pu-
tredini subdita. dum sibi ex semetipsa molestias gign-
it. hoc est iam facta quod tolerat. Quia enim statim

mentis inclinata deserit. quid in se nisi motum varie-
tatis invenit. Unde nunc et si ad summa appetenda se eri-
git mutabilitatis lubrice impulsu protinus a semetipsa
cadit. vult in contemplatione stare. sed non valet. cogi-
tationis gressum figere nititur. sed infirmitatis sue lap-
sibus enervatur. Que nimirum mutabilitatis sue onera
quia volens expetiit. nolens portat. Quietus homo
possidere carnem potuit. si bene ab auctore conditus pos-
sideri voluisset. Cumque contra conditorem se erigere studuit
in semetipso protinus carnis contumeliam invenit. Sed quia
cum culpa simul ab origine etiam pena propagatur. inserto
infirmitatis vitio nascimur. et quasi nobiscum hostem duci-
mus. quem cum labore superamus. Sic itaque humana vita
temptatio est. ut et si iam ab iniquitatis perpetratione
compescitur. in ipsis tamen bonis operibus modo malorum memoria
modo seductionis caligine. modo intentionis sue interruptione
fuscetur. Alius namque iam a luxuria carnem refrenat.
sed tamen adhuc luxurie fantasmata tolerat. quia que
volens fecerat. horum invitus meminit. et penam sustinet
quam voluptatem putavit. Alius vero ad devictam culpam
retrahi metuit. ventrem abstinentie vigore restringit
vultusque ex abstinentia pallescit. Cumque in facie pallor
aspicitur. reverenda ab omnibus vita laudatur. moxque inanis
gloria ad abstinentis animum cum verbis favoris venit. quam
concussa mens dum subigere non valet. eum per quem veniat
tergere a facie pallorem querit. Sic ergo fit ut infirmitatis
nexibus ligata. aut pallorem abstinentie fugiens. iterum
per alimenta subdi luxurie metuat. aut impulsum luxu-
rie per abstinentiam superans. pallorem suum inanis glorie mili-
tare pertimescat. Alius lapsus superbie superans. toto
iam desiderio statum humilitatis apprehendit. Cumque
superbientes quosdam usque ad oppressiones innocentum erum-
pere conspicit. zeli excitatione succensus. postponere aliquatenus

cogitur. quod detinet bonum rectitudinis exercet. prius quam
non mansuetudine sed animi ire contradicat. Unde plerumque fit ut
aut humilitatis studio. zelum rectitudinis deserat. aut rur
sum zelo rectitudinis turbet humilitatis studium quod tenebat. Cumque
servata simul et zeli auctas et composita humilitas non possit
sibi metipsi homo ex probatione in cognitione redditur. ita ut
vehementer ambigat. ne aput seductum animum aut superbia
se auctoritate zeli insinuet. aut torpor pavidus humilitatem
fingat. Alius amore conditoris excitatus a terrenis co-
gitacionibus mentem tinat. assidua oratione suspendere
atque hanc in secreta quietis intime securitate collocare
sed in ipso orationis sue ascensu. dum elevari ab infimis
nititur ~~et~~ inferiorum fantasmate reverberatur. atque ad intuen
dam lucem mentis oculus tendit. sed ex corporeo usu sur
gentibus terrenarum rerum ymaginibus obscuratur. Unde fit
plerumque ut intendentis animus ipsa sua infirmitate fa
tigatus. aut oratione descendens desidia torpeat. aut si diu
in oratione manserit. ante eius oculos occultarum ymaginum
caligo densescat. Bene autem dicitur. Temptatio est vita
hominis super terram. quoniam ibi quoque reatum descensionis inve
nit ubi se profectum comprehendere ascensionis putavit. et
inde mens confunditur. unde surgere a confusione nitebatur
et per hoc ad semetipsam deliberata redeat. per hoc semet
ipsam iam collecta et coadunata tenebat. Temptatio
ergo est vita hominis super terram. quia aut aliena a virtu
tibus ad celeste premium surgere non valet. aut ditata
donis spiritualibus. aliquando de terra ex occasione virtutum
ruit. Hec Gregorius. De hoc etiam per quendam sic dicitur. Nullus enim
gradus est perfectionis. quantumcumque excellens in tota vita
presenti et in quolibet tempore vel parte ipsius. potest esse sine tempta
tione et tribulatione. quia nichil nisi temptatio est vita ho-
minis super terram. Unde dicit Job. Militia est vita ho-
minis super terram. per quam scilicet miliciam pugna continua

instamat. contra tres hostes viatoris. scilicet carnem mundum
et dyabolum. hec ille. Considerantes igitur quod non sit pax
in ista vita que plena est temptacionibus confugiamus
ad creatorem nostrum et humiliter postulemus ab ipso auxilium
ut tot temptacionibus resistere valeamus. Ad hoc faciendum
hortatur beatus Bernhardus sic dicens. Non potest esse pax firma
et solida nisi in regione sua. tot temptacionibus plena
est vita nostra ut non in merito tota ipsa temptacio debeat
appellari. Sed qui sumus nos. aut que est fortitudo
nostra ut tam multis temptacionibus resistere valeamus. Viden
tes igitur defectum nostrum. et quod nobis non sit auxilium aliud
ad eius misericordiam tota humilitate clamemus. Cum igitur tempta
cionis impetum sentimus in cogitacione. statim fugiamus
ad ipsum. et humiliter postulemus auxilium. Tunc cooperatur
nobis in bonum illa temptacio. unde et humiliores effi
cimur et cauciores. hec Bernhardus. De viciis que se paliant sub virtutis specie
Vellem eciam informari et de pravis consiliis et laqueis demonum. xxxvi
de viciis que se paliant sub virtutis specie
ac eciam de pravis consiliis et laqueis demonum
quibus solet fideles et christi milites temptari. Scire
debes quod triplex est temptacio. manifesta. impetuosa
et fraudulenta. Temptacio manifesta est cum quis temp
tatur per luxuriam. superbiam. aut avariciam. et cetera vicia
que manifeste et aperte mala sunt. hac temptacione temptantur
infirmi ac teneri. in quibus nondum est timor dei. et
in quibus amor mundi extinctus non est. et ideo reac
cenditur ex concupiscenciis mundi. sicut candela adhuc
fumigans cito capit flammam. Temptacio vero impetuo
sa est que quis violenter ad peccandum stimulat. et hec temp
tacio solet fortiores impetere ut qui mollibus non flectuntur
duris et robustis temptacionibus quasi ventis validis evel
lantur. Temptaciones autem fraudulente sunt. que sub specie
boni se paliant. et licet quosque rudes et stultos decipi
ant. qui nondum cognoverunt altitudinem sathane id est
astucias eius. tamen singulariter perfectis et bonis profectibus

insidiantur. Unde dicit psalmista In via hac qua ambulabam
absconderunt laqueum michi. Et beatus paulus. Ipse sa-
thanas transfigurat se in angelum lucis. Si enim eis in
sua figura appareret que turpis est. horrerent eum et fuge-
rent. Si aperte impugnaret eos resisterent ei. et auxilio
dei fugarent eum. et vincerent. et sic nichil aput eos profi-
ceret. Boni enim quia mundi sunt. detestantur immunda peccata
quia virtuosi sunt. viriliter contra omne malum repugnant
quod malum esse cognoscunt. Venit ergo angelus sathane
in specie boni angeli quem credit a bonis diligi. ut tanto
facilius decipiat eos. quo bonus magis putatur. et
qui non soleat nisi bona nunciare et suadere. Unde dicit
Hugo. Bonus nunquam nisi boni similitudine deceptus
est. et ut facilius recipiatur eius persuasio. primo sola bona
proponit. postmodum mixta malis. tandem falsa bona
sed vera mala. Postremo cum irretierit eos et illaquea-
uerit insolubiliter. caput venenatum erigit. et eos in
aperta peccata deiicit. Sicut scorpius qui blandam faci-
em habet. et caudam venenosam cum qua occidit. Quan-
ti sub specie spiritualis dilectionis spirituales feminas visitant
et propter orationum suffragia obtentum. etc. quia puritas in inten-
tione prima scilicet castitas et devotio. Postea sequuntur lon-
ge confabulationes. modo de deo. modo de mutuo corporum
amore et fide. Deinde sequuntur amorosi aspectus etc.
quo mixta sunt. tam bona spiritualis consolationis et col-
locutionis. et fidelis affectionis. cum malis inutilis con-
fabulationis et incaute familiaritatis. et inutilis occu-
pationis cordis circa dilectionem. Tandem consequuntur falsa
bona sed vera mala. scilicet amplexus oscula et cetera mo-
uementa que omnia suspecta sunt. et carnalis affectio-
nis indicia. et turpis operis preludia. ¶ Et nondum quod hec
affectio carnalis. sive amor inordinatus ortum habet
ex nimia familiaritate. que nunquam est bona. et ex sug-
gestionibus et inmissionibus dyabolicis. et non solum
solet haberi inter religiosum et religiosam. Verumetiam

int(er) feminaz et feminam. masculu(m) et masculu(m). cui(us)cu(m)q(ue)
co(n)dic(i)onis. tam secularium p(er)sonar(um). q(ua)m et religiosar(um).
Inter seculares et carnales. hic amor totalit(er) est car-
nalis. nec habet aliquid de sp(irit)uali amore. quia cum
p(re)ualet. et ei no(n) resistit(ur). ad magna(m) immundicia(m). et t(ur)-
pitudine(m) carnis hominem p(er)trahit. de qua nec est lo-
quendu(m). Int(er) religiosos v(er)o hic affectus siue amor. p(r)imo
est sp(irit)ualis. postmodu(m) crescente quadam familiarit(ate)
et suggestione te(m)ptatoris. solet misceri carnali affec-
cione. Postremo v(er)o p(re)ualente dyabolica te(m)ptac(i)o(n)e. et
p(ro)pria negligencia. totus hic amor mutat(ur) in carnale(m)
amore(m). quia astutus dyabolus. p(r)imo occultat temp-
tac(i)onis laqueu(m). donec amor crescat et tenax fiat. et
co(m)munis corda timencia deu(m) h(uius)modi carnalis amor no(n) ob-
ruat. t(ame)n hac qui passione(m) sustinet. magna impedime(n)ta
in sp(irit)ualib(us) exercicijs. et in amore dei pati(tur). Et licet
homo timore dei ac sue co(n)sc(ienti)e p(er)iculis habens in flagi-
ciu(m) magnu(m) no(n) incidat. t(ame)n magnas molestias ac
et remorsus quosda(m) co(n)sc(ienti)e p(ro)pter talem te(m)ptac(i)o(n)e(m)
die noctuq(ue) in anima tolerat. Vn(de) necesse est vt q(ui)lib(et)
qui se p(er) huiusmodi inordinatu(m) amore(m) pulsari co(n)siderat.
anteq(ua)m nimis p(re)ualeat. et in aliq(uo)d anime p(er)iculu(m) de-
ducat. huic p(er)iculose te(m)ptac(i)o(n)i resistat. Inhunc eciam
modu(m) palliat se sepe sup(er)bia. sepe inuidia et aua-
ricia. et alia vicia que cum no(n) audent bonos te(m)ptare
ap(er)te quos sciunt om(n)e malu(m) odire assumunt aliq(uo)d
v(ir)tut(is) velame(n). ne agnoscant(ur) esse q(uo)d sunt. Sicut qui
se me(n)ti(un)t(ur) amicu(m) esse. donec admissus dolose interficiat
De hijs vicijs que se sub v(ir)tut(is) specie tegunt. et de
remedijs videl(icet) co(n)pu(n)ccione. Contra hec vicia b(ea)t(u)s g(regorius)
in t(er)cio li(bro) mor(alium). sic di(cit). Quisq(ui)s subigere vicia appetit
et ad eterna retribucionis culmina vere intencionis gressib(us)
tendit. quo magis vallari se vicior(um) bello vndiq(ue) con-
spicit. eo se v(ir)tutu(m) armis robustius accingit. et mi(n)us
iacula tanto metuit. q(ua)nto co(n)tra hec vehemencia fortius

pectus muniit. Sed plerumque dum contra hoc temptationum
bellum fulti magnis virtutibus nitimur. quedam se
nobis vitia sub specie virtutis tegunt. et quasi blanda
ad nos facie veniunt. sed tamen adversitatis sunt discus-
sa sentiunt. Unde et amici beati Job. qui pro consolatione ve-
niunt. sed in contumelias erumpunt. quia insidiantia vitia
virtutum faciem sumunt. sed hostili invectione nos feriunt.
Nam sepe immoderata ira iustitia. et sepe dissoluta
remissio vult videri misericordia. Sepe incautus timor hu-
militas. sepe effrenata superbia appetit libertas appa-
rere. Sed si erumpnam nostre captivitatis agnoscimus. si ex
amore eterne patrie in intimis dolemus. vitia que male
letis subrepunt. bene tristibus prevalere non possunt. Unde et
bene subditur de amicis Job. Cumque elevassent oculos
suos procul non cognoverunt eum. Afflictos enim nos vi-
tia minime cognoscunt quia triste cor mox ut pulsave-
rint reprobata resiliunt. et que nos letos quasi noverant
quia penetrabant. merentes cognoscere nequeunt. quia
ipso mentis rigore franguntur. Sed antiquus hostis. quo
in eis fortius deprehendi se conspicit. eo illa sub virtutum
ymagine altius abscondit. Unde subditur. Et exclaman-
tes ploraverunt scissisque vestibus sparserunt pulverem
super caput suum in celo. sederunt que cum eo in terra. Signatur
enim pietas per ploratum. discretio per scissionem vestium. effectus
operis per pulverem capitis. humilitas per sessionem. Aliquando enim
prius quid hostis insidias simulat. ut ad crudelitatis
terminum perducat. sicut est cum plecti per disciplinam culpa
prohibet. quatinus que hic non reprimitur gehenne igne feriatur.
Aliquando discretionis ymaginem oculis obicit. et ad indiscre-
tionis laqueos perducat. Sicut est cum impulsu eius per infir-
mitate nobis plus alimentorum quam discrete concedimus. sed
indiscrete contra nos bella carnis excitamus. Aliquando autem
affectum simulat bonorum operum. sed per hunc inquietudinem
irrogat laborum. sicut est cum quis quiescere non valet
et quasi de otio iudicari timet. Aliquando enim ymaginem

humilitatis ostentat. ut effectum humilitalitatis subtrahat
sicut est cum quosdam plus quam sunt infirmos atque inutiles
sibimet ipsis asserunt. ut dum se nimis indignos consi-
derant. res in quibus prodesse proximis poterant ministrare
pertimescant. Sed hec vicia que sub virtutum specie anti-
quus hostis occultat. valde subtiliter mentis compunctionis
examinat. Cui enim veraciter intus dolet. que agenda fortis
que vero non agenda sint fortius providet. Si enim vis compunc-
tionis in intimis afficiat. omnis strepitus prave sug-
gestionis obmutescat. et si cor veraciter dolet linguam
contra nos vicia non habent. hec gregorius. ¶ Et nondum quod antiquus
hostis tanta se arte palliat. ut nonnumquam ante oculos
decepte mentis vicia virtutes fingat. ut exinde quisque
qui expectet premia. unde eterna dignus est invenire tor-
menta / et propter hoc eo tardius mens vicium deserit. quanto
per virtutis speciem decepta premiorum est de eo retribucionem querit
De hoc beatus gregorius. in xxxiii. libro moralium. exponens illud
dictum. Cartilago illius quasi lamine ferree sic ait. Quid
enim per cartilaginem nisi eius simulacio accipitur. Carti-
lago namque ossis ostendit speciem. sed ossis non habet
firmitatem. Et sunt nonnulla vicia que ostendunt in se
rectitudinis speciem. sed ex pravitatis prodeunt infirmitate.
hostis enim nostra malicia. tanta se arte palliat. ut plerum-
que ante decepte mentis oculos. culpas virtutes fingat
ut inde quasi quisque expectet premia. unde eterna dignus
est invenire tormenta. Plerumque in blandiendis viciis
crudelitas agitur et iusticia putatur. atque inmoderata ira
insti zeli meritum creditur. Et cum a distortis moribus
peccantes districti cauti debeant. violenta inplexione
franguntur. Plerumque dissoluta remissio. quasi mansuetudo
ac pietas habetur. et dum plus quam decet delinquentibus
temporaliter parcitur. ad eterna supplicia crudeliter reservatur. Non-
numquam effusio misericordia creditur. et dum male servare culpa
sit perius spargi quod acceptum est non timetur.

Aliqn̄ timor in cōpetēs hūilitas credit̄. et vt cū tpali
formidine pressus qm̄sq3 a defensione veritat̄ tacet
arbitrat̄ q̄ iuxta dei ordinē hūilē se potiorib3 ex-
hibet. Aliqn̄ vocis supbia vīi libertas estimatur.
et cum p̄latorū veritati cōtradicat̄. p̄tacitas veritat̄
defensio putat̄. Sepe ad ea que agenda sūt. in tanta
p̄papitacio laudandi studij feruor credit̄. et cū desi-
deratū boni ītēpestiua actōne corrūpit̄. eo agi meli᷒ q̄ celeri᷒
estimat̄. Sepe accelerandi boni tarditas cōsiliū putat̄. et cū
exptat̄ vt exptacōe proficiat. hoc insidias mora supplātat
Igit̄ cum culpa velut virt᷒ aspicit̄. necessario pēsādū
est. quia tanto tardius mēs viciū suū deserit. q̄nto
p̄ virtut̄ spem decepta. p̄miorū est de eo retribucōne
quer. Facile aūt culpa corrigit̄. que et erubescit̄
quia esse culpa sentit̄. Quia itaq3 error est. cū v̄tus
credit̄ difficilius emēdat̄. recte d̄r. Cartilago illius
q̄i lamine ferree. Beemoth em̄ iste. quo sub p̄textu
boni calliditatē suā fraudulēt᷒ exhibet. eo inculpa
mēte dura᷒ tenet. Hinc est. q̄ nōnūq̄ hij qui q̄i via
sanctitat̄ appetūt. in errorem lapsi tardius emēdā-
tur. Rectum quippe estimāt esse quod agūt. quia
sicut extolende v̄tuti. sic vicio p̄ueneraciā īpēdūt
rectū estimāt esse q̄d agūt. ideo et suo iudicio empori-
serunt hec gg᷒. Notandū est. q̄ sūt diuīsē tēptaco-
nes et laquei dyab̄li ac cōplexitates. vt plerosq3 ita
peccare faciāt. vt si fortasse p̄tūm fugere appetāt.
nō tn̄ sine aliquo p̄ti laqueo euadant. nec etiam
valeant ab vno vicio solui nisi cōsenciāt in alio li-
gari. Sed cum aliquis sic cl'udat᷒ laqueis dyab̄li fuit
vt nequaq̄m sine p̄tō trāsire. et euadere eius recia
possit. ibi viam euadendi querere studeat vbi min᷒
piculū aīe esse cōspexerit. De istis cōplexis tēptacōib᷒
dyab̄li b̄tus gg᷒. in xxxiij°. li°. mor. tractās ill᷒ v̄bū
Neruj testiculorū eius cōplexi sūt. sic ait. Pestifera

argumenta machinationum eius. Per ipsa quippe callidi-
tatis sue vires exerit. et fluxa mortalium corda cor-
rumpit. Testes eius sunt suggestiones prave. quibus in
mentis corruptione fervescit atque in constuprata
anima iniqui operis prolem gignit. Sed horum testicu-
lorum perplexi nervi sunt. quia suggestionum illius ar-
gumenta implicitatis innodationibus illigantur. Ut pleros-
que ita peccare faciant. quatenus si fortasse peccatum fugere
appetant. hoc sine aliquo peccati laqueo non evadant. et
culpam faciant dum vitant. ac nequaquam se ab una va-
leant solvere. nisi consentiant in alia ligari. Quod me-
lius ostendimus si qua ex consuetudine hominum illigatio-
nis huius exempla proferamus. Ecce enim quidam. dum
mundi huius amicitias appetit. cuilibet alteri. similem
sibi vitam ducenti. quod secreta illius omni silentio contegat
iureiurando se astringit. sed is cum iuratum est. adul-
terium perpetrare cognoscitur. ita ut etiam maritum adultere
occidere conetur. Is autem qui iusiurandum prebuit. ad men-
tem redit. et dum sic hinc inde cogitationibus impug-
natur. atque hoc simul formidat. ne silendo adulterii
simul et homicidii particeps fiat. prodere trepidat. ne rea-
tus se periurii obstringat. Perplexis ergo testiculorum nervis
ligatus est. qui in qualibet partem declinet. metuit ne
a trasgressionis contagio non sit. Alius cuncta que
mundi sunt deserens, ac per omnia frangere proprias volun-
tates querens. alieno se subdere regimini appetit, sed
eum qui sibi preesse debeat. minus cauta inquisitione
discernit. cui fortasse hic quem sine iudicio eligit. cum
preesse iam ceperit. agi que dei sunt prohibet. que mundi
sunt iubet. Pensans itaque subditus. vel qualis sit
culpa inobedientie. vel quod contagium secularis vite.
et obedire trepidat. et non obedire formidat. ne aut
obediens deum in suis preceptis deserat. aut rursum
non obediens. deum in electo priore contempnat. et aut
in illicitis obtemperans. hoc quod pro deo appeciit. contra deum

exerceat. aut rursu no obtpans eum que sum iudi
cem osicerat. suo iudicio supponat. Aperte g iste p in
discrecois sue iudiciu pplexis testiculor neruis as
stringit. quia aut obtpans. aut etc no obtpans in
culpa trusgressionis ligat. Quia g Beemoth iste. ita
inexplicabilib nodis ligat. vt plerumq mens in dubio
adducta vnde se a culpa solue nitit. inde in culpa ar
cius astringat. recte dr. Nerui testiculor eius pplexi
sunt. Argumenta namq machinacoinu illius qi quo
laxant ut relinquat. eo magis implicant ut teneat
Est tn qd ad destruendas eius versucias vtilit fiat. vt
cum mens int minora et maiora pcta constringit. si
omino nullus sine pcto euadendi aditus patet mino
ra semp eligant. quia et qui murorum ambitu vndiq
ne fugiat clauditur. ibi se in fugam pcipitat. Vbi bre
uior murus inuenit. Vnde cu in dubijs constringim. Vti
lit minimis subdim. ne in magnis sine venia peccem
Ita plerumq neruorum Beemoth istius pplexitas sol
uit. dum ad virtutes maiores p commissa minora trans
itur. hec gg. Sed et hoc considerandu. qd sunt diuersa
consilia praua demonu. p que solet non numqm pia
corda decipe. et ad culpa ptrahe. et quos no possunt
p vicia apta teptando supare. hos quasi p pua consilia
supplantare. De hoc btus gg. in xxxiij. lib. mor exp
ponens illud vbu. Ossa beemoth sicut fistule eris.
sic loquitur dicens. Quid p ossa istius beemoth. nisi con
silia designat. Nam sicut in ossibus posita robur
corporis subsistit. ita in fraudulentis consilijs. tota se eius
malicia erigit. Neq enim vi quempia pmit. sed ad calli
ditate pestifere psuasionis illicit. hoc vero testiculi eius
ab hostib. i. suggestiones a consilijs distant. qd p illas
apte noxia ingerit. p hec aut qui ex bono consules
ad culpa trahit. p illas pugnado supat. p hec velut
consulendo supplantat. Ista quoq astuta eius consilia
dum qi blanda pmisione consulit. cor a forti intencone

peruertunt. et dum dulcia resonant ad noxia inclinant.
Hoc enim behemoth iste magnopere ad exequenda decep-
tionem satagit. ut dum peruersitatis sue consilium quasi
utile ostendit. suauiter valeat sonare quod dicit. quatinus
et ostensa utilitate mentem mulceat. et abscondita iniqui-
tate corrumpat. Quod nec apertius inuentis ostendimus. si
pauca breuiter consiliorum eius argumenta pandamus.
Ecce enim quidam rebus propriis contentus decreuit
nullis mundi huius occupationibus implicari. valde
formidans quietis sue commoda perdere. et valde despi-
ciens cum peccatis lucra cumulare. Ad hunc hostis callidus
ueniens. ut intentionem bone deuotionis subruat. quasi
utilitatis consilium subministrat. dicens. Ecce quidem que
sunt in presenti sufficiunt. sed hiis deficientibus quid facturus
es. si etiam post hec nulla prouidentur. An non et terrena pro-
curatio peragi. et tamen in actione culpa declinari. Hec interim
blandiens insinuat. et seorsum iam in negotio terreno quos
prouidet. peccati laqueos occultat. Alius decreuit non solum
commoda terrena non querere. sed etiam cunctis que possidet renun-
ciare. ut in disciplinatu celestis magisterii. tanto se li-
berius exerceat. quanto et expeditior redditur. ea que possi-
dentem premere poterant deserens calcat. Huius cor hostis insi-
dias occulta suggestione alloquitur. dicens. Unde tante hec
temeritatis sumpsit audacia. ut credere audeas quod omnia
relinquendo subsistas. aliter te creator condidit. atque
aliter tu temetipsum disponis. An non plerique et terrena patri-
monia nequaquam deserunt. et tamen exhibens per misericordie opera sem-
per fortis bona eterna mercantur. sed blandiens suggerit
seorsum vero in eisdem rebus. quas retinere admonet. ante
retinentis oculos delectationes pestiferas decipiens apponit.
quatinus seductum cor ad blanda exteriora pertrahat. et inti-
ma perfectionis vota peruertat. Ossa itaque eius sicut fistu-
le eris sunt. quia dolosa eius consilia dum blandum de
exterioribus sonum reddunt. per intentionem suum dispendium de interioribus
ingerunt. Alius relictis omnibus que exterius possidebat.

ut ordine sublimioris disciplinae apprehendat. etiam
intimas frangere voluntates parat. ut alterius se iussionis
voluntatibus subdens. non solum pravis desideriis. sed ad per-
fectionis cumulum etiam in bonis votis sibimetipsi renuntiet
et cuncta quae agenda sibi sunt. ex alieno arbitrio ob
servet. Hunc hostis callidus tanto mollius alloquitur.
quanto ab excellentiori loco deicere ardentius conatur. moxque
virulenta suggestione blandiens dicit. O quanta per temetipsum
agere miranda poteris. si nequaquam te alterius iudicio
subdis. Cur profectum tuum sub studio meliorationis im-
minuis. Cur intentionis tuae bonum. dum ultra quam necesse
est extendere niteris frangis. Quae enim divinae voluntati
contraria usus pravitas perpetrasti. Cum ergo tibi plene ad bene
vivendi sufficias. aliorum super te iudicium cur requiris. Haec
blandiens intimat, seorsum vero in voluntatibus eius
propriis excrescendi superbiae causas parat. et dum laudat. cor
de intentione rectitudinis investigat callide ubi subruat
in pravitate. Alius fractis plene voluntatibus sine
multa iam vetusti hominis vitia. et inmutatione vitae et
lamentatione paenitentiae excoxit. et tanto maiore zelo con-
tra aliena peccata accenditur. quanto sibimetipsi funditus
mortuus in iniquitatibus propriis non tenetur. Hunc hostis
callidus. quia zelo iustitiae etiam recte praeesse cognoscit
quasi prospere consulentibus verbis impetit. dicens. Quid te
ad aliena curanda dilatas. ut mala tua considerare
convalescas. An non perpendis. quia tu ad aliena exten-
dens. erga curanda quae tua sunt minor invenieris.
Et quid prodest alienum vulneris cruorem tergere. et pu-
tredinem propriam negligendo dilatare. Haec dum quasi con-
sulens dicit. zelum caritatis adimit. et omne bonum
quod prodire ex caritate poterat. gladius submissi ducti
torporis extinguit. Si enim proximos diligere sicut
nosmetipsos praecipimur. dignum est ut sic eorum zelo contra
vitia sicut nostro flagremus. Qui igitur dum suaviter con-
sulit mentem ab intentione propria aliena reddit. recte di-

temptaciones sunt acriores quas sustinent religiosi .xxxvii.

Ossa eius sicut fistule eris. Qui enim fraudulenta con-
silia audientibus animo blandum sonat. quasi tunc fistula
eris cantat. Ut unde mulcet inde decipiat hec gregorius.

Que temptaciones sint acriores quas sustinent religiosi. xxx

Scire
eciam cupio. que sunt acriores et validiores
temptaciones. quas sustinent religiosi. et christi
fideles. et quomodo sit illis resistendum, de hijs aliquid michi
rogo explanare. Debes scire quod acerbissime temptacio-
nes. et magis periculose sunt iste. videlicet hesitacio in
fide catholica. et desperacio de dei misericordia. et spiritus blas-
phemie contra deum et sanctos eius. et temptacio sibimet
iniciendi manus et perimendi. et quedam perplexitas
scrupulose consciencie medicinale consilium non admittentis.
Et non dubium quod istas temptaciones maxime viri religiosi et timentes deum
solent sustinere. quia malignus spiritus cum non potest per car-
nalia vicia hominem religiosum decipere. per temptaciones
spirituales et intricatas querit et conatur pervertere. Temp-
tacio autem in fide catholica. solet huiusmodi evenire. videlicet
cum aliquis dubitat de trinitate personarum. et de uni-
tate divine essencie vel de incarnacione christi. vel de sa-
cramento corporis christi et sanguinis. et in multis alijs
que tenet fides catholica. ad que tenetur adhibere
fidem. Item desperacio de dei misericordia solet evenire propter
multitudinem criminum commissorum. quando aliquis nimis
timet sibi pro excessibus suis et existens in statu pene.
Item spiritus blasphemie est. cum aliquis cogitat in-
digna et indecencia de deo. vel contra deum et sanctos eius
et similia. que redolent blasphemiam. Item temptacio
se perimendi oritur ex desperacione. sicut legitur de Juda qui la-
queo se suspendit. Item perplexitas scrupulose consciencie
medicinale consilium non admittentis est. quando aliquis for-
mat sibi conscienciam de aliquo facto ubi non est habenda
consciencia. vel habet remorsum consciencie de aliquo excessu ubi
peccatum non est. Vel cum aliquis sepius confitetur peccata
et tamen non potest quiescere in consciencia sua. quamvis frequencius

itet illa. eo q semp queda remorsum cosciē. et per
plexitatē in corde suo senciat. Qui igitur talia patitur
et in quo huiusmodi temptacio prevalet. magnā tristiciam
animi et longo tempore. et pluribus annis intra semet
ipsum sustinet. Hec et alia plurima similia que perplexa
sunt cum prevalet. generant consciam erroneam. intantum
q homo obrutus hys perplexitatibus et consilium salu
bre quod eis ab alys offertur suscipe nō valet. Contra
premissas aut temptacōes et perplexitates. ista maxime
valent remedia. Primum ut consolentur et nō timeant
illas temptacōes qui sustinent eas. quia magis ad meri
tum proficiet pacienti quam ad detrimentum. dum nō consentit
illis. Secundum q paciētes tollerent. sicut si sathanas
aliquem visibiliter uel sensibiliter tribularet. Tercium
q non timeret. nec racocinando eis resistat. quia ex hoc
magis quasi consciencia inflammatur. sed ad alia tractanda con
uertat se homo. quibus abstractus a se obliuiscatur passi
onis sue. sicut corporali passione laborans. si habet quo
occupatus obliuiscatur sui leuius interim torquetur. Quartum
ut oracionibus suis et aliorum bonorum hominum diuine di
uine imploret remedium et auxilium. De istis tempta
cōibus periculosis et de remedys ac fructu sustinentibus
illas beatus gregorius sic dicit. Temptacō contra fidem. et de
spiritu blasphemie et consimiles nec fugere possumus
nec repugnando vincere. quia quanto plus indignamur
nobismetipsis et disputamus cum ipsis. tanto plus eorum
rabies accendit. sed nō curande sunt nec timende. dum
modo nō consenciatur eis. et pacienter eorum infestacio quasi
quoddam dyabolicum susurrum supportetur. quod aliter compesci
nō potest. Non enim solet bonis periculose esse tales tempta
cōnes. sed sunt sepe presagia future gracie et amplioris
consolacōis et viciorum purgatrices. et maioris meriti
comparatrices. Diuine vero castigacōes. humiliter et pacienter
sunt tollerande. et eis est deuote obtemperandum ut et for
tes simus in fide. et a mandatis dei nunquam declinemus.

et dominus permittit hominem temptari. ut cognoscat homo
fragilitatem suam. Dicit etiam de spiritu blasphemie maximus
quando incipit mens in caritate dei proficere. tunc et demon
blasphemie incipit eam temptare. et huiusmodi cogita
tiones ei submittit. quales homo quidem nullus. solus
autem huius pater dyabolus adinvenit. hoc vero facit
invidens deum amari. ut in desperacionem veniens utpote
quia talia cogitavit. non amplius audeat per consuetam
oracionem ad eam revolare. nichil autem hinc proficium con=
sequitur pro suo ad propriam intencionem. sed et potius clariores
nos perficit. Cum enim pugnam et impugnamur proba
biliores ac procordialiores in caritate dei invenimur
hec maximus. ¶ De consciencia vero erronea in quadam
summa per modum questionis sic dicitur. Utrum consciencia erronea
obliget hominem ad faciendum vel obmittendum. id quod
consciencia dictat. dicendum quod sic. quia credens se ad aliquid
teneri et non faciens incurrit contemptum. Unde patet ad Ro.
xiiii°. Ubi dicitur. Omne quod non est ex fide peccatum est. glo. omne
quod fit contra conscienciam. edificat ad iehennam. Manente ergo
consciencia erronea. homo perplexus est. non tamen simpliciter per-
plexus. quia potest et debet deponere talem conscienciam vel
per se vel per alterius consilium. hec in summa. Sed sunt nonnulli
qui cum paciuntur istas periculosas et perplexas temptaciones. in
magna turbulencia mentis et tristicia propter huiusmodi tempta
menta incidunt. et in cunctis operibus etiam bonis que fa
ciunt. cor merens et amaritudinem habent. et per consequens mag
na impedimenta ex hoc in suis oracionibus et in spirituali
exercicio sustinent. nec etiam valent in tali perplexitate
ac merore positi. a suis fratribus aut senioribus consilium
sanum ut consolentur suscipere. sed responderi sibi divinitus
super suis passionibus et temptacionibus quas sustinent con
cupiscunt. ut inde consolacionem accipiant. Sed omnipotens deus
non solet respondere vocibus et oracionibus singulorum
ad se in suis tribulacionibus et anxietatibus clamancium
sed edidit tale colloquium. videlicet sacram scripturam

et exempla precedencium patrum per quod singulis satisfaciat
ei in quacumque tribulacione aut temptacione consistat. Unde
dicit apostolus. Quecumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta
sunt. ut per pacienciam et consolacionem scripturarum spem habeamus.
Beatus ergo gregorius xxiij libro moralium exponens illud verbum. Semel
loquitur deus. et secundo idipsum non repetit. de hoc sic ait.
ac si dicat. Deus in singulorum cordibus privatis vocibus
non respondet. sed tale colloquium construit per quod cunctorum
questionibus satisfaciat. In scripturis quippe eius eloquiis
causas nostras singuli si requirimus invenimus. nec opus
est ut in eo quod specialiter quisque tolleret. responderi sibi
divina voce specialiter querat. Ibi enim nobis omnibus in eo
quod specialiter patimur communiter respondet. ubi vita precedencium
fit forma sequencium. ut enim unum exemplum proferamus. cum
dum passione aliqua vel molestia carnis afficimur. scire for
tasse occultas causas passionis eiusdem vel molestie
optamus in eo. quantum quod patimur ex ipsa rerum cognicione console
mur. Sed quia de specialibus temptacionibus nostris. nequaquam nobis
singulis specialiter respondet. ad scripturam sacram recurrimus.
ubi videlicet invenimus. quod paulus carnis infirmitate patiatur.
qui idcirco illa infirmitate temptatus audivit. sufficit tibi gracia
mea. nam virtus in infirmitate perficitur. quod propterea dictum est. ne
sigillatim nobis omnibus diceretur. In scriptura igitur sacra
voce dei afflicto paulo audivimus. ne tunc fortasse affli
gimur. singuli audire eam privatam consolacionem queremus.
Non ergo dominus ad omnia verba nobis respondet. quia semel
loquitur et secundo idipsum non repetit. id est in hiis que per scrip
turam sacram ad presens protulit. nos erudire parat.
Discant igitur doctores sancti ecclesie. cum in circa ea labora
re quosdam pusillanimiter conspiciunt. quia deus nobis
ad verba omnia non respondet. quia semel loquitur deus.
et idipsum et secundo non repetit. id est cogitacionibus vel tempta
cionibus singulorum non iam passim per prophetarum voces. nec
per angelica officia satisfaciat. quia scriptura sacra quid
quid potest singulis evenire comprehendit. et in illa per exempla

pcedenciū et vitā sequenciū informare curauit. hec ggr.
Si vō aliquis in suis ꝑplexis teptacoibus nec p sacrā
scptura͞m nec p exempla patrū pt cōsolacōem ꝑcipe. tūc
maifestet suam passionem alicui religioso viro timēti
deum. et ab illo cōsiliū desup requirat. et dcis illius tāqȝ
a deo platis fidem credulā adhibeat. et omem metum
in ordinatū. et ꝑplexitates erronee cōsciē deponat.
Ad hoc hortat btūs ggr. d. Recurre ad hominem viuū
deum in homīe cōsule. aperi impedimētū. et quere
medicamētū. ausculta in mēte nō hoiem de se mēdacē
sed p hominem deum veracē. respondentē. docētem. cōsolā
tem. exhortātē. et disce diligent. ne sensu ꝓprio. p tolle
do impedimēto. tali forsitan vtaris remedio. de quo post
modū nascat impedimēti maioris occasio. sicut estuās
cōtra estum aqua se infrigidat. et exinde postea magis
estuat. hec ggr. Et nōndum. qȝ nōnūqȝ homo omia
remedia iam pdcā. suis passionib9 et tēptacōibus
adhibet. nec tn̄ illis absolui valet. Sed pius dn̄s hoc
suo occulto iudicō fieri pmittit. et exaudire pces. ad
se clamāciū dissimlat. vt p tales tribulacōes et temp-
tacōes quas paciunt. nec cito libeant. corp excessus
ut pcta prius cōtracta eo pfecti purgent. ac emūdent.
Vnde pseuerare debet in timore dei. quisqs talia susti-
net. et nō defice. et si maximis tēptacōibus et tribu-
lacōibus ꝟbetur. quia pius cōditor nr̄. qui labore
et dolorē huiliū cōsiderat. vltimo cū se iam homo
qi defice putat. ab omib9 tribulacōib9 et tēptacōib9
misericordit libeat. et dona sue grē eidem largius
pstat. Hoc aliqlit tāgit btūs ggr. in x°. li°. moralit
expones illud vbū. Et cū te cōsūptū putaueris orie-
ris ut lucifer. sic. d. Sepe naqȝ tot teptamēta nos ob-
sidēt. vt ipa nos corp immēositas pene ad lapsum
despacōis inclinet. Vnde plerūqȝ mēs intendū vtitur
vix ipa vtut sue dampna cōsideāt. tota dolēs. et
emūicare nō valet. q̄ tāto cogitacōūm tumultu

vastatur. ruituram se per lamenta conspiciat. cumque ne arma re-
pugnationis arripiat. grauius meror ipse contradicat. tam
ductos quolibet oculos obscuritas obsidet. et cum visum
tenebre semper impediant. mesta mens nil aliud quam tenebras
videt. Sed aput misericordem iudicem. sepe hec ipsa pro
nobis subtilius tristicia exorat. Nam merores mentis
caliginem conditor conspicit. et subtracti luminis radios re-
fundit. ita ut erecta protinus per dona mens vigeat. quam
paulo ante detractata vicia superbie calce deprimebant
mox torporis pondus discutit. atque ad contemplationis
lumine post perturbationis sue tenebras erumpit. mox in gaudio
profectus attollit. que mens temptamenta penitus cadere ex
desperatione cogebant. sine cogitatione etiam nunc peccata de-
spiciat. sine dubitationis obstaculo de ventura retributione
confidit. Iustus ergo cum se consumptum putauit. ut lucifer ori-
tur. quia mox ut tenebrescere temptationum caligine cepit
ad lucem gratie reformatur. et semetipsum monstrat diem iusti-
cie. qui casurum paulo ante timuit in nocte culpe. hec gregorius
dicat etc. De hoc ysidorus. Sepe enim iusti mentem variis vexa-
tionum doloribus vis demonum cruciat. Unde mentem usque ad
desperationis angustiam coartat. Per manenti autem in dei
amore anime. et ipsa talis angustia ad meritum profi-
cit. Nam sive in anima sive in corpore per instinctum immundorum
spirituum. quelibet aduersa inuitus patiatur. ex dei utique per-
missu id patitur. Quod si hoc ipsum ad dei gloriam humilis
referat et dicat. quod pro corporis passione Iob dixit. Si bona
suscepimus de manu domini mala autem quare non sustineamus. iste
non separatur a deo. sed coniungitur. quamlibet atroci iniuria vel angus-
deprehendere prevalet. necesse est ut viriliter. et cum bono animo con-
tra temptamenta et insultus dyaboli pugnemus. quia si viderit
nos exterritos ex pauore commutatos. crudelius contra nos
agit. De hoc Iohannes abbas montis Synay sic ait. Occurramus
cum gaudio. et timore pulchro et bono certamini. non dubitan-
tes nec timentes inimicos nostros. qui in facie anime nostre intu-
entur quamuis non videantur. Qui si viderint ipsam ex pauore com-
mutatam. tunc contra nos crudelius agunt intelligentes quod
timuimus. Igitur gaudenter contra ipsos armemur. inimicum
contra certantem prompte nullus concertat. hec Iohannes abbas etc.

Utrum maligni spiritus possint temptare homines quantum volunt. Capitulum xliii.

Cupio etiam de hoc informari utrum
maligni spiritus possint temptare homines quantum
volunt. Scire debes quod antiquus hostis humani ge-
neris ad nocendum et temptandum semper anhelat. et quamuis
prauam voluntatem ex semetipso habeat. potestatem tamen nocendi
habere non potest. nisi deus permittat. Ut beatus Gregorius probat sic dicens.
Maligni spiritus ad nocendum nos incessabiliter anhelant.

Sed tm̄ p̄uā volūtatē ex semetipis habeat. ptātē
tamē nocēdi nō hn̄t. nisi eos volūtas diuina pmittat
et cū ipi quidē iniuste lede appetūt. quelibȝ tamē lede
nō possūt. nisi iuste a dn̄o pmittant. Hec gg. Vnde ma
ligni spūs nocē possūt hoībus suadēdo malū. sed nō
cogēdo. Teste btō Aug̃ qui dicit. Dyabolꝰ non cogendo
sed suadendo nocet. sollicitare et suadē pt. cogē omīo
nō pt. Hec Aug̃. Ergo antiquus hostis immissor et
inuentor maloꝝ esse pt. sed non impulsor quia si ei
subesset facultas ad cōpellendum sicut ad suggerendum
nullus posset vitare pctm̄. Vnde sicut illi adest copia
ad instigandū. ita nobis attributa est libertas et vel
ad resistendū. Nullus ergo pt a dyabolo decipi. nisi ille qui
p̄bē ei voluerit sue voluntatis assensum. De hoc Seren̄
abbas in collacoīb patrū sic dicit. Aduersarios quidem
nobis ingiter insidiari. quicūqȝ interioris hoīs experti
sūt pugnas dubitare nō pn̄t. Sed ita dicimꝰ hos
nris pfectib aduersari. ut eos tm̄mō incentores ma
loꝝ. non etiā impulsores esse credamꝰ. Ceterū nullus
hominū posset omīo vitare pctm̄. quodcūqȝ illi cordibus
nris ingerere voluisset. si eis quēadmodū ad suggerendum
ita etiā ad cōpellendū facultas violenta suppeteret. Quam
obrem sicut est illis instigacōis copia. ita in nobis vel
respuendi siue acquiescendi libertas est attributa. Quoꝝ
tn̄ potēciā et impugnacōes si ptimescimꝰ. etiā ptectiōes
atqȝ adiutoria ex cōtrario cōferamꝰ. De quo dr. Maior
est qui in nobis est. quam qui in hoc mundo. Cuiꝰ auxilia
mlto vehemēciore milităt pro nobis virtute. quam aduersus
nos illoꝝ multitudo cōfligit. Nam bonarum rerum nō tm̄
suggestor. sed etiā fautor atqȝ impulsor est deus. ita
vt nōnunquam nos etiā inuitos et ignorantes trahat ad sa
lutē. Constat ergo neminem a dyabolo posse decipi. nisi illum
qui p̄bē maluerit sue volūtatis assensū. Ergo manifestū
est hinc vnūquēqȝ delinquē. quod ingruentib cogitacōibus
prauis nō eis cōfestim repulsā cōtradiccōis obiciat.

Uam resistite inquit ei et fugiet a vobis. hec Ben.
Et notandum quod primus dominus considerans infirmitatem et fra-
gilitatem hominum. temptationes adversarii refrenat. et
mala que electis eveniunt modificat. Ut simul non ve-
niant. sed ut ipse temptationes tantum que ferri possunt animam
tangant. Ut et temptamenta que cumulata premere poterant
moderata et divisa facilius tollerent. De hoc beatus gregorius in xx
ix° li° moralium exponens illud verbum. Dividit estus super terram
sic ait. Hostis namque callidus quos luce iusticie enitescere con-
spicit. eorum mentes illicitis desideriis inflammare contendit
Ut plerumque plus se urgeri temptationibus sentiant. quam tunc
cum lucis interne radios non videbant. Post lucem ergo estus sequitur
quia post illuminationem divini muneris temptationis certamen
augetur. Recte vero dividi estus dicitur. quia nimirum non singulis
omnibus. sed quibusdam vicibus. ac iuxta possibilitatem virium fati-
gat. Alta quippe atque incomprehensibilis sancti spiritus gratia
cum luce sua mentes irradiat. etiam temptationes adversarii
dispensando modificat. Ut simul non veniant. Ut ipse tantum
que ferri possunt. illustratam iam deo animam tangant. Ut cum
tactus sui ardore nos cruciat. perfectiores in tedio non
exurat. Paulo attestante qui ait. Fidelis est autem deus
qui non patitur vos temptari super quam potestis. sed faciet cum
temptatione etiam exitum ut possitis sustinere. Hunc ergo estum aliter
dividit callidus supplantator. aliter misericors deus et condi-
tor. Ille dividit. ut per illum citius interimat. iste ut eum tollera-
bilem reddat. hec gregorius. Et in secundo libro moralium idem beatus gregorius de
hoc item ipse sic dicit. Sciendum est quod sathane voluntas semper
iniqua est. sed nunquam potestas iniusta. quia a semet
ipso voluntatem habet. sed a domino potestatem. Quod enim ipse
inique facere appetit. hoc deus fieri non nisi iuste per-
mittit. Unde bene in libris regum dicitur. Spiritus domini malus
irruebat in Saul. Ecce unus idemque spiritus. et domini
appellatur et malus. Domini videlicet per licentiam potestatis
iuste. malus autem per desiderium voluntatis iniuste. Sed
consideranda nobis est. in verbis domini dispensatio sancte

pietatis eius. quo hostem nostrum permittit et retinet relaxat et refrenat. et alia ad temptandum dat. sed subito ab aliis religat. Unde dicit ad Sathan de Iob Uniuersa que habet in manu tua sunt. tantum in eum ne extendas manum tuam. Substanciam perdit. sed tamen corpus eius protegit. quod quidem postmodum temptatori traditurus est. sed tamen non simul ad omnia relaxat hostem. ne undique feriens frangat. Cum enim mala cum multa eueniunt electis. miro conditoris gracia ex tempore dispensantur. ut que coacervata premerent possent diuisa tollerari. Hinc dauid ait. Proba me domine et tempta me. Ac si aperte dicat. Prius vires inspice. et tunc ut ferre valeo temptari permitte. Hec Gregorius. Sciendum etiam quod sunt inter malignos spiritus. quidam fortiores et quidam infirmiores ad inpugnandum. Unde incipientes et noviter conuersi per infirmiores spiritus temptantur et inpugnantur. Robustiores vero et fortiores in virtutibus ac bonis moribus maior pugna demonum ac forcior temptat et obpugnat. et secundum uniuscuiusque vires difficultas certaminis augetur. et nisi clementissimus dominus secundum vires hominum moderaret temptaciones. et refrenaret demonum incursus. nullus eorum nequiciam. etiam qui sancti videntur sufferre possent. De hoc Serenus abbas in collacionibus patrum sic dicit. Illud nequaquam ignorare debemus non esse omnes spiritus eiusdem ferocitatis ac desiderii. sed nec unius quidem fortitudinis atque nequicie. et incipientibus quidem atque infirmis. non nisi infirmiores spiritus in certamine comparari. et hiis nequiciis spiritualibus superatis. gradatim semper aduersus athletam Christi robustior pugna succedit. Pro comparacione siquidem virium ac profectus humani. etiam difficultas colluctacionis augetur. Nullo etenim modo quilibet sanctorum sufficeret. talium tantorumque hostium sufferre nequiciam. vel insidiis eorum posset occurrere. sed ne crudelitatem quidem ac seuiciam sustinere. si non certaminum nostro clementissimus arbiter. atque agonitheta

presidens Christus et exequaret colluctationum vires et inmo-
deratos eorum repelleret ac restrenaret incursus. Faciet quoque cum
temptatione et exitum ut sustinere possimus. Ceterum nemo pos-
set, non dicam invenire quos videmus in hoc heremo constan-
tissime commorari, sed ne perfectorum quidem tantorum talium-
que hostium agminibus circumseptus in heremo singularis
habitare, si in ipsis esset pro voluntate sua nocendi vel
attemptandi facultas atque libertas. Hec Serenus abbas.
Beatus etiam Gregorius in xv° libro moralium exponens illud verbum et consilium
impiorum adimnes, de hoc sic dicit: Quos namque hoc loco im-
pios nisi malignos spiritus vocat, qui cum redire ipsi ad vi-
tam nequeunt, crudeliter socios ad mortem querunt. Quorum
nimirum consilium fuit ut beatum Job divina correptio tan-
geret, et qui in tranquillitate iustus extiterat saltem per flagel-
la peccaret. Sed impiorum consilium dominus non audivit, quia
eorum temptationibus carnem misit perdere, animam negavit. Hoc
indesinenter contra bonos consilium maligni spiritus ineunt, ut
hii quos servire deo innocue in tranquillitate conspiciunt
vexati adversitatibus ad voraginem culpe rapiantur. Sed eorum
consilii acumine destruitur, quia pius conditor cum viribus
flagella moderatur, ne virtutem pena transeat, et pastura
fortium humana firmitas excedat. Nisi enim misericors deus
cum viribus temptamenta modificet, nullus profecto esset
qui malignorum spirituum insidias non corruens portet. Hec
Gregorius. Sed et hoc considerandum quod maligni spiritus tanto va-
lidius insurgunt contra dei famulos, quanto magis conspici-
unt se per eos esse victos et in amore dei fervidos ac
bonis operibus studiosius intentos. De hoc beatus Gregorius
sic dicit: Quantum antiquus hostis superatum se cognoscat,
tanto insidiari acrius non quiescat. Nam ad servitutem dei
dum quis properat, acriores contra eum temptationes excitat.
Tunc enim contra dei famulos hostis noster validius congreditur
et insurgit, dum ipsos in amore dei fervidos et in sacro
opere studiosos assiduosque cognoscat. Hec Gregorius. Nam
secundum quod dicit Hilarius: In sanctificatis maxime

diabolica temptamenta crassantur. quia victoriam magis exoptat
de sanctis. Sed omnipotens deus mentes hominum in quocumque sta
tu existant temptare quantum volunt malignos spiritus non per
mittit, sed maliciam eorum reprimit. ne electi per nimiam temp
tacionum vexacionem obruantur et deficiant. Quod beatus Gregorius in xxxii
libro moralium commemorat. exponens illud quod dominus de Behemoth
ait. Qui fecit eum applicavit gladium eius sic dicens. Gladius
quippe Behemoth istius ipsa nocendi malicia est, sed ab
eo a quo bonus per naturam factus est. eius gladius appli
catur. quia eius malicia divina dispensacione restringitur
ne ferire tantum mentes hominum quantum appetit permittatur. Qui ergo
hostis noster et multum potest et nimis percutit. eius gladium pie
tas conditoris astringit. ut replicatus intra eius conscienciam
lateat. et ultra quam desuper iuste disponitur sese in mortes
hominum eius malicia non extendat. Qui autem ad multa for
titer prevalet. hoc de principio magne condicionis potest. Qui vero
a quibusdam vincatur. eius nimirum gladius ab auctore repli
catur. Sed nondum quod multos exigentibus meritis ferire per
mittitur. ut cum deum deserunt. dampnato hosti famulentur.
Ab electis vero valenter vincatur. quo soli auctori omnium humiliter
substernuntur. Quia igitur per hoc quod permittente deo malignus
spiritus valde intollerabilis demonstratur. apte cognoscimus
cum quanto hoste pugnamus. Unde necesse est ut unusquisque nostrum
tanto se plenius auctori subiciat. quanto contra se verius vio
lentas adversarii vires pensat. Quid namque nos nisi
pulvis sumus. Quid vero ille nisi unus ex celestibus spiritibus
et quod adhuc maius est summus. Quid ergo de propria virtute
audeat. quando contra angelorum principem pulvis pugnat.
Sed quia supernorum spirituum conditor terrenum corpus assumpsit
recte iam superbientem angelum humilis pulvis vincat. Dig
num namque est. ut vincatur pulvere. qui forte se credidit de
serto creatore. ut superatus inveniatur. quia defecit elatus
Ut sic superbia meruit deici. sic humilitas exaltari. quatenus
et celestis spiritus erigendo se thartarum tolleret et terra humilis
sine termino super celos regnet. Hec Gregorius. Unde cum aliquis

replicatus

cogitaciones malas sibi advenientes superat. non sibi de hoc vic-
toriam tribuat sed deo. quia nisi adiutorium dei et timor domini
qui cordibus fidelium per donum sancti spiritus infunditur adesset.
et carnalia desideria reprimeret. nequaquam homo temptacionibus
et pravis cogitacionibus resistere posset. De hoc beatus Gregorius in xxviii°
libro moralium. tractatus illud verbum. Quis conclusit hostiis mare sic
dicit. Quid est mare nisi cor humanum. furore turbidum. rixis amarum
elacione superbie tumidum. fraude malitie obscurum. Quod
mare quantum seviat attendit. quisquis in se occultas co-
gitacionum temptaciones intelligit. Ecce enim iam prava relin-
quimus. iam desideriis rectis inheremus. iam prava opera foris
abscidimus. sed tamen latent intus ea tamen qua huc venimus
vite veteris procella fatigamur. quam nisi respectus iudicii. et
eterni pavor tormenti. immensi quasi timoris claustra constrin-
gerent. cuncta in nobis penitus superedificati operis fundamen-
ta corruisset. Si enim quod per suggestionem sevit intrinsecus
per deliberacionem foras erumperet. vite nostre fabrica funditus
eversa iacuisset. In iniquitate namque concepti. et in delicto
editi. per insite corrupcionis molestias. pugnam nobiscum
huc deferimus. quam cum labore vincamus. Unde recte de hoc
mare dicitur. Quando erumpebat quasi de vulva procedens. Vulva ei
prave cogitacionis adolescentia est. De qua per Moysen
dominus dicit. Sensus enim et cogitacio humani cordis prona est
in malum ab adolescentia sua. Corrupcionis namque malum
quod unusquisque nostrum ab ortu desideriorum carnalium suscipit
in provectu etatis exercet. et nisi hoc citius divine forti-
tudinis manus reprimat. omne condite nature bonum repen-
te culpa in profundum vorat. Nemo igitur cogitacionum
suarum victoriam sibi tribuat cum veritas dicit. Quis conclusit
hostiis mare. quando erumpebat. quasi de vulva procedens. Quia
nisi ab ipso cogitacionis primordio. cordis fluctus gratia
divina retineret. temptacionum procellis mare seviens. etiam
procul dubio humane mentis obruisset. Solus ergo dominus hostiis
mare concludit. qui pravis motibus cordis claustra inspi-
rate formidinis obviat. Unde bene subiungitur. Circumdedi

illud tumes meis. Terminis sius dns hoc mare claudat
quia cor iustorum teptacoibus tumidum. occultis donorum distri
bucoibus mitigat. modo agens ne pua suggestio ad
delectacone veniat. modo ne praua delectaco ad consensum
prorumpat. Cum ergo illiatos motus cordis respicit. et
in quibusdam eos usque ad consensum venire phibet. et
in quibusdam vero illos etiam a delectacoe restringit. Nimirum fluen
ti mari limites imponit. ut nequaquam in ope exeat. sed
intra sinum mentis teptaconum sub immutacoes se unda
collidat. hec greg. Notandum etiam quod dyabolica teptamenta non
solum electis non nocent sed prosunt. quia cum teptantur
in humilitate conseruantur. et in pugna spirituali erudiuntur. et ideo
in presenti et in futuro teptatores huiusmodi saluti iustorum de
seruiunt. Quod beatus greg. aliqualiter tangit. in xxxiiij. li.
morum. exponens illud dan Numquid feriet tecum pactum
subaudis ut meum. et accipies eum seruum sempiternum
subaudis ut ego. cum sic ait. Solerter intuendum est
quod pactum cum dno leuiathan iste feriat. ut sempiternus
ab eo seruus habeatur. In pacto namque discordancium par
cium. voluntas impletur. ut ad votum suum quisque perueniat. et
iurgia desiderato fine concludat. Antiquus itaque hostis
a sinceritate diuine innocencie. malicie sue sue nequicie suis fauce
discordat. sed ab eius iudicio etiam discordando non discrepat
Nam unos iustos semper malicioso teptare appetit. sed
tamen hoc dns vel misericorditer fieri vel iuste permittit
hec ipsa ergo teptatoris licencia pactum vocatur. in qua et de
siderium teptatoris agitur. et tamen per ea miro modo volu
tas iusti dispensatoris impletur. Erudiendos enim electos
suos dns sepe temptatori subicit. sed hac ipsa teptacoe
disponitur. ut qui elati perire poterant. humiliati a perdicione ser
uentur. Secreto ergo dispensacionis ordine unde seuire permit
titur iniquitas dyaboli inde pie perficiatur bonitas dei. Et bene
ex hoc pacto. quod cum dno ferire dicitur. seruus accipi phibetur.
quia obtemperat inde utilitatibus superne gracie. unde exercet
iram nequissime voluntatis sue. Seruus ergo ex pacto est

qui dum voluntatem suam implere permittitur. a superni consilii vo-
luntate ligatur. Ut electos dei volens temptet. et temptando
nescientes probet. Sed quia tamdiu in electorum vita versibus
servit. quamdiu malicie sue nequicie temptacionibus exercere
potuit. Hoc autem in loco a domino non solum ex pacto firmus.
sed sempiternus servus accipi dicitur. investigare compellimur.
quo et post presentis vite terminum servire eum domino in perpetuum
demonstremus. Neque enim tunc iustos. celesti felicitate pollentes
adhuc temptare permittitur. cum ante eorum oculos eterne
iehenne ignibus maculatur. quia nequaquam in illa sempiterna
beatitudine temptacionibus erudiendi sunt. in qua iam temptacio-
num laboribus remunerantur. Sed tunc leviathan iste cum suo
corpore reprobis videlicet omnibus flammis ultricibus traditur. quibus
sine fine cruciatur. quos scilicet cruciat. Dum iusti conspiciunt
in dei laudibus crescunt. quia et in se cernunt bonum quo re-
munerati sunt. et in illis conspiciunt malum quod evaserunt.
et quamvis ex visione divina eorum gaudium iam non sit
quo crescat. tanto magis tamen auctori suo esse debitores
senciunt. quanto et bonum cernunt. quod iuste remunerati per-
ceperunt. et malum quod misericorditer adiuti vicerunt. Igitur
si utilitati iustorum et hic temptacio leviathan istius et
illic temptacio proficiat. sempiternus est servus. Dum dei lau-
dibus nescientes servit. et illic eius pena. et hic voluntas
in iusta. hec gregorius. De tepidacione quam paciuntur nonnumquam
Cupio et de hoc religiosi. Capitulum xliiij.
edoceri. Cur nonnumquam etiam religiosi viri patiuntur
tepiditatem. et quandam ignaviam in operibus bonis
et in divino cultu. ac in amore dei. De talibus igitur
aliquam informacionem a te habere desidero et exopto. Scire
debes quod tepiditas seu desidia mentis sive corporis solet
evenire tripliciter. Primo propter negligenciam propriam. cum
remisse se habet homo in spirituali exercicio. vel cum cor
suum non custodit a noxiis. et supervacuis cogitacionibus
vel cum aliquibus nimis sibi indulget de commodis corpora-
libus. videlicet de cibo potu ac sompno. et ceteris que pertinent

ad comodum corporis. Propter huiusmodi enim negligencias inci-
pit tepiditas et sterilitas mentis et corporis que tepidum
facit in dilectione dei ac ceteris operibus bonis. Secundo te-
piditas sive desidia solet evenire per impugnationes
dyabolicas. quod accidit cum homo facit quod in se est bo-
nis operibus insistendo. et tamen per subtilem temptatoris
calliditatem efficitur accidiosus et tepidus mente et corpore
ad exequendum opus boni et ad ea que pertinent ad
anime salutem. Tercio tepiditas solet evenire ex
dispensatione aut permissione dei. et hoc contingit cum
deus graciam suam subtrahit homini et paulisper de-
linquit ut ex hoc homo infirmitatem propriam humiliter in-
tuens super puritate cordis quam prius ex dono gratie dei habuit
se non extollat. et post recuperatam graciam eandem post-
modum cum maiore diligencia in se studeat conservare.
De hoc habetur in collationibus patrum. Ubi daniel abbas
in sua collatione sic dicit. Tripertita nobis a maioribus racio
super sterilitate mentis est tradita. Aut enim de negligen-
cia. aut ex impugnatione dyaboli. aut de dispensatione domini
ac probatione descendit. Et de negligencia quidem cum
vicio nostro tempore precedente incircumspecte nosmetipsos et re-
missius exhibentes et per ignaviam desidiam noxiis cogi-
tationibus pasti. terram cordis nostri spinas et tribulos fa-
cimus germinare. quibus in ea pullulantibus consequenter effi-
cimur steriles. ab omni quoque spirituali fructu et contemplatione
ieiuni. De impugnatione vero dyaboli cum etiam bonis nonnumquam
studiis dediti. callida subtilitate mentem nostram adversario
penetrante vel ignorantes ab optimis intentionibus abstrahi-
mur vel inviti. Dispensationis autem ac probationis domini duplex
causa est. Prima ut paulisper a domino derelicti et mentis nostre
infirmitatem humiliter intuentes super precedente puritate cordis
que nobis est illius visitatione donata nullatenus ex-
tollamur. probantesque nos ab eodem derelictos gemitibus quoque
nostris et industria illum leticie ac puritatis statum recu-
perare non posse intelligamus. et preteritam cordis alacritatem

non nostro studio. sed illius nobis dignacione collatam. et
pristinam de ipsius rursum gracia et illuminacione esse poscen-
dam. Secunda vero probacionis est causa ut perseverancia nostra
vel mentis constancia. et desiderium comprobetur. et qua intencione
cordis. vel oracionum instancia descendentem nos visitacionem spiritus
requiramus manifestetur in nobis. ac preterea agnoscentes quanto
labore amissum istud spirituale gaudium et puritatis le-
ticiam conquiratur. sollicius inventam custodire. ac tenere attencius
studeamus. Quondam enim negligencius custodiri solet.
quidquid creditur facile posse reparari. Hec daniel abbas. Et
notandum est quod sunt aliqui religiosi qui temptantur ex difficul-
tate boni operandi. Habent namque aliquam bonam voluntatem sed
non fortem. Nam horror quidam terret eos. cum cogitant
de profectu spirituali. quasi dicat apud se. Bona esset victoria
sed dura est pugna. dulce premium. sed labor merendi
gravis. Sicut exploratores missi in terram promissionis
reversi commendabant ubertatem terre ostensis fructibus
sed terruerunt populum per difficultatem expugnacionis hostium
et proceritate inhabitancium. Ita religiosi quidam explo-
ratores terram per scripturas que magna celi gaudia pre-
dicant. sed pugnas temptacionum et labores spiritualium exer-
citiorum ita exhorrent. quod pocius in deserto mori volunt
quam introduci in terram promissionis. Hoc est magis vo-
lunt quodam torpore in quodam mediocri statu rema-
nere. inter secularem vitam et spiritualem. quasi inter egiptum
et terram promissionis. in deserto aride conversacionis. quam
per laborem et terribiles pugnas pervenire ad graciam per-
feccionis. Gigantes enim tremunt. et timent. cum maiorum
sanctorum virtutes considerant. et de propria puritate diffidentes
illorum perfectionem attingere non ex humilitate sed pavidi de-
sperant. Unde est tam pauci ad perfeccionem perveniunt. quia
illi perfecti sunt inter religiosos. qui in pugna temptacionis
et in exercicio virtutum infatigabiliter constantes fuerint
pugnando contra temptaciones. et resistendo malis usque in fi-
nem. Misericors est deus. quo difficilius quis in temptacionibus

pugna cessavit. eo maioris perfectionis ei graciam retri-
buet in presenti. et maioris glorie in futuro. Unde quilibet
religiosus debet studere ut proficiat et non deficiat in vi-
ta virtuosa et religiosa. ne contingat eum cadere a statu
virtutum et bonorum operum. Nam paulatim succrescen-
tibus viciis ex negligencia hominis. et impugnatore dyabolo
expellitur mens a statu virtutis. De hoc Theodorus abbas
in collacionibus patrum sic dicit. Lapsus vero quispiam nequaquam
subitanea ruina corruisse credendus est. sed per longam
mentis incuriam paulatim virtute animi decedente. et per hoc sen-
sim viciis decrescentibus casu miserabili concidisse. Ante contri-
cionem enim precedit ruina et ante ruinam mala cogitacio
quemadmodum domus numquam subitaneo ad ruinam pro-
cumbit impulsu. nisi longa inhabitancium desidia stil-
licidiis primum pervissimis penetrantibus corrupta sensim
fuerint munimenta tectorum. quibus per vetustatem negligenciam
in maiorem modum patefactis atque collapsis. ruatim post
hec influit pluviarum ymbriumque tempestas. Quam anime
eveniencie spiritualiter Salomon ita designat. Stillicidia inqui-
ens eiciunt hominem in die hyemali de domo sua. eleganter
quoque mentis incuriam domatis comparavit. tecto quoque neglecto. per
quam quidem primo velut minutissima quedam penetrant
ad animam stillicidia passionum. que si velut parva ac levia
negligantur. corrumpunt tigna virtutum. et post hec influunt
ymbre latissimo viciorum. per que in hiemali die .i. in tempore
temptacionis ingruente dyaboli impugnacione. expellitur mens
de habitacione virtutum. in qua scilicet aliquando circumspecta dilige-
cia retinens velut in domus proprie possessione requieverat
hec Theodorus. Unde omnipotens deus cum cernit aliquem mona-
chum aut religiosum circa salutem anime sue esse negligentem
aut in exercitacione virtutum torpentem. permittit eum incidere
in temptaciones. ne per ociositatem et talem negligenciam ad
deteriora declinet. Facit autem hoc deus diligentibus eum. ut il-
los magis cautos reddat. in hiis que pertinent ad salutem
De hoc Ysaac abbas Syrie sic dicit. Monachus qui non servit

deo. in(com)pta b(e)n(e)placitu(m) eius. nec studiose laborat p(ro) salute
anime sue. sed erga v(ir)tutu(m) acquisicone(m) se habet negli-
ge(n)t(er). p(er)mittit(ur) vtiq(ue) a deo in temptacones incid(er)e ne p(ro) nimia
ociositate sua ad deteriora declinet. Ob hoc em(m) p(er)ciat d(omi)n(u)s
temptacoes sup(er) pigros et negligentes. vt in ip(s)is et no(n) in va-
nitatib(us) meditet(ur). Facit aut(em) hoc d(eu)s diligentib(us) eum vt casti-
get eos et faciat sapientes. et ip(s)os doceat sua(m) volu(n)tatem.
Quos qu(ando) ad eu(m) ora(n)t. citius non exaudit. quo vsq(ue) fessi
sint. et sciant p(ro) certo q(uod) hec sibi p(ro) sua negligencia co(n)tige-
ru(n)t. hec ysaac abbas. Considerandu(m) est. q(uod) queda(m) s(un)t valde
(com)plexe et subtiles temptacoes malignor(um) sp(irit)uu(m). quas est
p(er)fecti viri. viro co(m)p(re)hendere et intellige(re) p(ossu)nt. De quib(us) Jo.
abbas mont(is) synay sic ait. Multu(m) difficult(er) co(m)p(re)hensibil(is)
est malignor(um) sp(irit)uu(m) malignitas. in hoc q(uan)do delician-
tes et saciati. plerumq(ue) vigilancia(m) vigilam(us). Jeiunantes
au(tem) et miseria afflicti. aut debilitate sompno in(com)mensurab(ili)
submergim(ur). Tacentes et remote degentes indurami(ur). et
cum societate co(m)pungim(ur). Famescentes et extenuati abs-
tinencia in sompnis temptam(ur) et repleti sine temptacoe p(er)ma-
nem(us). In indigencia et penuria obscurati. et aridi et
indeuoti efficim(ur). In potacoe v(er)o vini hilares deuoti
et faciles ad co(m)punccione(m). Ad ista qui p(otes)t in d(omi)no illuminet
eos qui sine lumine su(n)t. Nos em(m) in hijs talib(us) sine lumine
sum(us). V(er)u(m)ptu(m) id dicim(us). quia hec talis commutaco et diuer-
situdo no(n) semp(er) ex demonijs fit. sed est q(uan)q(ue) ex co(m)plexi-
one et natu(ra). De gracia vb(i) v(idetu)r ad discernendu(m) talib(us) since(ri)
et humilit(er) deum dep(re)cem(ur). plerumq(ue) v(er)o et diuina dispensa(ci)o
in co(n)trarijs sua nos benigni(ta)te. vt ingratos p(re)ueniens
volt visitare. et a nobis p(er) omnia elacone(m) et p(ro)pria repu-
tacone(m) excludit et remouet. hec Johes abbas. Sed et
hoc no(n)du(m). q(uod) sunt diu(er)sa p(er)cussionu(m) genera p(er) q(ue) solet
deus no(n)nullos punire in hac vita. De hoc in quada(m)
summa sic d(icitu)r. Aliq(ua)n(do) em(m) ex causa. deus punit aliquos
in hac vita. et no(n) i(n)t(er)i(u)s hijs v(er)sib(us). est qui torquet(ur). ne
fastus ei d(omi)net(ur). vt paulus cui dat(us) est a(n)gel(us) sathane

ne magnitudo reuelacionum eum extolleret. Est qui torquetur
ut peius inde probetur. Vel sic. ut ei meritum cumuletur
ut Job et Thobias et multi alii. Est qui torquetur. deus ut
sic glorificetur. ut cecus natus de quo dominus ait. Nec hic pecca-
uit nec parentes eius. sed ut manifestentur opera dei in illo
Est qui torquetur. ut perpetuetur ut herodes et sodomi-
te. et dathan et abyron. Est qui torquetur. ut crimen
purificetur. ut maria soror moysi. et cottidie multi
xpiani. quos deus flagellat ut corrigantur. De hoc eciam
habetur in prologo super Job. Ubi beatus gregorius sic dicit. Nondum
quod percussionum diuersa sunt genera. Alia namque est percussio
qua peccator percutitur. ut absque retractacione puniatur. Sicut
percutitur iudee dicitur. plaga inimici percussi te castigacione
crudeli. Aliquando eciam peccator percutitur. ut corrigatur. Sicut
cuidam in ewangelio dicitur. Ecce sanus factus es iam noli peccare
ne tibi aliquid deterius contingat. Verba enim saluantis
indicant. quia peccata precedencia vim doloris exigebant.
Aliquando quisque non pro preterita culpa diluenda. sed pro futura
vitanda percutitur. Quod aperte paulus de semetipso tes-
tatur. dicens. Ne magnitudo reuelacionum extollat me.
datus est michi stimulus angelus sathane. Qui enim
non ait. quia extulit. sed ne extollat. aperte indicat
quod percussione illa ne eueniat compescitur. non autem que
euenit culpa purgatur. Nonnumquam uero quisque nec pro
preterita. nec pro futura iniquitate percutitur. sed ut sola diuine
uirtutis potencia monstretur. Unde dicitur dominus de ceco nato. Neque
hic peccauit etc. In qua manifestacione quid agitur. nisi
ut ex flagello meritorum uirtus augeatur. Et cum nulla ini-
quitas preterita tergitur. magna paciencie fortitudo generetur.
Hec gregorius. Sed per quecumque modum uir religiosus tribuletur
uel flagelletur. siue per temptaciones. siue per alias quascumque
tribulaciones. non debet desperare. aut deficere. sed paciencia
et cum humilitate sustinere manum et flagella domini. quia
nequaquam derelinquet timentes et sperantes in se. sed liberabit
a temptacione. et post tribulacionem gaudium et exultacionem

cordi infunderet. De hoc Sara in libro Thobie sic dicit. Benedictum
est nomen tuum deus patrum nostrorum. qui cum iratus fueris misericordiam
facies et in tempore tribulationis peccata dimittis hiis qui invo-
cant te. Hoc autem pro certo habet omnis qui colit te. quia vita
eius si in probatione fuerit coronabitur. Si autem in tribulatione
fuerit liberabitur. et si in correptione fuerit. ad misericordiam tuam venire
licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris. quia post
tempestatem tranquillum facis. et post lacrimationem et fle-
tum exultationem infundis. Hec illa. Omnipotens etenim dominus eos
quos diligit. diversis temptationibus affligi permittit
et hoc ideo facit. ne mens eorum. dum in rebus transito-
riis et vanitatibus seculi plusquam debet delectatur. ab a-
more sui conditoris se dividat. Et ideo per adversa temp-
tantur. ut fugientes ad asylum sui creatoris et sencien-
tes ab ipso adiutorium et consolationem in suis temptationibus
et tribulationibus eo fervencius eum diligant. et suum
affectum frequencius in ipsum dirigant. a quo tot beneficia
se senciunt esse consequutos.

Quomodo debeant homines se habere in prosperis et in adversis ne cadant in peccatum. xlv.

Desiderio etenim scire
quomodo homo debeat se habere in prosperis et in adversis
ne contingat eum cadere in lapsum peccati.
Scire debes quod omnes christi fideles et maxime religiosi in
uno statu permanere non possunt. Aut enim consolantur per
prospera sive sint spiritualia sive temporalia. aut tribulantur
per adversa. hoc est per viciorum temptamenta vel diversarum
passionum flagella. Sed quilibet timens deum debet esse
quasi ambidexter. ut in prosperis eventibus sive sint spiritua-
les sive temporales teneat humilitatem. et in adversis quibuscumque
habeat pacienciam. ut per prospera non trahatur ad noxiam vo-
luptatem nec per adversa inducatur in desperationem. De talibus
viris religiosis et ambidextris Theodorus abbas in col-
lationibus patrum sic dicit. Isti sunt qui figuraliter in scripturis sanctis
ambidextri nuncupantur. ut ille Aioth in libro iudicum
fuisse describitur. qui utraque manu utebatur pro dextera.
Quam virtutem ita poterimus nos quoque intellectualiter possidere.

si ea que prospera sunt. dextra quia censentur. et ea que adversa
sunt ac sinistra dicuntur. bono recto quia usu ad partem fecerimus
dextram pertinere. ut quecumque fuerint illata fiant nobis
arma iusticie. Duabus namque partibus. et ut ita dixerim
manibus interiorem hominem nostrum subsistere providemus. nec
quisquam sanctorum carere hac sinistra quam diximus potest. sed in
hoc virtus perfecta discernitur. si utramque in dextram bene
utendo convertat. Et ut manifestius hoc quod diximus pos-
sit intelligi. habet vir sanctus dexteram successus videlicet
spiritales. in qua tunc consistit. cum fervens spiritu desideriis
et concupiscentiis omnibus dominatur. cum ab omni dyabolica
impugnacione securus. absque ullo labore atque difficul-
tate vicia carnis vel respuit vel abscidit. cum sublima-
tus a terra universa presencia atque terrena. velut inanem fumum
umbramque vacuam contemplatur. et ut mox transitura contempnit
Cum futura per excessum mentis non solum ardentissime
concupiscit. verum etiam clarius intuetur. cum efficacius spiritua-
libus pascitur theoriis. cum lucidius reserata sibi conspicit
celestia sacramenta. cum orationes purius atque alacrius
emittit ad deum. cum spiritus ita ardore succensus. ad ea
que invisibilia sunt et eterna. tota animi alacritate trans-
migrat. ut nequaquam se iam credat in carne consistere
Habet similiter et sinistram. cum temptationum turbinibus
implicatur. cum ad desideria carnis incentivorum estibus
inflammatur. cum ad iracundie furorem perturbationis igne
succenditur. cum superbie seu cenodoxie elatione pulsa-
tur. cum tristicia mortem operante deprimitur. cum ma-
chinis accidie et impugnatione concutitur. cumque omni
spirituali fervore subtracto quodam tepore atque merore
irrationabili torpescit. ut non solum cogitationibus rectis
ac ferventioribus deseratur. sed etiam psalmus. oratio. lectio.
remotio celle simul horreat. et intollerabili quodam tetro-
que fastidio universa sordeat instrumenta virtutum. Quibus
cum pulsatur monachus sinistris partibus se cognoscat
urgeri. Quisquis igitur in illis que dextre partis esse prediximus

nunc fuit elatus et in istis que sinistre partis sunt vi-
lis dimicans nulla desperacione concidit ac potius de contra-
riis arma quedam pacientie ad exercicium virtutis assumpserat
utraque manu utitur pro dextera et in utroque actu triumpha-
tor effectus tam de sinistro statu quam dextro palmam vic-
torie consequitur. Erimus igitur ambidextri cum nos quoque
rerum presencium copia vel inopia non mutaverit et nec illa
nos ad voluptates noxie remissionis impulerit nec
ista ad desperacionem attraxerit et querelam. Sed similiter deo
gratias in utroque referentes parem fructum de secundis adver-
sisque capiamus. Qualem se ille ambidexter verus doctor
gencium fuisse testatur dicens. Ego enim didici in quibus sum
sufficiens esse. Scio et humiliari scio et habundare ubique et
omnibus et ad omnia institutus sum et saturari et esurire
et habundare et penuriam pati. Omnia possum in eo qui
me confortat. Hec Theodorus abbas. Et nondum quod per
contemptum prosperorum et delectabilium et per fortem sufferenciam
et tolleranciam adversorum pervenitur ad cordis tranquillitatem
et pacem. Quorum unum agitur per abstinenciam non solum que
est in cibo et potu sed in omnibus in quibus delectacio car-
nalis vel huius seculi consistit. Alterum vero fit per pacienciam cum
adversa viriliter sufferuntur. De hoc dicitur de sancto vir. sic dicit
Magna pax et tranquillitas cordis est nulla huius mundi
oblectamenta concupiscere nulla eius adversa formidare
quorum unum per abstinenciam alterum per pacienciam obtinetur. Quid
enim de huius mundi oblectamentis concupiscat qui oblata
delectamenta amore abstinencie recusat. Vel quid de huius
mundi adversis timeat qui virtute paciencie roboratus de illatis
eciam malis triumphat. Unde de apostolis scriptum est. Ibant
apostoli gaudentes a conspectu concilii etc. Et per paulum dicitur
In tribulacione gaudentes. Ad beatitudinem igitur animi
spectat quidquid pro dei amore caro diminutum tollerat. Unde
enim corpus atteritur consciencia exhilaratur et quo exterius
videtur infelicior eo interius constat esse beacior. Qui enim
pro dei amore afflictionem corporis diligit et pro celesti

desiderio seculi voluptatem odit. profecto hostem suum
ubique declinare poterit. Et notandum quod non solum illa que
in cibo et in potu est abstinencia intelligere debemus. ymo
per abstinenciam et parciam intelligimus omnes superfluas
delectaciones et corporis afflictiones. que per quinque sensus car-
nem delectant et cruciant. hec Richardus. Debemus ergo temptacionibus
dyabolicis viriliter resistere. et si non possumus peccatis venialibus
in hac vita totaliter carere. debemus tamen peccatis mortalibus
que nobis a malignis spiritibus suggeruntur fortiter re-
pugnare ut premium assequi valeamus vite eterne. ut premi-
um assequi valeamus vite eterne. De hoc habetur in glosa
Nicolay delira super epistola ad Chorinthios prima. ubi super
quedam verba apostoli videlicet. Qui se existimat stare etc. sic
dicit. Qui se existimat stare videlicet in deo per bona opera
et bene dicitur existimat. quia nescit homo utrum amore vel
odio dignus sit. Potest tamen habere de hoc aliquam coniec-
turam. Videat ne cadat. ad impulsum temptacionis et propter
defectum humane fragilitatis. Ideo subditur. Temptacio
vos non apprehendat. id est non inducat vos in consensum et
operacionem peccati. Temptari enim non est malum. sed virtutis
exercicium. si temptacioni viriliter resistatur. propter quod in
persona viri perfecti dicitur illud psalmi. Proba me domine et tempta
me. nisi humana. id est illa temptacione que non potest
vitari totaliter ab homine in vita presenti. scilicet de peccato ve-
niali. Quod autem temptacioni ad peccatum mortale inducenti
valeat homo resistere cum adiutorio dei ostendit dicens.
Fidelis autem deus in promissis implendis. qui non pacietur
vos temptari supra id quod potestis. quia promisit adiu-
torium in temptacionibus positis. si fideliter recurrant ad
ipsum. Ideo subditur. Sed faciet etiam cum temptacione proventum
vos totaliter adiuvans. ut ipsa temptacio vobis proficiat
ad augmentum meriti per eius superacionem. ideo subditur.
Ut possitis sustinere. id est temptacionibus prevalere. hec glosa.
Et sciendum quod omnipotens deus non permittit suos fideles
temptari super id quod possunt. quia si dat dyabolo

temptandi licentiam dat etiam sustinentibus temptacionem resis
tendi graciam. Unde si non possumus propter impedimenta temp
tacionum semper esse immunes ab omni peccato. nec uno modo
et incessanter adherere deo. debemus tamen adhibere omnem dili
genciam. ne per nostram negligenciam unquam discellamus ab
eo. De hoc in quadam glosa dicitur sic. Fidelis deus qui non
patietur suos temptari. supra id quod possunt. Dum enim
dat dyabolo temptandi licentiam. dat etiam temptantibus resisten
di graciam. Igitur etsi non est in nobis perfectio angeli. non
sit in nobis presumpcio dyaboli. ut qui non possumus ut im
munes a peccato uniformiter et incessanter adherere deo.
nequaquam irrecupabiliter discellamus ab eo. hec glosa. Omnes
igitur qui sunt in statu proficiencium. debent adhibere omnem
diligenciam et studium. ut a viciis et a peccatis abstineant
et in virtutibus ac bonis operibus se exerceant. et temptacioni
bus quibuscumque sibi occurrentibus fortiter resistant. ac
sancte et laudabiliter vivant. ut imitatores apostolorum et
aliorum sanctorum esse possint. et per consequens ad eternam
beatitudinem pervenire. De talibus Crisostomus sic dicit. Beati deus
qui sunt eius. Novit enim eos qui in illo confidunt. qui
ardore ad eum accedunt. qui in proposito perseverant. qui
sancte vivere student. qui calcant delectaciones et
cupiditates mundi. qui carnis affectus comprimunt
qui omnibus suggestionibus manum cordis repug
nant. qui in visceribus pietatis. semper gratulantur
hii tales cultores dei sunt. apostolorum imitatores
pedissequi beatitudinis. Hec Crisostomus. Habemus igitur
nunc de temptacionibus. prout dominus donare dignatus
est explanatum. quod pertinet ad proficientes. quorum
status ut superius premissum est. consistit tercio loco
in temptacionum impressione. Et sic patet de statu profi
ciencium. et in quibus idem status dependeat. videlicet in vicio
rum detestacione. in virtutum operacione. et in temptacionum impres
sione esse expositum et explanatum. Amen. Explicit
secundus liber Malagranati. Incipit tercius liber malogranati.


Primo in quibus consistat status perfectorum


[…]o in quibus consistat status perfectorum primo tamen

Postquam igitur informatus sum a te o pater de statu proficientium. nunc de statu perfectorum instrui desidero. et primo in quibus consistat status eorundem. de hoc per te cupio erudiri. Cap. xiiii.

Scire debes fili. quod status perfectorum prout supra tactum est. consistit in tribus videlicet in cordis mundicia sive puritate. In dei caritate. et in creatoris omnium explanatione. Primo igitur status perfectorum dependet in cordis puritate. quia quanto quis magis cor purgatum habet. tanto perfectior in sancta vita reputatur. Unde bene et apte premissa sunt illa ut superius patuit. que viam dant ad mundiciam seu puritatem cordis. scilicet prima peccatorum detestatio viciorum. operatio virtutum et bonorum operum. ac oppressio temptationum. Hec enim sunt per que ad mundiciam cordis pervenitur. et quamvis malignus spiritus corda electorum diversis temptationibus pulset. non tamen illa prevalet maculare. quia virtus angelica ex divina disposicione eos adiuvant ne in lapsum ruine cadant. Et cum hostis violentius obpugnat illos. nec tamen expugnat. non solum corda eorum non maculat. sed etiam mercedem future retribucionis illis accumulat. De hoc petrus damiani sic dicit. Non enim versucie tam callidi. tam exercitati hostis possit fragilitas humana resistere. nisi eos a temptationibus electorum virtus angelica propulsaret. Unde unicuique nostrum a die baptismatis usque ad obitum delegatus est angelus. qui et vigilanter dilectum a temptatione custodiat. et auxilium prebere in bonis operibus non desistat. Felices ergo qui iuste vivunt. quia dum malignis spiritibus infederabiliter obluctantur angelice fortitudinis auxilio muniuntur. Ad hoc etiam quod ipsi spiritus maligni profectus nostri sunt obsequio deputati. Nam dum temptamur. et non succumbimus dum impetimur. et non prevalent dum obpugnant. tunc

in contemplacione





Joannes Ponethowſky



Abbas Gradicenſis